(3) *De Nauidad.* Non memini ubi hoc sit cautum: quia tantum reperi de festo S. Stephani, et S. Joan. Evangelistæ, et sanctorum Innocentium, et S. Sylvestri: et hos dies ponit Specul. tit. *de fer.* §. 1. in princ. Solum reperi cap. *placitas*, 15. q. 4. ponentem de 7. diebus præcedentibus ante Natale Domini, et sequentibus usque ad octavas Epiphaniæ: et fortè inde ista lex sumpsit istos 7. dies sequentes: sed non servatur usu quod disponitur in dicto cap. *placitas*; et in Regalibus Auditoris receptum est, ut à Natali Domini, usque ad diem Epiphaniæ inclusivè, cessatur à judiciis.

(4) *Pascua.* Hoc habetur in l. *dies festos* 11. C. *de feriis*, et Specul. ubi supra; standum tamen esset in hoc casu consuetudini, secundum Abb. in cap. *quoniam*, *de feriis*, nam communiter non servantur tot dies.

(5) *Quatro festas.* Decretalis dicebat de omnibus festivitatis gloriose Virginis Mariæ, ut habetur in cap. fin. *de feriis*: fortè tunc non servabantur plures quam quatuor, ut hic dicitur.

(6) *Valedero.* Adde cap. fin. *de fer.* et in l. *si feriatas*, D. eod. et 15. q. 4. per totam, et in cap. fin. *de jud.*

los dias deuen ser guardados por honrra de Dios e de los Santos; de manera que non deve ningun ome fazer demanda en ellos a otro, para aduzirlo en juicio. E si en tal manera alguna cosa fuere demandada, o librada, non seria valedero (6) lo que fiziessen, maguer fuessè fecho con plazer de amas las partes (7).

LEY XXXV.

Quales cosas pueden ser demandadas en estos dias que de suso mostramos.

Dar puede (1) el Juez Guardadores a los huerfanos en los dias feriados que diximos en la ley ante desta (2). E otrosi los puede tirar de su guarda, si fuessen sospechosos. E avn puede oyr (3) a los que los touieren en guarda, si se quisiessen escusar della, mostrando alguna razon derecha, por que los non deuen tener. Otrosi puede oyr pleytos, que fuessen

(7) *De amas las partes.* Non enim possunt partes renuntiare feriis introductis in honorem Dei, ut hic, et in cap. fin. *de fer.* et notat Glos. in l. *omnes dies* 7. C. *de feriis*. Sed an valeret statutum, quòd in diebus feriatas in honorem Dei de causis cognoscatur? Alber. in dicta l. *omnes dies*, dicit, quòd vidit dubitari de hac questione; et ipse arguit, quòd possit, saltem quando non essent dies dominicales, quia non sunt feriæ introductæ per legem Divinam: tandem concludit, quòd tultior opinio est, quòd non valet statutum; cum ipsæ feriæ introductæ sint de Jure Canonico, ut in dicto cap. fin. *de fer.* et quia Principes dedicaverunt hos dies Deo, et ideo per eos, vel per subditos suos revocari non possunt, argumento l. 2. D. *de pollicitat.* dicit tamen, quòd si ultra jus commune aliquæ feriæ essent introductæ in honorem Dei, possent tolli per statutum. Quærit etiam Abb. in dicta l. *dies festos*, ad fin. an teneat confessio facta per debitorem de debito in die feriatas in honorem Dei? et concludit, quòd non: vide ibi: et ad id quod dixi de statuto, adde Ang. in l. *Præsides Provincia-rum* 4. D. *de feriis*; ubi dicit, quòd valeret statutum, quòd posset procedi in criminalibus diebus feriatas etiam in honorem Dei.

LEX XXXV.

Diebus ob honorem Dei, et Sanctorum feriatas potest Judex pupillis tutores dare, et suspectos à tutela removere, et de alimentis cognoscere, et de ventre in possessionem mittendo, et de probatione ætatis, vel super libertate, aut servitute, vel ut testamentum aperiat, vel exhibeatur, vel ut curator bonis defuncti detur, vel creditori causa custodia ob hæredis defectum bona dentur: quia omnia ista pertinent ad opus pietatis. Item cognoscat de his, quæ pertinent ad communem patriæ utilitatem: vel ponere homines in pace, et tregua: et assignare patriæ custodias, et ad punitionem latronum publicorum, aut proditorum procedere: et possunt his diebus agricultores seminare, et fructus colligere, ingruente necessitate. Hoc dicit.

(1) *Dar puede.* Adde l. *qui habet* 3. §. *quolibet*, 3. D. *de tutel.* et l. *ne mandante* 8. §. 2. D. *de tutor. et curat. dat. ab his*.

(2) *Desta.* Approbatur opinio Azo. C. *de feriis*, in sum. licet Glos. in l. *actus*, C. eod. dicebat, non posse hoc fieri in diebus feriatas in honorem Dei: et adde ll. 1. et 3. D. *de fer.* et opinionem Azo. ibi tenet Specul. eod. tit. *de feriis*, §. seq. versic. *si porrò*.

(3) *Puede oyr.* Intelligerem, quando ex ista allegatione excusationis impediretur tutela, vel caræ susceptio; et sic

mouidos en razon de gouierno (4), que demandasse el huerfano a su Guardador, o el Guardador a otro en nome del huerfano, o el padre al hijo, o el hijo al padre, o el aforrado (5) a aquel que lo aforro, o el aforrador (6) al aforrado, auendolo menester. E si fuesse sobre demanda, quel fiziese alguna muger biuda, que fincasse preñada de su marido, que la metiessen en tenencia (7) de algunos bienes, por razon de la criatura que touiesse en el vientre. O si acaesciese que alguno ouiesse (8) a prouar, si era menor de edad, o mayor; o sobre pleyto (9) que pertenesciesse a la libertad, o a seruidumbre; o si fuesse sobre pleyto de testamento, que pidiesse alguno que ouiesse derecho de lo fazer, que lo abriesen, o lo mostrassen; o si se muriesse alguno que fuesse debdor de otro, e fincassen sus bienes desamparados sin heredero, e aquel a quien deuiesse la debda, pidiesse al Juez, quel metiesse en tenencia dellos como en razon de guarda, o que los diesse a guardar a otro, en manera que se non perdiessen, nin se menoscabassen. Ca en qualquier destas cosas sobredichas bien puede el demandador mouer pleyto en juizio en cada vno destos dias feriadados, e lo que fuere fecho en ellos, valdra: porque tales pleytos como estos, pertenescen a obra de piedad. Otrosi dezimos, que todo pleyto que

pertenesce (10) a pro comunal de la tierra, o meter paz (11), o tregua entre los omes, o establecimiento de Caualleria por guarda de la tierra, o escarmiento de ladrones publicos (12) que tienen los caminos, e de los traydores (13), pueden los Juezes oyr, e deliberar: porque segund dixeron los Sabios antiguos: Amigo de Dios es (14), quien enemigo de Dios mata en qual tiempo quier. Otrosi los Emperadores, e los otros Sabios que fizieron las leyes, touieron por bien, que en estos dias sobredichos pudiessen los omes fazer sus lauores, en razon de sembrar (15), o de coger los frutos de la tierra, si grand menester fuesse. E esto por dos razones. La primera es, que tal obra como esta torna en pro comunal de todos. La segunda, porque acaesce muchas vegadas, que en tales dias como estos faze mejor tiempo, para fazer las lauores que son menester a la tierra para dar frutos, que en los otros. E si en aquel tiempo non lo fiziesen, podria ser, que quando despues quisiessen, non lo podrian fazer.

LEY XXXVI.

De los dias feriadados, que pueden establecer los Emperadores, e los Reyes.

Nota 3 de la ley 3, tit. 6, libr. 4i

Feriados dias son llamados otros, sin los

esset damnati minoribus: nam tunc propter pietatem, et necessitatem videtur hoc permittendum his diebus: et ita est de mente hujus legis, et l. eadem 2. unde sumpta est, D. de fer. ibi: *Cassantes excusationes*: vel etiam quando post susceptam tutelam, supervenerit in tutore defectus visus, vel auditus, intellectus, aut loquelæ, seu infirmitas perpetua, ut in l. post susceptam 40. D. de excusat. tut. et de ista loquitur hæc lex magis propriè, cum dicit: *A los que los touieren*, et sic innuit susceptam jam fuisse tutelam: sed eadem ratio est, si non sit suscepta propter damna minorum.

(4) *Razon de gouierno*. Nota, quòd exemplificat hæc lex in omnibus alimentis, quæ petantur officio judicis: sed an sit idem in his quæ petuntur jure actionis, veluti alimenta testamento relicta, vel ex conventionem debita? Dic, quòd erit idem, si necessitas suaderet, ut si non habet aliunde, unde alatur, secundum Alb. post Guil. in l. 2. D. de fer. et probatur in ista lege: unde idem erit, si mercenarius petat mercedem ad alimenta, secundum eundem Alber. ibi.

(5) *O el aforrado*. Vide l. alimenta 6. D. de liber. agn. et l. fin. tit. 22. Partit. 4.

(6) *O el aforrador*. Adde l. si quis à liberis 5. §. alimenta 19. D. de liber. agnosce.

(7) *En tenencia*. Et hoc, ne mulier fame pereat, secundum Glos. in dicta l. 2. unde ista sumitur: nam si esset dives, non procederet hoc in diebus feriatis, cum cesset pietas, et necessitas in qua se fundat ista lex: si tamen cognitum esset de missione facienda ante diem feriata, ipsa missio facti fieri posset die feriata, etsi cessaret pietas, vel necessitas; cum ipsa missio sit facti, et jam est cognitum, et sententiatum, secundum Alber. in dicta l. 2. et ibi per eum, quid si fieret vis in possessionem, an possit defendi diebus feriatis; et concludit, quòd non, nisi necessitas immineret, veluti ne partes veniant ad arma, et rixas, argum. l. 13. §. 3. vers. *aquissimum*, D. de usufr. et quem-

admod. et probatur in ista lege infra, ibi: *O meter paz o tregua*.

(8) *Que alguno ouiesse*. Et hoc secundum Glos. in dicta l. 2. quia facillè possunt perire senes, quibus ætates probantur.

(9) *Sobre pleyto*. Liberalia judicia omni tempore finiuntur, l. solet 3. §. 1. D. eod. tit.

(10) *Que pertenesce*. Nota istum casum, quòd ubi communis utilitas vertitur, procedi potest diebus feriatis; facit text. in l. provinciarum 10. in fine, C. de fer. ibi: *Per quod multorum salus, et incolumitas procuratur*: et quia est in favorem multorum debiliun, et miserorum, ubi vertitur communis utilitas, cap. fin. de fer. cum Glos.

(11) *O meter paz*. Adde cap. 1. de feriis, et Glos. 15. quest. 4. in sum.

(12) *De ladrones publicos*. Adde l. provinciarum 10. C. de fer. Et hoc est propter periculum, quod est in mora: nam si hoc cessaret, quantumcumque crimen esset enorme, deberet detineri delinquens in carcere, et interim executio differri, ut notat Bald. in l. nemo 3. C. de episcop. audient. et ita intelligitur dict. l. provinciarum.

(13) *Traydores*. Nota hoc: nam addit in hoc juri communi, scilicet legi, provinciarum, C. de fer. et quia tantum excipiebantur latrones, et nocturni depopulatores agrorum, ut in cap. inter alia, de immuni. eccles. Abb. post Host. in cap. 1. de fer.

(14) *Amigo de Dios es*. Versus est Psalmistæ: allegat. Abb. in dicto cap. 1. de fer. et Alber. in dicta l. provinciarum.

(15) *Razon de sembrar*. Concordat l. omnes judices 3. C. de fer. quæ ut patet ex dictis Doctor. in cap. licet, eod. tit. juncto illo textu, approbata est de Jure Canonico, ut notat ibi Abb.

LEX XXXVI.

Dicuntur aliæ feriæ repentinæ, quas solus Princeps in-

y nota
4 de la
ley 14,
tit. 2,
libro 4
Novis.
Recop.

que auemos dicho, que son establecidos de los Emperadores, e de los Reyes, e de los otros grandes Señores (1), por cosas que les acaescen y. E esto seria, como dia de la su nascencia (2), o en el dia en que ouiesse auido alguna grand buena andança contra sus enemigos, o quando fiziesse su fijo Cavallero, o lo casasse, o alguna de sus fijas, o otro dia en quel aniesse alguna grand honrra semejante destas. Ca en qualquier dia, quel otorgasse por feriado por alguna destas razones sobredichas, non deue en el ningun ome de su Señorío emplazar a otro, nin mouerle demanda en juyzio: porque guisada cosa es, que los dias que el estableciesse en alguna destas maneras por honrra de si, e de su tierra, que sean guardados (3) de guisa, que el alegria non pueda ser destoruada, nin los omes sean apremiados por pleytos, nin por demandas que mueuan vnos contra otros.

LEY XXXVII.

*De los dias feritados, que son puestos por pro
comunal del Pueblo.*

Pan., e vino (1) son los frutos (2) de la tierra, de que los omes mas se aprouechan. E porende fueron antiguamente escogidos para esto, otros dias feritados en que los cogiesen. E estos son dos meses (3). E porque los frutos de la tierra non vienen en cada logar a una sazón, por razon que algunas tierras

ducit ob publicam gratulationem, puta, ob diem natalis sui, vel filii, vel in die triumphii, vel victoriae contra inimicos: seu quando filium facit militem, vel quando matrimonio tradit filium, vel filiam: vel propter magnum aliquem honorem. In his diebus cessare debet omnis strepitus judicialis. Hoc dicit.

(1) *Otros grandes Señores.* Intelligerem de non recognoscentibus superiorem in temporalibus, non de Ducibus, et Varonibus Regi subjectis, l. *a nullo* 4. C. de feriis: et an Rectores civitatum de assensu, et auctoritate Decurionum possent aliquas ferias inducere? Alber. ibi dicit, quod sic, et quod ita servatur in civitatibus: quod non credo, admitteretur in hoc Regno, si fieret sine auctoritate Regia; vel nisi Episcopus cum assensu populi decreverit aliquem Sanctum venerandum, et festivandum, ut notat Abb. in cap. *conquestus*, de feriis.

(2) *De la su nascencia.* Hæc etiam exempla posuit Specul. tit. de feriis, §. 1. versic. *repentina*, et Hostiens. in summa de feriis, §. *quatuor distinguantur*, et adde supra l. *Partit.* tit. 23. l. 1.

(3) *Que sean guardados.* Imò non posset renunciari istis feriis repentinis, ut notat Glos. in Clement. penult. de verb. signif. in verbo *ob necessitates*.

LEX XXXVII.

Feriatii dies ob publicam utilitatem sunt: unus mensis pro bladis colligendis: alius pro vindemiis fiendis, secundum terræ consuetudinem, et quo tempore colliguntur. His mensibus nullus veniet ad iudicium, nisi in casibus positus circa dies feriatos ob honorem Dei: sed si emerget quæ-

son frias, e otras calientes de natura, por esso non señalarou ciertamente, quales son los meses que deuen ser guardados para esto. Pero touieron por bien, e mandaron, que los Juezes de cada logar (4) señalassen estos dos meses, segund la costumbre vsada de la tierra, a las sazones que el pan e el vino es de coger: e mientras que durasse, que ningun ome non pudiesse traer a otro a plazo en ellos; fueras ende en aquellas cosas señaladas, que diximos en la tercera ley ante desta, o si acaeciesse contienda entre algunos (5) en estos dias, por razon de los frutos que ouiesse de coger. Ca sobre tales pleytos como estos, bien pueden mouer los omes demanda vnos contra otros en juyzio. Pero el Judgador ante quien vinieren tales pleytos, deuelos librar e acortar sin escatima, e sin ningun alongamiento, assi que los frutos non se pierdan, ante que la contienda sea tollida de entre los omes.

LEY XXXVIII.

*En quales dias feritados puede el Demandador
fazer su demanda, plaziendo a su contendor.*

Aveniendose el demandador, e el demandado para entrar en juyzio en los dias feritados, que en esta otra ley diximos; que son para coger el pan e el vino, bien lo podrian fazer, si el Judgador (1) de su voluntad los quisiere oyr. E valdra todo lo que fuere fecho en ellos, bien assi como si non fuessen feria-

tio de fructibus colligendis, debet summarie tractari, ne fructus perdantur. Hoc dicit.

(1) *Pan, e vino.* Et quid si in loco non colliguntur messes, sed vivunt homines de castaneis, an indicantur feriae ad eas colligendas? Bald. quod sic in l. 1. ff. cod. allegat l. *ligni* 55. ff. de legatis 3. §. *lignorum* 5. Si tamen homines viverent de frumento, vel biberent vinum, licet in loco suo non colligatur, dandæ sunt adhuc feriae, cum debeant sibi de aliis locis providere, secundum Innoc. et Doct. signanter Abb. in cap. fin. ad fin. de feriis.

(2) *Frutos.* Nota tamen, quod hæc feriae messium non servantur in Regalibus Auditoriis hujus Regni, ut et dicit Spec. tit. de fer. §. 1. ad fin. quod non servantur in Curia Romana, nec in Curia Regis Franciæ, et justè, ut venientes de longinquis partibus citius expediantur.

(3) *Dos meses.* l. 2. et l. *omnes dies* 7. C. de feriis.

(4) *Logar.* Non declarat cujus loci; an actoris, vel rei, vel ubi iudicium debet agitari: et rejectis opinionibus, illa est communis, quod attendatur locus iudicii, secundum Abb. in dicto cap. fin. ad fin. de fer. et satis innuit ista lex.

(5) *Algunos.* Nam perirent fructus, si tali tempore non cognosceretur, l. *solet*, 3. ff. de feriis.

LEX XXXVIII.

Benè potest diebus feriatis ob publicam utilitatem procedi de partium, et iudicis voluntate, vel usque ad litis contestationem, ob prescriptionem interrumpendam. Hoc dicit.

(1) *El judgador.* Et licet partes et iudex vellent, adhuc non possent cogi testes tempore feriato: Glos. in l. *omnes* 7. C. de feriis, Specul. tit. de feriis, §. fin.

dos. Otrosi dezimos, que si alguno ouiesse derecho (2) sobre cosas quel pertenesciessen, si se temiesse, que aquel derecho que auia en ellas, se le perdiesse por tiempo, si lo non demandasse en los dias feriados (3) que son para recoger el pan, e vino, bien podria mouer demanda en ellos sobre tal razon como esta. E el Judgador es tenuto de oyrlo, fasta que el pleyto sea comenzado por respuesta, porque finque en sajuo su derecho al demandador, e non se pierda por razon que passase tiempo contra el. Mas desde que fuere comenzado por respuesta, non deue el Judgador consentir a las partes, que vayan adelante por el pleyto en estos dias; ante les deue poner plazo, a que lo vengán seguir, despues que los dias feriados passaren.

LEY XXXIX.

Que el Demandador deue catar, ante que comience su demanda, que recaudo tiene para prouarla.

Enuiso, e acucioso deue ser el demandador, en catar que recabdo tiene (1), para prouar aquello que quiere demandar. Ca siempre ha menester de prouar lo que demandare en juyzio, si la otra parte gelo negare. E esta prouea ha de ser por testigos, o por cartas, o por otra manera (2) que sea de creer. Ca si desto non fuesse cierto ante que comenzasse su demanda, lo que cuydasse fazer por su pro, tornarsele ya en daño, e en verguença; ca auria a pechar (3) todas las costas al demandado; e demas fincaria por desentendido, comenzando cosa en que non sopiesse en adelante el recabdo que tenia, para demandarla.

LEY 4,
tit. 19,
lib. 11
Novis.
Recop.

(2) *Ouiesse derecho.* Adde l. 1. §. *sed excipiuntur* 2. ff. *de feriis*.

(3) *En los dias feriados.* Nota hoc verbum: nam in aliis feriis hoc non procederet: et ista ratione, si causa committeretur decidenda in ira certam terminum, et iudicatio iudicis finiretur intra istas ferias, tunc iudex posset procedere, ut habetur in cap. fin. *de jud.* et notat Specul. tit. *de feriis*, §. penult. ad fin.

LEX XXXIX.

Probare tenetur actor intentionem suam, quam in iudicio proposuit, si per reum fuerit negata: alias absolvetur reus, et actor in expensis condemnabitur. Hoc dicit.

(1) *Que recabdo tiene.* Adde l. *qui accusare* 4. C. *de edendo*: ubi Gloss. allegat concord. Et extendit istam regulam, etiam si reus in se assumpserit onus probandi: Gloss. notab. in l. *circa* 14. ff. *de probat.* Joan. Fab. Ang. et Jason. in §. *omnium*, *Instit. de action.* ubi Jas. col. 18. et in dicta l. *qui accusare*: et limita undecim modis, ut per Spec. tit. *de probat.* §. *probare*, versic. *nunc ad propositum*.

(2) *O por otra manera.* Sunt enim multe species probationum. Vide Specul. tit. *de probat.* §. *videndum*, ubi ponit duodecim.

(3) *A pechar.* Nota bene, quod ubi actor deficit in pro-

LEY XL.

En que manera el Demandador deue fazer su demanda.

Libellus en latin, tanto quiere dezir, como demanda fecha por escrito. E esta es vna de las maneras, por que se puede fazer. E la otra es, por palabra. Pero la mas cierta es la que por escrito se faze: porque non se puede cambiar, nin negar como la otra. Mas en qualquier demanda, para ser fecha derechamente, deuen y ser catadas cinco cosas (1). La primera, el nome del Juez ante quien deue ser fecha. La segunda, el nome del que la faze. La tercera, el de aquel contra quien la quieren fazer. La quarta, la cosa, o la quantia (2), o el fecho que demanda. La quinta, por que razon la pide (3). Ca seyendo todas estas cosas puestas en la demanda, cierto puede el demandado saber por ellas, en que manera deue responder. E otrosi el demandador sabra mas ciertamente, que es lo que ha de prouar. E sobre todo, tomara apercebimiento el Juez, para yr adelante por el pleyto derechamente. E como quier que a los omes entendidos cumpla assaz esto que sobredicho es; porque otros muchos y auria, que lo non entenderian, queremos mostrar cierta manera, de como se deue fazer la demanda por escrito, o por palabra. E es esta; que el demandador quando fuere antel Juez, deue dezir: Ante vos, Don Fulan, Juez de tal Logar, yo tal ome, me vos querello de Fulan, que me deue tantos maravedis, que le preste (4): onde vos pido, que le mandedes por juyzio que me los de. E esta manera misma deuen tener todas las otras demandas que se fazen en juyzio, mudando las razones, se-

batione, non potest dici, quod habuerit justam causam litigandi, imò injustam: et sic debet semper condemnari in expensis: et adde Bald. in l. *generaliter* 52. col. 4. C. *de episcopis et clericis*. ubi notabiliter. Et quid si probavit, sed testes fuerunt reprobati non ratione delicti, sed personarum? Vide ibi, quod tunc excusetur ab expensis, et in l. 1. C. *de advocat. divers. judic.* post Specul. tit. *de calumn.* in fin. et ibi etiam per Bald. in dicta l. 1. quod non sufficit, licet habuerit unum testem.

LEY XL.

Libellus dicitur petitio scriptis facta; verbo tenens etiam potest fieri petitio: et libellus debet continere: nomen iudicis, nomen petentis, nomen ejus a quo petitur, res vel quantitas que petitur, et causa ex qua petitur. Hoc dicit.

(1) *Cinco cosas.* Vide per Gloss. in l. 1. ff. *de edendo*. in summ. in verbo *ut proinde*.

(2) *O la quantia.* Circa interesse, et damna, procedit libellus generalis. Vide in cap. *cum dilectus*, *de ord. cogn.* et Gloss. in l. *certi conditio* 9. ff. *si certum petat*.

(3) *Por que razon la pide.* Quando causa debet exprimi in libello, vide per Gloss. et Doct. in cap. 2. *de libel. obt.*

(4) *Que le preste.* In personali actione exprimenda est causa, cap. fin. *de libel. obtat.*

gund fuere la natura de las cosas que quieren demandar.

LEY XLI.

Sobre que cosa non ha menester de ser fecha la demanda en escrito.

Escrita (1) touieron los Antiguos por bien, que fuesse fecha toda demanda que ouiessem a fazer de diez maravedis arriba, o de cosa que lo valiesse. Mas dende ayuso (2) non ha el demandador por que la fazer en escrito, si non quisiere. Ca abundale, que diga por palabra

LEX XLII.

Si petitio excedat summam decem morapetinarum, debet fieri in scriptis; si non excedit, verbo potest fieri: et iudex edet libellum reo ad respondendum, termino assignato; et si reus immobilia non possidet in patria, tenetur, si potest, actori petenti fidejussorem dare de iudicio sisti; si vero fidejussorem dare non possit, praestet juratoriam cautionem. Hoc dicit.

(1) *Escrita.* Duo colliguntur ex hac lege: primum, quod regulariter sit necessarius libellus in causis: secundum, quod detur in scriptis: et sic approbat opin. Glos. in cap. 1. de libel. oblat. ubi latè Marian. Soc. ponens 84 casus, in quibus non est necessarius libellus: et vide quod hodiè habetur in l. 11. tit. 1. lib. 3. Ord. Reg.

(2) *Mas dende ayuso.* Adde Specul. tit. de libel. cono. §. nunc dicendum, v. 3. si causa sit vilis. Et quæ dicatur causa vilis, relinquatur arbitrio iudicis de jure communi, secundum Specul. et Joan. Andr. hic tamen per nostram legem hoc taxatur usque ad decem morapetinos aureos. Et an in istis causis vilibus teneatur pars solvere sportulas, Joan. de Plat. quem vide, vult, quod non, in l. in sacris 12. vers. modum, ad finem, C. de proxim. saceror. scrip. lib. 12. et pondera, quia ista lex non dicit de causis vilium personarum, sed de causis vilibus: hoc dico propter notata per Abb. et Doct. in cap. 1. de libel. oblat. et Specul. ubi supra. Vide l. 5. tit. 22. infra eadem Part. et quæ ibi dicam.

(3) *En la tierra.* Videtur intelligendum in loco iudicii: nam non sufficit quod alibi possideret immobilia, secundum Glos. in l. fin. C. de princip. agent. in rebus, lib. 12. quam approbant ibi Bart. et Joann. de Plat. Contrarium tamen tenet Bart. in l. sciendum, §. possessor, D. qui satisd. cog. ubi Alexandr. et Jaso. et istam ultimam partem credentem veriorum, dam alibi iutra Regnum possideat: et annuit littera hujus legis, cum indistinctè dicit, *en la tierra.* Et videas, quæ in hoc latius dicit Rodericus Suarez in commento l. 2. tit. 3. lib. 2. Fori LL. fol. 5. num. 4. et vers. ulterius quaritur, in additione. Valdesii, num. 1. Et quanta bona immobilia quis habere debeat, ut evitet hanc satisfactionem, videas ibidem per eundem Roderic. fol. 3. in addit. Valdesii, num. 1. vers. quaritur et utiliter; ubi concludit hoc esse arbitrarium, et in arbitrio versabitur, quod sint tanta, quod cesset suspicio fugæ usque ad executionem.

(4) *Demandarle fiador.* Adde in authent. offeratur, C. de litis contestat. et §. sed hodie, Instit. de satisd. Sed an hodie per l. Fori, lib. 2. tit. 3. l. 2. et per l. 6. tit. De las testimonias, debeat etiam dare fidejussorem de iudicio solvendo, vide per Roderic. Suarez in comment. dictæ l. 2. versic. ulterius nota istum text. ubi concludit, quod sufficit dare fidejussorem de la haz, id est quod reus presentabitur, et exhibebitur coram iudice, quoties fuerit petitum; aliàs solvere iudicatum: et hoc quando agitur de ista satisfactione ante litem finitam; nam si esset condemnatus, et pro executione incarcerationetur; vel confessus est debitum, et nullam exceptionem allegasset; tunc non liberaretur, etiam dando fidejussorem de iudicio solvendo: neque excusabitur à carcere, donec solvat, secundum Baldum in l. neque 22.

antel Juez, seyendo y el demandado, que es lo que demanda, e por que razon, assi como de suso es dicho. E esto touieron por bien, porque los pleytos pequeños se puedan librar mas ayna, e sin grand costa. Otrosi dezimos, que si aquel a quien fazen la demanda, non es raygado en la tierra (3), que puede aquel que gela quisiere fazer, demandarle fiador (4), que este a derecho. E el demandado es tennido de lo dar, podiendolo auer. Pero si non fallasse (5) quien lo quisiesse fiar, deuenle fazer jurar, que este a derecho, fasta que el pleyto sea acabado por juyzio. E despues que el

§. 2. D. de in jus vocando, et latè Rodericus Suarez ubi supra, qui hoc intelligit post sententiam, et post elapsum tempus, quod datur miserationis causa ad solvendum. Videas ibi per eum. Et si possideret quis multa mobilia, perinde est, ac si possideret immobilia, secundum Bart. et Ang. in l. de die, in prime, D. qui satisd. cog. et per Alex. consil. 37. volum. 2.

(5) *Pero si non fallasse.* Vide in dicto §. sed hodie, et in authent. generaliter, C. de Episcopis, et clericis, et Glos. communiter approbatam in l. 1. D. qui satisd. cog. quæ dicit, quod debet reus jurare, quod non invenit fidejussores; quod juramentum non debet esse veritatis assertivum, quia esset temerarium; sed credulitatis, scilicet, quod juret, quod credit se non posse invenire fidejussores, secundum Odofr. et Cin. in dicta l. 1. et sequitur Socin. in 2. vol. consil. 231. col. 2. et debet praestari hoc juramentum ad iudicis delationem, Bald. in dict. l. in antiqua lectura, et Ang. in l. sciend. eod. tit. Et adde, quod ultra istud juramentum, de quo hic, debet obligare bona sua; vide Bart. in dicta l. 1. et Socin. ubi supra. Adverte tamen, quod hodie per leges Fori aliter est provisum: videlicet, ut qui non possidet immobilia, si non satisfacit cum fidejussoribus, debet capi in personam, et duci ad carceres, etiamsi propter impotentiam non praestet fidejussores, ut habetur in l. 2. tit. 3. lib. 2. Fori, LL. et in l. 1. tit. 5. de las ferias, eod. lib. et attestatur Rodericus Suarez in commento dictæ l. 2. col. 3. ita vidisse servari, et quod ita practicatur sine scrupulo, et bene confert l. 66. in ordin. Taurin. et ibi pen. charta tangit, an leges illæ possint limitari, et restringi, quando tempore contractus debitor non erat ejus conditionis, veluti quia tunc possidebat immobilia; nunc verò tempore libelli non possidet immobilia, seu est suspectus de fuga: secus autem, si eadem causa et suspicio inhereret tempore contractus: movetur ex his, quæ habentur in l. si ab arbitrio 10. §. qui ex causa, D. qui satisd. cog. et quod ibi notat Ang. et ex dicto Bart. in l. si is à quo, §. si semel, D. ut in possess. legal. ubi per illum textum dicit, quod si aliquis vult facere aliquem capi tamquam suspectum ex forma statuti, vel consuetudinis; quod si causa suspicionis suberat tempore quo cum eo contraxit, non potest capi. Movetur etiam ex aliis, quæ ibi vide: et tandem concludit sibi videri contrarium, attenda dispositione legis Regni, quod debitore non solvente, detur creditori carceratus ad serviendam; et sic cum non liberetur, cedendo bonis prout erat de jure communi, eo ipso quod convenitur, videtur causari quædam suspicio, quod fugiet post motam litem. Sed certe hoc motivum fragile est, et rationes, quod attendatur qualitas temporis contractus, ita militant in eo qui ex forma legis Fori potest capi pro servitio, sicut et in eo, qui de jure communi poterat capi: unde idem videtur dicendum per supradicta: et sic Bart. in dicto §. si semel, exemplificat in eo qui capi potest ex forma statuti, vel consuetudinis; et statutum, seu consuetudo legis Fori debet restringi, et interpretari juxta limites juris communis, l. 2. C. de novat. action. cap. cum dilectus, de consuet. et facit, quod ex hoc notat Alex. consil. 19. vol. 3. incipit, viso processu captura. In practica tamen forsàn servaretur dictum Roderici per dictas leges Fori.

Juez ouiere oido la demanda del demandador, deuela mostrar (6) al demandado, e poner plazo, a que se pueda aconsejar, e responder a ella.

LEY XLII.

En quantas maneras ponen los demandadores en su demanda mas que non deuen.

Mas que non deuen (1), ponen los demandadores algunas vezes en sus demandas. E desto se deuen mucho guardar, porque se les torna mucho en daño, e non en pro. E esto seria en quatro maneras. La primera, quando alguno pusiesse en su demanda mas quantia de lo quel deuiessen, assi como si le ouiesse a dar diez maravedis, e el demandasse veynte, o otra cosa semejante (2) desta. La segunda, quando faze la demanda de otra manera que non deue: assi como si le ouiesse (3) a dar de dos cosas la vna, qual mas quisiesse el debdor, e el señalasse qual dellas le diessen. E por esto dixeron los Sabios que era ademas, porque tuelle la escogencia al otro, en cuyo poder era de le dar, qual quisiesse. La tercera, quando faze la demanda en el tiempo que non deue: como si pidiessse quel pagassen ante del plazo, a que le deuián pagar (4). La quarta, quando fiziesse su demanda, que le pagassen en logar, do el demandado non era tenuto fazer la paga: como si en pleyto fuesse puesto de la fazer en vn logar,

(6) *Deuela mostrar.* Et sic iudex debet dare libellum parti, non ipsa pars parti: quia esset periculum, ne aliquid adderet, vel detraheret, ut dicit Specul. tit. de libell. con-cept. §. restat, in princip.

LEX XLII.

Caveat actor, ne plus debito petat, quod contingit quatuor modis; quandoque enim petitur plus re, ut si petat plus quam debetur; quandoque plus causa, ut quando debetur alternativè, et petit unam ex rebus sub alternatione debitis; quandoque plus tempore, ut cum ante tempus; quandoque plus loco, ut cum petit, in alio loco, quam ubi reus promisit. Hoc dicit.

(1) *Mas que non deuen.* Habuit ortum hæc lex à §. 33. vers. plus autem, Inst. de act. et à cap. 1. de plus. pet.

(2) *O otra cosa semejante.* Ut si haberet jus ad partem rei, et peteret totam, vel majorem partem, ut in dicto §. plus autem. Limita tamen, nisi plus peteretur in accessorio, nam tunc non haberet locum pœna legis seq. secundum Joan. Fab. et Plat. in dicto §. ut si aliquis peteret rem cum fructibus, et constaret ex processu nullum jus ad fructus habere: nam secundum Joan. Fabr. propter accessiones quis non solvit majores sportulas.

(3) *Como si le ouiesse.* Licet ponat tantum exemplum in alternativà, idem est in obligato in genere, si petatur quid certum in specie, ut habetur in §. 33. vers. huic autem, Inst. de action. quia est eadem ratio propter electionem, que tollitur.

(4) *Deuián pagar.* Sive expressa conventionem, sive ex natura rei, ut in partu, vel fructu nascituro, l. interdum 73. in princ. de verb. oblig.

e el pidiessse que la fiziesse en otro. E cada vna destas quatro maneras diremos adelante complidamente.

LEY XLIII.

Que daño sigue al Demandador por poner en su demanda mas que non le deuen.

Ponen los demandadores a las vegadas mas en sus demandas (1), que non les deuen, de manera que non pueden despues aueriguar, nin prouar todo lo que demandan. E porque algunos razonauan, que aquel que non podia prouar todo lo que ponía en su demanda, que deue ser caydo della: porende Nos, catando lo que los Sabios antiguos (2) fallaron por derecho en esta razon, dezimos, que maguer el demandador non prueue todo quanto pusiesse en su demanda, que en aquello que prouare, quel vala. E que el Judgador de sentencia contra el demandado, en tanto quanto fuere prouado contra el. E otrosi, quel de por quito (3) de lo al, que nol pudieron prouar. Pero si el demandado hizo algunas costas, o misiones, por razon de aquello que le demandaron demas, tenemos por bien, e mandamos, que gelas peche todas (4) el demandador.

LEX XLIII.

Si actor petit plus re, et in probatione deficit, condemnabitur in expensis per reum ob non probata factis, reum in probatis condemnando. Hoc dicit.

(1) *En sus demandas.* Quid si peteret debitum jam solutum? Vide text. sing. in l. si fidejussor 29. §. in omnibus 5. D. mandati, et ibi Bart. ubi habetur, quod committit crimen stellationatus.

(2) *Sabios antiguos.* Concordat §. sed hæc quidem, Inst. de action.

(3) *Por quito.* Nota ex ista lege, quod iudex debet sententiare super toto: adde l. in hoc iudicio 27. D. fam. ere. et quid si non fait facta absolutio, modo de quo hic, an tenebit sententia in eo, in quo debitor fuit condemnatus, vel an in totum esset sententia nulla, vel an tacite videatur absolutum in aliis? Vide Glos. in l. 1. C. si adversus rem jud. et ibi Bart. et Doct. et latè per Abb. in cap. cum inter, de re jud. per 3. fin. col. ubi Fel. ponit regulam, quod non teneat sententia, si non pronuntietur super toto: quam limitat quatuordecim modis.

(4) *Que gelas peche todas.* Non dicit cum triplo, prout de jure communi erat dispositum in §. tripli, et in §. sed hæc quidem, Institut. de action. et sic jure nostri Regni non habebit locum hoc casu pœna tripli: et hoc etiam patet ex l. 45. infra eod. ubi ponit pœnam tripli, quando plus petitur causa, vel loco: et si idem voluerat, quando plus peteret re, hic expressisset, arg. capit. ad audientiam 12. de decimis. E quid si reus conventus neget plus debito? Dic, quod fiet ad invicem compensatio in istis expensis, secundum Ant. de Butri. in cap. 1. de plus petition. arg. l. si dolo 24. D. de dolo.

Que daño viene al que engañosamente faze a su debdor obligar por mas de lo que le deve.

Palabras engañosas (1) dizen los omes vnos a otros de manera, que los fazen obligar por carta, o por testigos, por mas de lo que deuen (2). E aun despues que los han assi engañado, aduzenlos en juyzio (3), por demandarles aquello, a que los fizieron obligar. E porque las cosas que son fechas con engaño, deuen ser desatadas con derecho; porende dezimos, que si el demandado pudiere prouar (4), e aueriguar el engaño, que el demandador pierda por ello, tambien la verdadera debda, como la que fue acrecida maliciosamente en la carta, o en el pleyto, que fue fecho ante los testigos. E esto por dos razones. La una, por el engaño que fizo el demandador al demandado en el pleyto de la debda. La otra, porque seyendo sabidor que lo auia fecho maliciosamente, se atreuió a demandarlo en juyzio, cuydando avn engañar al Juez por aquella carta, o prueua que habia contra su debdor. Pero si el demandador, ante que entrasse en juyzio (5) se quisiesse quitar del engaño que auia fecho, e se touiesse por pagado de su debda verdadera, puedelo fazer, e non cae porende en pena niuguna (6).

LEX XLIV.

Dolo inducens reum ad promittendum plus debito, si promissam in iudicio petat, perdet debitum etiam in eo quod verè debebatur. Si verò antequam petat in iudicio, contentus sit verè sibi debito, non perdet verum debitum. Hoc dicit.

(1) *Palabras engañosas.* Concordat l. 1. C. de plus petit. Et nota, quòd hæc lex exigit dolum, tam in exigendo cautionem, quàm in conveniendo; et declarat Bart. in dicta l. 1. Et nota istam legem contra feneratoros facientes fieri conventionem de majori summa.

(2) *De lo que deuen.* Sed quid si nihil debeatur, et dolo extorsit cautionem de aliqua quantitate? Odolr. in dicta l. 1. dicebat, quòd idem esset: quia ampliùs dicitur, etiamsi nihil sit, l. illud 7. §. 2. vers. minus, D. de tribut. actione. Alberic. tenet contrarium: quia hæc lex privat vero credito; quæ pœna locum habere non posset, ubi nullum esset. Et adde etiam, quòd habebit locum ista lex etiam in speciebus, ut si deberem tibi unum equum, et exegisti dolo cautionem de duobus, secundum eundem Alberic. et probat ista lex, cum dicitur indiffinitè: *por mas*, etc. quia verbum quantitatis etiam speciem comprehendit, l. quisquis 95. D. de legat. 3.

(3) *En juyzio.* Per hoc verbum videtur, quòd pœna hujus legis non procedet in reo se defendente ex aliqua securitate, quam dolo extorsit ab actore, cum ipse non ducat, sed ducatur in iudicium: et quia pœnæ non sunt ampliandæ, l. interpretatione 42. D. de panis; et quia major dolo reputatur in actore, quàm in reo, ut in l. in summa 65. D. de cond. indeb. et notant Gl. et Doctores in l. sub pre-texta, C. de transac.

(4) *Pudiere prouar.* Per testes dicebat Glos. in dicta l. unica: quia secus, si hoc probaret per confessionem adver-

Que mal vernia al demandador, por demandar su debda en lugar do non gela deuiessen pagar.

Señalan vnos omes a otros algunas vegas logares ciertos, o plazos, en que prometen de pagar, o de fazer alguna cosa. E despues acaesce que les fazen demanda sobrello en otro lugar. E en tal razon como esta dezimos, que deve pechar el demandador al demandado tres tanto (1), como los daños, e los menoscabos, que el ouiesse fecho, por razon de aquella demanda que le fizo en lugar que non deve. Esso mismo seria, quando el demandador fiziesse su demanda de otra manera que non debia. Assi como si le ouiesse a dar de dos cosas la vna, qual mas quisiesse el debdor, e el demandasse qual quisiesse, non faziendo mencion de la otra, assi como sobredicho es. Otrosi dezimos, que el demandador non deve ser oydo, quando fiziesse demanda en razon de debda, quel deuiessen, ante del plazo (2), a que gela deuen pagar. Mas el Judgador por pena deuel alongar el plazo otro tanto adelante, quanto la demando el ante del plazo (3) a que la deuiera demandar. E demas devele fazer pechar las costas, e las misiones quel demandado fizo por esta razon.

sarii, delato juramento, vel respondendo positionibus; si tamen reus nolit stare confessioni factæ post litis contestationem, nec ex ea se iuvare, sed probare per testes; tunc adhuc haberet locum pœna hujus legis, secundum Salic. et Doct. ibi.

(5) *Entrasse en juyzio.* Id est, ante litis contestationem.

(6) *En pena ninguna.* Unde nec tenetur ad triplum expensarum, ut dixi suprâ in lege proxim. gl. 4.

LEX XLV.

Petens plus loco, vel causa, punitur pœna tripli damni; si verò petat plus tempore, punitur pœna duplicationis temporis, et condemnabitur in expensis. Hoc dicit.

(1) *Tres tanto.* Concordat §. 33. vers. *sed hæc quidem*, Institut. de action.

(2) *Plazo.* Limita in: Fisco agente propter necessitatem fiscalem contra debitorem suum ante diem, ut habetur in l. 1. C. de condit. ex lege, et ibi Bart. et Bald. Et quid si petat ante conditionem completam? Dic, quod habebit locum ista lex, ut in cap. 1. de plus petition. et quod tempus tunc duplicetur, dic, quòd eventus conditionis declarabit, secundum Bart. in l. pecuniam, D. si certum petatur; quidquid in contrarium voluerit Jaso. in dicto §. *sed hæc quidem*.

(3) *Ante del plazo.* In hoc tollit hæc lex opiniones quæ erant, quòd tempus erat duplicandum; an illud quod restat à tempore petitionis, an totum tempus ab initio? et approbatur opinio quam tenet Bart. in l. justas, C. de jure fisc. lib. 10. Videas in §. *temporales* 10. Inst. de except.

LEY XLVI.

Que ningún ome non deue ser constreñido que haga su demanda, si non quisiere, fueras ende en cosas señaladas.

Constreñido (1) non deue ser ningún ome, que haga demanda a otro, mas el de su voluntad la deue fazer si quisiere; fueras ende en cosas señaladas, quel puedan los Judgadores apremiar segund derecho, para fazerla. E la vna dellas es, quando alguno se va (2) alabando, e diziendo contra otro, que es su seruo; o lo enfamando, diziendo del otro mal ante los omes. Ca en tales cosas como estas, o en otras semejantes dellas, aquel contra quien son dichas, puede yr al Juez del Logar (3),

LEX XLVI.

Nemo compellitur agere, nisi quis jactet se, quod aliquis est servus ejus, aut aliud malum de eo coram aliis dicat: quia tunc reo instante coram iudice, quod de predictis contra eum agat, iudex mandabit eum agere; alias absolvetur, nec postea audietur diffamans super praemissis: et si postea talia replicaverit, iudex punit eum. Hoc dicit.

(1) *Constreñido*. Concordat l. unica, C. ut nemo inuitus agere; et an possit aliquando iudex cogere quem ut accuset? Bart. dicit quod sic, in crimine homicidii, in l. in eum, D. de accus. et dicit S. Thom. 2. 2. quæst. 68. art. 1. quod si crimen fuerit tale, quod vergat in detrimentum Reipublicæ, tenetur quis ad accusationem, dummodo sufficienter possit probare quod pertinet ad officium accusatoris, puta, cum peccatum alicujus vergit in multitudinis corruptelam corporalem, vel spiritualem: si autem non fuerit tale peccatum, quod in multitudinem redundet, vel etiam si sufficientem probationem adhibere non possit, non teneretur ad intentandam accusationem: et adde in ista materia Gl. in cap. quapropter, 2. q. 7. et in cap. l. 4. q. 5. et in cap. si quis per capillum, 22. q. 1. et quod neque filius cogatur accusare per iudicem occisores patris, tenet Alberic. in dicta l. unica.

(2) *Alguno se va*. Concordat l. diffamari 5. C. de ingen. manum. et vide Bald. declarantem illam legem, in l. si ea, col. 2. C. qui accus. non poss. scilicet, quod procedat, quando diffamatus est in possessione existentie sui juris: quia per diffamationem videtur turbari in sua quasi possessione; et quod alias non cogetur diffamans agere. Facit etiam quod notat Bart. in l. 1. §. hujus autem, D. uti poss. quod, si propter diffamationem alicujus dicentis prædium non esse meum, ego non inuenio colonos, vel laboratores ad colendum prædium, dicor turbari in possessione, et competit mihi remedium pro vi turbativa. Dicendum tamen videtur, quod istud remedium competat ex diffamatione, sive concernat personæ statum, sive res; et etiam etsi propter hoc non minus inueniam colonos, et laboratores, ut est conclusio omnium Doctorum, Innoc. Abb. et cæterorum in cap. conquærente, de offic. ordinarii. Bart. in l. cum Titius, D. de accus. et Bald. in authent. ad hæc, col. 6. C. de usur. Joannes de Imol. in l. de pupillo, §. si is cui, D. de nov. oper. nant. Paul. in l. unica, C. ut nemo inuitus: et ita versatur in practica, et facit hæc lex ibi, cum dicit: *O en otras cosas semejantes*: nam cum dicitur, aliquid per aliquem detineri contra conscientiam, satis malum dicitur de eo, quod includitur in hac lege.

(3) *Al juez del logar*. Non aperit, quis iudex sit iste, an diffamati, vel diffamantis, et de jure communi: de hoc sunt opiniones: nam quædam decisio Neapolitana, n. 267. de his quas collegit Mathæus de Afflict. dicit, quod fait iudicatum, quod agens remedio l. diffamari, dicatur actor,

e pedir que constreñia a aquel que las dixo, que le haga demanda sobrellas en juyzio, e que las prueue, o que se desdiga dellas, o quel haga otra enmienda, qual el Judgador entendiere que sera guisada. E si por auentura (4) fuesse rebelde, que non quisiessse fazer su demanda, despues que el Judgador gelo mandasse, dezimos, que deue dar por quito (5) al otro para siempre; de manera, que aquel niu otro por el, non le pueda fazer demanda sobre tal razon como esta. E avu dezimos, que si dende en adelante se tornasse a dezir del, aquel mal que ante auia dicho, que el Judgador gelo deue escarmentar; de manera, que otro ninguno non se atreua a enfamar, niu a dezir mal de los omes tortizeramente.

ex quo provocat ad iudicium: et sic, quod debeat convenire illum qui se jactat in foro suo, et non in foro diffamati. Allegat Paul. et Alex. in l. libertus, D. de in jus vocando, dicentes, quod excommunicatus non potest agere remedio dictæ l. diffamari, cum voluntariè petat. Contrariam tamen opinionem tenet Abb. in cap. si quis contra devicium, de foro comp. notab. l. dicens, quod debet attendi origo cause naturalis, non quod accidentaliter contingit, l. qui habet 3. D. de tut. et eandem opin. per multa fundamenta tenet Alex. consil. 103. volum. 5. licet Math. de Afflict. in dicta decis. referat eum pro prima parte, sed non rectè retulit; imò fundat, et tenet istam ultimam partem, quod sequatur forum diffamati, et illic petat diffamatus remedio dictæ legis: et hoc idem tenet Socin. consil. 94. volum. 3. incipit, in causa vertente inter Joan. de Perpignano, licet ibi concludat in casu suo unum valde singulare, quod per hoc non tollitur facultas diffamanti, qui est originarius actor (in casu quo reus potest conveniri coram pluribus iudicibus) eligere aliam iudicem rei, et recedere ab illo coram quo egit diffamatus: eandem opinionem tenet etiam Marian. Socin. in cap. cum sit generale, col. 2. versic. primo igitur fallit, de Foro comp. referens præceptorem suum Franciscum Aret. idem tenentem: et ista ultima pars est verior, et communis, et admiror de dicta decisione Neapolitana: nam fundamentum de dicto Pauli, et Alex. in dicta l. libertus, excluditur ex his quæ dicit Alex. dict. consil. 103. et ex doctrina Bart. in dicta l. libertus: nam dicit Bart. quod ad incidendum in penam vocantis in jus sine venia, satis est quod faciat citare, licet agat remedio dictæ legis; tamen quoad omnes alios effectus dicitur iste reus, et non actor: et sic erit in repulsione excommunicati, quoad hunc effectum; non verò decidunt ibi Doctores, quod per hoc in omnibus aliis reputetur actor: et videtur hoc posse fundari ex ista lege, nam dicit: *Puede ir al Juez del logar*: et sic sentit de iudice rei diffamati.

(4) *E si por auentura*. Sed an sufficeret unica monitio? Gloss. in authent. de hered. et sub. §. si quis autem non implens, in verbo admonitus, vult, quod requiratur bina monitio, ut quis possit privari jure suo: et idem ibi Ang. inferens ad proprios terminos hujus legis: et tenet etiam Ang. Aret. in suo tractat. malef. in parte neciam ad quærelam, col. 15. et in rubr. de except. Inst. col. 19. Obstat tamen cap. licet, de accus. sed Marian. ibi solvit: quia ibi fuit, ex eo quod dixit, quod volebat accusare: unde non requiritur alia monitio. Ludovicus tamen Rom. in l. quandoque, D. de adquir. hered. reprobat dicta Ang. per urgentes rationes. Vide Felin. in cap. ex litteris, col. 7. de constit. Sed tutum erit in practica servare dictum Angeli.

(5) *Deue dar por quito*. Sit ergo cautus advocatus diffamati, ut faciat profere sententiam super hoc, prout hic dicitur: nam alias posset agi, non obstante lapsu termini, ut notat Innocent. in cap. cum in tua, qui matrim. accus.

LEY XLVII.

Como los Judgadores pueden apremiar a algunos omes, que fagan sus demandas, contra aquellos que quieren yr en sus caminos.

Asechan (1) los omes vnos a otros maliciosamente, por embillia, o por malquerencia que han contra ellos. E esto fazen contra los mercadores, e contra los otros omes, que han a fazer sus viajes por mar, o por tierra. Ca luego que saben que tienen sus mercaderias, e sus cosas aparejadas para yrse, mueven demandas escatimosamente contra ellos ante los Judgadores, para estornarles que se non puedan yr de la tierra, en la sazón que denian. Onde dezimos, que los Judgadores non deuen sufrir tal escatima, nin tal engaño como este, quando lo sopieren. E para refrenarlos desta maldad, mandamos, que el mercador, o otro qualquier que se temiere desto, pueda pedir al Juez, que apremie a aquel que le esta asechando, quel faga luego su demanda, e que la non aluengue, fasta en la sazón que se quiere yr. E el Juez deuelo fazer. Ca si estonce el demandador non quisiesse su demanda mouer, non deue despues ser oydo, fasta que el demandado torne de su viaje (2).

TITULO III.

DE LOS DEMANDADOS, E DE LAS COSAS QUE DEUEN CATAR.

Demandado es aquel, a quien fazen en juyzio alguna de las demandas, que diximos en el Título ante deste. E porende, pues que mostramos las cosas que el demandador deue catar, ante que comieue de fazer su demanda en

poss. et Ang. in tract. malef. in parte necnon ad querelam, col. 15. Ang. et Imol. in l. quando, D. de adquir. hered. Et quid si iudex in præfixione termini comminaretur, quòd de cætero eum non audiet? Ang. in dicta Rubr. de except. col. 19. tenet, quòd tunc non erit necessaria alia pronuntiatio, ut non audiatur, quòd reputat notandum. Tu serva practicam hujus legis: et adde ad dictam Ang. Felin. in cap. venerabilis, de jud. col. 4. et fuit originale dictam Salic. in l. si ea, C. qui accus. non poss.

LEY XLVII.

Fraudulenter agens contra mercatorem, aut aliam viatorem, ut differat suum iter, compellitur ad rei instantiam per judicem, ut ad breve tempus contra eum agat; aliàs non audiatur, donec à suo itinere, seu via redierit. Hoc dicit.

(1) *Asechan.* Adde notata per Glos. et Doctores in l. unica, C. ut nemo invitus.

(2) *Torne de su viaje.* Non ergò hoc casu imponetur silentium, prout in lege præcedenti; licèt contrarium hoc casu volebat Salicet. in dicta l. unica: licèt hoc dicebat, jungens ambo hæc dicta.

adil. edict. et tradit Socii. consil. 86. col. 5. versic. 2. probatur, vol. 1. Sed an legi 63. Tauri, qua disponitur, quòd juri exequendi præscribatur decennio, possit renuntiarì; imò quod etiam elapso decennio, possit exequi? Crederem, quod sic, quia in hoc casu cessant rationes, qua: adducuntur per Doct. ut præscriptioni renuntiarì non possit: nam ex quo remaneret actio, et potestas agendi usque ad 20. annos, nil mirum, si usque ad illud tempus possit etiam jure executivo agi ex pacto renuntiationis: facit ad hoc, quod adducit Felin. in rubr. de præscr. col. 5. versic. fallit 2. et istud crederem fortè verius, quàm illud quod in contrarium dixit quidam glossator in dicta l. 63. Tauri.

(2) *Del señorio.* Nam difficile est probare dominium, nisi per præscriptionem: vide Glos. in l. cum res, C. de probat.

LEX II.

Potest præscribere quilibet sanæ mentis, licet sit minor; furiosus autem non potest, quia non habet animum acquirendi; ceptam tamen præscriptionem ab eo cui successit, vel ab eo tempore quo sanæ mentis erat, potest continuare, et perficere. Hoc dicit.

(1) *Huerfano.* Concordat l. sequitur 4. §. pupillus 2. D. de usucap.

(2) *El loco.* Concordat l. sequitur 4. §. furiosus 3. et l. justo 44. §. cum qui 6. D. eod. et l. si is qui animo 27. D. de acquir. poss.

(3) *A ganar.* Ut in dicto §. eum qui 6. et dicto §. furiosus 3.

(4) *Era en ella.* Potest esse ratio, quia præsumitur, quòd furiosus duret in eadem affectione, in qua erat ante furorem, ut in notabili, quòd tradit Bald. in l. humanitatis, col. penult. C. de impub. et aliis substit. versic. 6. principaliter.

LEY III.

Como el sieruo non puede ganar las cosas ajenas por tiempo.

Ganar el señorío de alguna cosa por tiempo, non puede ningun ome que fuesse sieruo (1). E esto es, porque non seria guisada cosa, que ouiesse señorío sobre las otras cosas, el que non lo ha sobre si mismo. Empero, si algun sieruo tuuiesse tienda de su señor, o fuesse menestral de algund menester, e tuuiesse cabdal, o pegujar de que vsasse como mercador, o cambiador, o como menestral; si por tal razon como esta començasse a tener alguna cosa derechamente, poderla y a ganar por tiempo su señor por el. E esto es, porque es señor, e tenedor del sieruo, e del cabdal, o pegujar que traya.

LEX III.

Servus nil potest acquirere sibi: nam irrationabile est, quòdis, qui est sub alterius dominio, acquirat sibi: sed ejus dominus potest ex causa peculii per eum res præscribere, quia servum, et ejus peculium possidet.

(1) *Fuesse sieruo.* Concordat l. *sequitur* 4. §. *seruus* 4. D. eod. et in eo quod subjeicit de rebus peculiaribus servi, concordat l. *Labeo* 8. D. eod. et l. 2. *pro soluto*, et l. 1. §. *item acquirimus* 5. D. *de acquir. possess.*

LEX IV.

Possunt usucapi omnes res mobiles, et se moventia, et earum fructus; nisi sint res furtivæ, vel vi arreptæ, quæ non præscribuntur, nec earum fructus. Hoc dicit.

(1) *Muebles.* Concordat l. *moventium* 93. D. *de verbor. signif.* et vide Bald. in l. *mercatores*, C. *de commerc. et mercator.* dicentem, quòd mobilia concernunt personam, et non locum, ubi sita sunt. Alibi tamen dixit Bald. *de pace tenend.* in princ. col. 2. num. 9. quòd dicuntur esse de illo territorio, in quo reperiuntur; ideò si confiscantur, fisco illius loci confiscantur: et dicit Alex. consil. 16. vol. 1. in 2. dubio, quòd istud videtur verius, et adde quod notat Ang. et Imol. post Cin. et Pet. in l. *ex facto proponebatur*, D. *de hæred. instit.* et vide Salic. in l. 1. col. 6. C. *de Summa Trinit.* ubi distinguit, quòd, aut bona mobilia non sunt perpetuò destinata ad illum locum in quo sunt, sed sunt ibi causa mercantiæ, vel simili, et tunc concernant personam; aut erant ibi perpetuò destinata, seu mansura, et tunc territorii, in quo sunt. Vide ibi.

(1) *O robada.* Nam aliàs, si furtiva, ut infrà dicit, secùs esset: vide l. *sequitur* 4. §. *quod autem* 6. D. *de usucap.* et §. *furtivæ* 2. *Instit.* eod. tit. sunt enim hæc vitia furtivitatatis, et violentiæ realia, et rem afficiunt, ut in l. *vitia* 11. ubi Glos. magistralis, C. *de acquir. poss.* et in dicto §. *furtivæ* 2. nisi fuerit purgatum vitium, et res redierit ad antiquum possessorem, et dominum, ut in l. *sequitur* 4. §. *quod autem* 6. et §. *si tu me vi* 22. D. *de usucap.* et ut purgetur vitium furtivitatatis debet redire in potestatem domini, neque sufficeret, si rediret in potestatem alterius, cui fortè subrepta fuit ut ibi; tamen in vitio violentiæ in re immobili purgatur, re reversa in potestatem possessoris expulsi, licèt non sit dominus, ut in l. *certè* 6. §. *Julianus*

LEY IV.

Quales cosas son llamadas muebles, e como se pueden ganar por tiempo.

Muebles (1) son llamadas todas las cosas que los omes pueden mouer de vn lugar a otro, e todas las que se pueden ellas por si mouer naturalmente: e las que los omes pueden mouer de un lugar a otro, son assi como paños, o libros, o ciuera, o vino, o olio, e todas las otras cosas semejantes destas; e las que se mueuen por si naturalmente, son assi como los cauallos, e los mulos, e las otras cosas bestias, e ganados, e aues, e las otras cosas semejantes. E porende dezimos, que toda cosa mueble, que non sea furtada, forçada, o robada (2), que se puede ganar por tiempo; tambien ella, como los otros frutos, e las rentas que della saliesen; mas si fuesse furtada, o forçada o robada (3), non se podria ganar por tiempo, nin ella, nin los frutos (4), ni las rentas que salieren della.

3. et ibi Bart. D. *de precar.* et in l. *sequitur* 4. §. *si dominus* 26. D. *de usucap.* Nota etiam, quod res vendita per metum, et sic per vim compulsivam, non afficitur vitio reali, l. *si vi, vel metu* 3. et ibi Gloss. Bart. et Alex. col. fin. C. *de his, quæ vi met. causa:* et quando dicatur fundus vi possessus, declarat Bart. in dict. l. *sequitur*, §. *si fundum:* et in eo quòd dicit, quòd res afficitur vitio reali, si possessor suspicatus sit, se posse repelli, licèt non fuerit violenter expulsus; dic, quòd in contrarium est text. cum Gloss. de quibus (ut ibi dicit Paul. de Castro) Bart. non meminit, in l. *si nulla* 6. C. *de acquir. poss.* Et licèt dominus per violentiam occupet rem suam, non afficitur vitio reali, ut in dicta l. *sequitur* 4. §. *si rem* 21. et tenet Paul. de Castro in dicto §. *si tu vi me*, et vide Gloss. et Bart. in dicto §. *si fundum:* vitium tamen clandestinitatis non afficit rem vitio reali, ut in dicta l. *furtum* 37. §. *fundi*, et ibi Bart. et Paul. de Castro, D. eod. Et adde etiam, quòd crimen expilatæ hæreditatis non facit rem inusucapibilem, l. *si homo* 35. et ibi notat Bart. D. eod. *de usucap.* et vide per Bald. in l. *si abducta*, C. *de furtis.* Et quid in violentia, quæ committitur, adepta jam possessione, in ipsa defendenda? Vide in dicta l. *sequitur* 4. §. *item si occupaveris* 28. D. eod. et ibi Paul. de Castro. Et adde etiam, quòd non sufficit expulisse, nisi et possessionem intret expulsor, ut in l. *non solum* 33. §. *si dominus* 2. et in dicta l. *sequitur* 4. §. *si tamen*, D. *de usucap.* et notat Gloss. in dicto §. *furtivæ.* Et nota, quòd etiam si expulsor erat prædo, res afficitur vitio violentiæ, secundum Ang. in dicto §. *furtivæ*, col. 1. Et an si res surripiatur gratia usus tantum, cadat in vitium furtivitatatis? Vide Joan. Fab. quòd sic, licèt talis fur non prætendat rem lucrari, in §. *aliquando*, *Inst. de usucap.* Et an sufficiat, ut purgetur vitium, quòd res redeat in potestatem tutoris? Vide l. *sequitur* 4. §. *si pupilli* 11. D. *de usucap.* quòd sic, nisi quando ipse tutor rem surripuit, et alienavit, ut in l. *qui fundum* 7. §. *si tutor* 3. D. *pro emptor.* et non sufficit, quòd redeat in potestatem domini, nisi et sciat rem fuisse furatam, ut in dicta l. *qui fundum* 7. §. pen. et adde etiam, quòd licèt res veniat in potestatem procuratoris mei, non purgatur vitium furtivitatatis, l. *si rem* 41. D. *de usucap.* et adde alia per Azon. in summa, C. *de usucap. pro empt.* vol. 2.

(3) *Robada.* Vide quæ dixi in gloss. præcedenti.

(4) *Nin los frutos.* Intellige, ut in l. sequenti, de fructibus, et fatibus conceptis, et editis apud furem, vel ejus

LEY V.

Como si sierua, o yegua, o vaca, o otra cosa semejante, que es furtada, o robada, e la venden, quando el comprador puede ganar los frutos dellas.

Ley 2,
tit. 8,
libr. 11
Novis.
Recop.

Sierua (1), o yegua, o vaca, o otra cosa semejante, de aquellas que dan fruto de si, si despues que es furtada, o robada, o forçada, la vende a alguno, o la enagena aquel que la ha por alguna destas maneras; dezimos, que si este que comprasse la cosa, a buena fe en comprandola, cuydando que era suya de aquel que gela vendio, o que la non ouo con mala fe, nin de mala parte; si acaeciesse que despues que la compra, que concibe, e parte (2) en su poder; que el fruto que assi ha della, que lo puede ganar por tiempo (3). Mas si despues que la ouiesse comprada, e ante que concibiesse, supiesse que el que gela vendio la ouiera de mala parte, estonce non podria ganar por tiempo el fruto que la cosa diese de si. Empero, si despues la cosa concibiesse, seyendo ya en su poder, supiesse que non era de aquel (4) que gela vendio; mas non supiesse, si la ouiera de furto, o de robo, o

que la forçara; estonce bien podria ganar el fruto della por tiempo. Mas si supiesse que la ouiera furtada, o forçada, o robada, non podria ganar el fruto della por tiempo; bien assi como non podria ganar la madre. E si por aventura despues que la cosa ouiesse parido, supiesse que era forçada, o robada, o furtada, e non lo supiesse ante que pariesse; si lo fiziesse estonce saber (5) a aquel cuya era, diciendole, que si algun derecho auia en ella, que lo demandasse; si el otro non lo quisiesse fazer, dende adelante bien podria ganar el fruto de la cosa por tiempo. Esso mismo dezimos que seria, si gelo quisiere fazer saber, e non lo fallasse, porque fuesse tan alongado del lugar, que gelo non pudiesse embiar a dezir.

LEY VI.

Como la cosa Sagrada, ni ome libre, non se gana por tiempo.

Sagrada (1), o Santa, o Religiosa cosa, non se puede ganar por tiempo. Esso mismo dezimos, que ome libre (2) non se puede ganar por tiempo quanto quier, que ome lo tuiesse en su poder por sieruo. Otrosi dezimos, que señorío para fazer justicia (3), non lo

hæredem: nam neque ipse, neque ejus hæres usucapiet, ut in l. qui vas 48. §. ancilla 5. D. de furtis, et l. sequitur 4. §. hæres 15. D. de usucap. secus, si percipiuntur ab extraneo bonæ fidei possessore, ut ibi, et in l. si aliena 10. §. Scævola, D. eodem, et adde l. si seruus 34. et l. non solum 33. in princ. D. eodem, ubi Gloss. et Angel.

LEX V.

Partus ancillæ, vel animalis vi arrepti, penes bonæ fidei possessorem conceptus, et natus, potest per eum usucapi; sed si ante conceptionem scivit non esse vendentis, non potest usucapere: idem, si post conceptionem ante natiuitatem scivit rem esse furtivam: si verò post natiuitatem scivit esse furtivam, vel raptam, denunciavitque domino, ut peteret jus suum, neque dominus petiit, aut non potuit denunciare, cum vellet, propter domini absentiam in remotis; et potest partum usucapere: si autem scivit rem non esse vendentis, sed ignoravit furtivam esse, vel raptam, potest usucapere partum. Hoc dicit.

(1) Sierua. Ista lex sumpta est à dictis Azon. in summa, C. de furtis, versic. quid autem si ex re furtiva, et in summa C. de usucap. pro empt. col. 3. versic. quod autem, et à Gloss. in l. si ego, §. partus, D. de publiciana, in gloss. super verbo ignorabam, ubi vide leges concordantes.

(2) Concibe, e parte. Nam licet partus sit editus penes bonæ fidei possessorem, si tamen fait conceptus penes furem, est furtivus quoad usucapionem, ut in l. qui vas 48. §. ancilla 5. D. de furtis, et per Bartol. in l. ancilla, C. eod. Et ex ista lege collige, quòd etiam in fætu vaccæ, vel equæ, vel alterius pecudis, si concipiatur apud furem, licet edatur apud bonæ fidei possessorem, respectu usucapionis partus erit furtivus, sicut et partus ancillæ. Angel. tamen in l. si ego, §. fin. D. de publiciana, tenet contrarium, distinguendo inter partum ancillæ, et fætum animalis: dicit etiam, quòd fætus natus apud bonæ fidei possessorem, licet fuerit conceptus apud furem, possit usucapi: et assignat rationem diversitatis inter partum, et fætum, quia partus interter non mutare dominum; quod non interest in fætu:

Tom. II.

dictam tamen hoc Angeli non benè jure probatur; imò l. qui vas 48. §. ancilla 5. D. de furtis, quam ipse allegat, potius probat oppositum: erit ergò idem in omnibus in fætu, quod in partu ancillæ, nisi in eo, quod dixi in gloss. incipienti in partu, proxime sequenti.

(3) Ganar por tiempo. In partu ancillæ benè procedit, quòd usucapiatur; in fætu verò vaccæ, vel equæ, videtur, quòd statim sine usucapione sit bonæ fidei emptoris, apud quem conceptus, et editus est, ut declarat Angel. in l. non solum, in princ. D. de usucap. et Paul. in l. si aliena, §. Scævola, eod. tit. et per Bartol. in l. ancilla ad finem, C. de furtis.

(4) Non era de aquel. Adde l. justo 44. §. et si possessionis 2. D. de usucap.

(5) Fiziesse estonce saber. Concordat l. si ancillam 4. in princ. D. pro suo.

LEX VI.

Rês sacra, et religiosa, et homo liber, merum imperium, et tributa, vel alia jura Regia præscribi non possunt. Hoc dicit.

(1) Sagrada. Id est, res consecrata per Pontificem. Sancta, id est, sanctione firmata, ut sunt muri civitatum, ut in §. sacræ 8. et in §. sanctæ 10. Instit. de rer. divis. et de religiosa vide in §. religiosum 9. eod. tit. et concordat cum ista lege l. usucapionem, D. eodem, et §. aliquando 8. Instit. de usucap. hæc enim cum sint in bonis nullius, non possunt usucapi; res tamen ecclesiæ, quæ sunt in dominio ecclesiæ, præscribuntur, ut in anthent. quas actiones, C. de sacros. eccles. De decimis dic, quòd non possint per laicos præscribi, ut in cap. causam quæ 7. de præscriptione.

(2) Ome libre. Etiam mille annis, ut dicit Gloss. in l. 2. C. de ingen. qui modus loquendi non est alibi, secundum Bald. in l. 1. in princ. C. de annal. exception. et Angel. in l. non solum, in princ. D. de usucap. et adde l. fin. cum Gloss. C. de præscript. longi temp. quæ pro libert.

(3) Justicia. Ista lex approbare videtur opinionem illo-

Ley 4.^a tit. 8.^o libro 13.^o Novis. Recop. Ley 1.^a tit. 18.^o libro 9.^o Novis. Recop. puede ganar ningund ome por tiempo, maguer vsasse della alguna sazón; fueras ende, si el Rey, o el otro señor de aquel logar, que ouiesse poder de lo fazer, gelo otorgasse señaladamente. E aun dezimos, que tributos (4), o pechos, o rentas (5), o otros derechos qualesquier que pertenezcan al Rey, e que ayán costumbrado, o vsado de darle, que los non puede ganar ninguno por tiempo, nin se pueden escusar que los non den; maguer estuuiessen alguna sazón, que gelos non diessen,

o que gelos encubriessen, o porque los diessen a otri (6).

LEY VII.

Como las plaças, nin los caminos, nin las dehesas, nin los exidos, nin los otros lugares semejantes, que son del comun del Pueblo, non se pierden por tiempo, e de las otras cosas.

Plaça (1), nin calle (2), nin camino (3),

rum antiquorum, qui dicebant merum imperium non posse præscribi; ut tradit Bald. in repet. l. si lex, C. de emancip. liberor. vide hodie l. 6. tit. 13. lib. 3. *Ordin. Regal.* quæ declarat istam legem in suprema superioritate, et jurisdictione Regis, contra quam non potest præscribi, ut ibi: de iure tamen communi magis communis videtur opinio, quod et illa suprema possit præscribi per tantum tempus, cuius initium non sit memoria, ut latè adducit Felin. in cap. cum non liceat, de præscriptione. à col. 4. usque in fin. et Francisc. Balb. in tractat. præscript. fol. 51. col. 1. et 2. quem vide. Alia verò jurisdictione, excepta suprema, præscribitur contra Regem per tempus, de quo in l. *Ordin.* de qua infra: et an cum tractatur de præscriptione jurisdictionis inter privatos inferiores dominos, sufficiant decem anni? Vide Alex. consil. 16. vol. 5. et Balb. in dicto tractat. præscript. fol. 51. col. 4. cum sequenti.

(4) *Tributos.* Hic habes, quod tributa, et redditus Regales, sunt impræscriptibilia: et videtur hic probari, quod etiam tempore immemoriali non præscribantur, ex quo æquiparatur ea rebus sacris, et libero homini: et maximè patet hoc, junctis his, quæ notat Bald. in l. omnes, in fin. C. de præscript. 30. vel 40. annor. et Joann. de Plat. in l. si quis decurio la 2. C. de decurion. lib. 10. et Felin. in rubr. de præscript. col. fin. et per istam legem videtur, quod hodie omnia jura, et tributa regalia, sunt in casu l. comperit 6. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Hoc etiam probari videtur ex l. quarta, in Quaterno gabellar. ibi, dum dicit (aunque digan, y aleguen que nunca la pagaron, y estan en possessione de no la pagar), et ut dicit Gloss. in Clement. secunda, in gloss. fin. de rebus eccles. non alienand. sublata consuetudine à jure per verba generalia, videtur etiam sublata consuetudo immemorialis; quam gloss. ut notabilem allegat ad hoc Jaso in l. hujusmodi, col. 1. D. de verbor. oblig. et est similis in cap. 2. de consuetud. lib. 6. quam ibi notat Dominicus: et hoc expressius patet ex l. fin. tit. 13. lib. 3. *Ordin. Regal.* ibi cum dicit (e las otras leyes que dizen, que las cosas del Reyno non se pueden ganar por tiempo, que se entienda de los pechos, e tributos que a nos son devidos), ex quibus verbis, et ex præcedentibus dicta l. patet, qualiter illa lex vult, quod neque centum annis, neque tempore ulteriori taliâ jura præscribantur. Præterea, licet consuetudo possit prodesse, ut præscribatur contra exactionem vectigalium in præteritum; tamen non potest operari, ut talis præscribere libereatur à futuris tributis, seu vectigalibus, ut valdè notabiliter dicit Joann. de Plat. in l. 1. C. de excoction. et translat. militar. annon. lib. 12. ubi notabiliter concludit, quod adversus futuram præstationem non præscribitur, etiam si tempore immemoriali quis non fuerit gravatus in collectis. Neque prædictis obstat l. omnes 4. C. de præscript. 30. vel 40. annor. ubi habetur, quod actiones, quæ paucioribus annis non tolluntur, etiam si jus publicum concernant, tollantur 40. annis. Nam (ultra id, quod de illa lege non reperitur lex Partitæ) respondeo, quod illa lex non procedit, quando præscriptio est specialiter prohibita, neque in casibus in quibus est specialiter provisum, ut nulla præscriptio obstat. Ita declarat, et intelligit illam legem Bald. et Angel. in l. 1. C. ne rei domin. vel templor. et in dicta l. omnes, col. fin. et adde ad prædicta, et signanter ad illud

dictum Joann. de Plat. Alberic. in rubrica D. de muner. et honor. numero 10. et 11. et adde l. 4. tit. 4. lib. 6. *Ordin.*

5 *O rentas.* Adde l. fin. tit. 13. lib. 3. *Ordin. Regal.* et vide quæ notat Joann. de Plat. in l. si quis decurio la 2. lib. 10. ad fin. et adde l. 1. in fin. tit. 17. *Partit.* 2. Quod tamen redditus salinarum acquiri possint præscriptione immemoriali, vide l. 8. tit. 1. lib. 6. *Ordin. Regal.* quæ videnda est in originali.

(6) *Diessen a otri.* Et sic, neque deditor tributi præscribet liberationem: neque alius præter Regem recipiens præscriberet contra Regem, et videtur Rex possidere tributum, quod alius etiam pro se colligit, juxta notabile dictum Bartoli in l. sequitur, §. si viam, D. de usucap. et probatur hic.

LEX VII.

Communi usui civitatis deputata, ut platea, strata, viæ publicæ, exitus, et similia, non possunt præscribi: sed alia communia quibus non utitur quilibet de populo, ut servus, navis, grex, aut similia, possunt præscribi spatio 40. annorum; quibus elapsis, potest civitas infra quadriennium implorare restitutionem in integrum adversus præscriptionem, et non postea. Hoc dicit.

(1) *Plaza.* Concordat l. usucapionem 9. D. de usucap. et l. præscriptio 6. C. de oper. public. et l. viam 2. D. de via public. ista enim non sunt in commercio, et sic non possunt præscribi: et exemplificat Azo in summa, C. de usucap. pro empt. col. 3. de Campo Martio, de theatro, et de arena civitatis Veronensium, vel alterius. Sed an præscriberentur istæ res, quæ sunt in usu publico, præscriptione immemoriali? Videtur; quod sic, per ea quæ notat Angel. in l. non solum, in princ. D. de usucap. ubi dicit, quod omnia, excepto libero homine, usucapiuntur centum annis; quantumcumque in civili, vel municipali censura disponatur, ut nulla præscriptione obstante, res valeat avocari: allegat text. in authent. ut de cetero commutat. non fiant, ad fin. col. 5. et l. fin. C. de sacros. eccles. facit etiam l. usum aqua 4. et ibi Gloss. C. de aqueductu, lib. 11. ubi aqueductus, qui est in usu publico, præscribitur tempore, cuius initium non est memoria. Idem etiam tenet Angel. in l. fin. D. de usucap. ubi limitat illam legem prohibentem præscriptionem in locis publicis maris, aut fluminis publici, quod non procedat, si præscriptio sit immemorialis: allegat dictam l. usum aqua, et l. diligenter, cum Gloss. eod. tit. Eandem sententiam tenere videntur Bald. et Angel. in l. 1. C. ne rei domin. vel templor. et quia exclusæ præscriptione, non videtur exclusæ immemorialis, ut tradit notabiliter Abb. in cap. fin. col. 7. de præscript. et tradit Felin. in cap. accedentes, col. 4. eod. tit. et istam sententiam loquens expressè in rebus publicis, et publico usui deputatis, tenet Balb. in suo tractat. præscript. fol. 61. col. 2. versic. sextus casus. In contrarium tamen facit, quod istæ res non possidentur, neque in eis cadit possessio, ut in l. 1. §. fin. D. de acquir. possess. notat Gloss. in l. 3. D. eod. tit. non ergo potest præscribi, quod non potest possideri, l. sine possessione 25. D. de usucap. Hoc etiam tenere videtur Gloss. magna in l. fin. in fin. C. de sacros. eccles. que re-lata ad text. tenet, quod neque centum annis præscribi pos-

sunt res publicis usibus destinatae. Hoc etiam in terminis tenet Joann. de Plat. in dicta l. *si quis decurio*, C. de decurion. lib. 10. ubi dicit, quod quando res est affecta a lege, ut sit inuscapabilis, ut est res sacra et sancta, et res publica civitatum, quæ est in usu publico, et via publica, tunc neque præscribetur 100. annis: et idem tenet Bald. in l. *omnes* in fin. C. de præscript. 30. vel 40. annor. et istam conclusionem, quod ubi lex resistit præscriptioni, non sufficiat præscriptio immemorialis, tenet Felin. in cap. *accidentes*, col. 5. versic. *fallit tertio*, de præscript. et ista pars fortè est de jure verior: neque obstat adducta in contrarium, quia procederent ubi res non esset a lege affecta, ut sit inuscapabilis; secus, si a lege fuisset affecta, ut in rebus sacris, vel publicis usibus destinatis: confert, quod tradit Luc. de Pen. in l. *diligenter*, C. de aqueductu, lib. 11. ubi dicit, quod aqua necessaria deputata ad usum civium non præscribetur etiam tempore immemoriali. Istam conclusionem limita primò, quando solum deducitur tempus immemoriale, nam si allegaretur aliquis titulus justus, et in ipso fiat fundamentum, et probetur de usu talis temporis; tunc ex tali tempore probaretur titulus: ita limitat, et intelligit singulariter Felin. in dicto cap. *accidentes*, col. 6. et sequitur Balb. in dicto tractat. *præscript.* fol. 57. col. 2. Secundò limita, ut procedat indistinctè dicta conclusio in via publica, platea, et aliis, quæ non possunt possideri. Si verò questio sit de præscribendis terminis civitatis, quæ non sint exitus, neque defesæ, de quibus hic; tunc procederet in illis præscriptio, licèt sint in usu publico: ita dicit Roderic. Suarez allegat. 15. dicens, quod sic auditur istam legem Partita: interpretatam fuisse in Consilio Regio, et Audientiis Regiis, dicens, quod aliàs esset absurdum, quod ista lex extenderetur ad omnes terminos: neque dicit, quod obstat verbum hic positum (*nin otro lugar*), quia secundum eum debet referri ad id, quod concernat usum pascedi, veluti fontis, aut rivi, aut lacunæ ad acquandum greges, et nihil ad hoc ultra allegat. Ego tamen multum de hoc dubito, cum ratio in omnibus sit eadem, scilicet quia deputata sunt ad publicum usum: fortè tamen hoc procederet, quando non præscribitur ipsa proprietates terminorum; sed aliqua servitus, veluti pascedi, vel cultivandi aliquas terras: nam tunc cum non præscribatur proprietas, fortè præscribetur talis servitus spatio 40. annorum, et hoc est quod in Regalibus Audientiis fuit semper pronunciatum in his, quæ à 40. annis citra fuerunt cultivata. Tertiò limita ut procedat ista lex, quando tractatur de præscriptione proprietatis: si verò tractaretur de possessione in re, in qua caderet possessio, ut in pratis, et pascuis, sufficeret in iudicio possessorio fortè præscriptio 40. annorum, ut in l. *omnes* 4. C. de præscript. 30. vel 40. annor. nam bene possumus possidere rem, cujus proprietatem habere non possumus, ut in cap. *dilectissimi*, 12. quæst. 1. in gloss. 1. et adducit Andr. de Iser. de *prohib. feud. alien. per Frederic.* §. *illud quoque*, col. fin. sicut patet in uxore, quæ possidet rem donatam a viro, licèt talis donatio sit nulla, l. 3. in fin. D. *pro donato*, et possidet naturaliter, et civiliter, et habet interdictum unde vi, l. 1. §. *deficitur*, D. *de vi, et vi armat.* et dicit Andr. de Iser. ubi supra, idem esse in rebus sacris, et religiosis, vel publicis, vel libero homine; nam cadit in his possessio, licèt non dominium, l. *acquiritur* 10. et l. *qui bona* 23. D. *de acquir. rer. donin.* l. *sed Celsus* 6. D. *de contrahend. empt.* l. *liberis* 7. §. *in D. de liber. causa*, facit ad hoc notabile dictum Abb. in cap. 1. col. fin. *de restit. spol.* facit l. *naturaliter* 12. §. *nihil commune*, D. *de acquir. poss.* et videtur etiam pro hoc casus in cap. *volumus*, 16. quæst. 4. juncta expositione Gloss. et Card. de Turre Cremat. ubi *dominio*, id est, *possessione*, et facit l. *si quisquam* 7. D. *de divers. et temp. præscript.* Neque obstat text. in l. 1. §. fin. D. *de acquir. poss.* per quem dicit ibi Bart. quod res usui publico destinatae non possunt possideri: nam loquitur illa lex in foro, et Basilica, et similibus, in quibus non cadit possessio etiam per ipsos municipes, in quorum locis hæc sunt; ubi tamen cadit possessio, in ipsis municipibus cadit, et in aliis, l. 1. §. *sicut*; D. *quod cujusque universit. nom.* et patet ex l. *Toleti* disponenti super terminis, et instructione ad eam data; et ita videntur sentire Ang. et Alex. in dicto §. fin. et ita videtur tenendum; licèt pro contraria

parte posset iudici id quod tradit Lucas de Penna in l. 1. col. 3. cum sequentibus, C. de reis postul. lib. 10. quod constitutio disponens de modo probandi contra Baronem, quando ageretur super castris, et bonis ejus, procedat, sive agatur possessorio, sive petitorio: et contra id quod dixi, quod possit præscribi servitus in rebus, quæ sunt in usu publico, obstat l. 13. tit. 31. ead. *Part.* ubi dicitur, quod non debet imponi servitus in his; et si non potest imponi per pactum, ergò neque per præscriptionem, ut in §. *quid ergo*, et ibi notat Bal. *de investit. de re alien. facta*. Cogita, nam fortè potest responderi, quod non est semper eadem ratio in præscriptione, quæ in pacto: nam in re ecclesiæ non imponitur servitus sine licentia Papæ, vel Episcopi, cui subest ecclesia, ut tradit Abb. in cap. *constitutis*, col. 1. *de election.* et tamen potest præscribi servitus in prædio ecclesiæ, quando habet causam continuam, per 40. annos, si discontinuam, per tempus immemoriale, ut dicit Innoc. in cap. *cum dilectus de consuet.* col. fin. et aliquando plus operatur præscriptio, quàm pactum, ut in l. *nam satis* 6. §. 1. D. *quemad. servit. amit.* et dixit aliàs Glos. in l. 1. in verbo *coheredibus*, D. *famil. ercisc.* et tradit Oldrald. consil. 172. col. pen. et Paul. de Castro in l. *sed si inter*, D. *de servit. urban. prædior.* et quod fieri debeat ista differentia, seu quod multum intersit inter acquisitionem proprietatis, vel servitutis, et quod multo facilius acquiratur servitus, quàm ipsa totius rei proprietates; confert, quod notat Bart. in l. *cum de in rem verso*, col. 2. D. *de usur.* et quia præscriptio servitutis non est ita magni præjudicii: vide ibi per eum.

(2) *Nin calle*. Adde l. 2. D. *de via publ.* et an via publica possit vendi, vide per Lucam de Penna, in l. 1. C. *de divers. præd. urban.* lib. 11. ubi dicit, quod non, si via publica non solum est necessaria populo distrahenti, sed etiam aliis: et circa materiam hujus legis vide quæ notat Bald. in l. fin. col. 2. C. *de sacros. eccles.* et omninò, quod notat Joan. de Plat. in l. *si quis decurio*, C. *de decur.* lib. 10. nam est singul. ad intellectum hujus legis, et vide in materia, quæ ipse notat in l. 4. C. *de aqueduct.* lib. 11. ubi quid in eo, qui vult præscribere mare, et publica flumina, et in l. *diligenter*, eod. tit. et vide ad istum textum Gloss. in l. *in omnibus*, D. *de divers. et tempor. præscript.* et l. fin. C. *de sacros. eccles.* et ibi notata: et adde ad intellectum omninò Balb. in tract. *præscript.* chart. 61. col. 2. et adde quæ notat Joan. Andr. in addit. ad *Spec.* tit. *de execut. sentent.* §. *sequitur*, super versic. *quid si universitas*: et vide ad istam legem Socin. consil. 86. col. fin. part. 1. et ad intellectum, et limitationem, Roder. Suarez alleg. 15. et quæ dixi in glos. præcedenti.

(3) *Nin camino*. Viæ communes sunt omnibus quodam jure naturæ, et legibus gentium, ut tradit B. Thom. 2. libro *de regim. Principum*, cap. 12. propter quod prohibentur ad nemine occupari, ut in 2. §. *viam* 21. et §. *hoc interdictum* 4. D. *ne quid in loco publico*, neque præscribi possunt, ut hic, et in dicta l. *viam publicam*, quocumque temporis cursu: undè ut tradit idem B. Thom. in libro *Numerorum*, cap. 20. via publica via regia nominatur, ad significandum ejus communitatem; ubi Augustinus in glos. exponit, pro tanto sic appellari, quia debet esse libera cui-libet transeanti innoxio, ratione humane societatis; undè, ut ibi scribitur, Dominus mandavit Amorrhæos deleri, quia noluerunt permittere transitum filiis Israel gradientibus sola via regia; id est, sine læsione regionis: ex quo videtur non rectè dixisse Bald. in cap. 1. *de forma fidelit.* quod venturis ad patriam alienam bene potest interdicti ingressus argum. l. *Dionis*, D. *de servit. rustic. prædior.* et similibus; nisi dicas dictum Baldi intelligendum, quando volunt intrare ad habendum incolatum, juxta ea, quæ dicit Bald. ibi, et vide per Felin. in cap. *quoniam, de offic. ordin.* vel quando timeretur de exploratione, vel alia justa causa esset prohibendi: vide ad prædicta, quæ notat Bald. in repet. l. *de quibus*, col. 10. D. *de legib.* et in authent. *habita*, col. 5. C. *ne filius pro patre*, et in l. *ex hoc jure*, col. 3. D. *de just. et jur.* sic et Andr. de Iser. in rubr. *quæ sunt regalia* ad fin. dicit, quod potest Rex prohibere ingressum, vel meatum per viam publicam, multitudini, et exercitui lascivo, quia lascivus, argum. D. *locali*, l. *ex conducto*,

nin defesa, nin exido, nin otro lugar qualquier semejante destos (4), que sea en vso comunalmente del Pueblo de alguna Cibdad, o Villa, o Castillo, o de otro Lugar, non lo puede ningund ome ganar por tiempo. Mas las otras cosas (5) que sean de otra natura, assi como sieruos, o ganados, o pegujar, o nauios, o otras cosas qualesquier semejantes destas, maguer sean comunalmente del Concejo de alguna Cibdad, o Villa, bien se podrian ganar por tiempo de quarenta años (6). E esto es, porque maguer que sean de todos comunalmente, non vsan comunalmente dellas todos, assi como de las otras cosas sobredichas. Empero si la Cibdad, o Villa, o otro Lugar, que perdiessse alguna destas cosas por tiempo de quarenta años, pidiessse despues deste tiempo fasta quatro años (7) al Rey, o al Adelantado, o al Judgador del logar, que aquel tiempo passado non le empeciesse, e que le otorgasse, que la cosa non se perdiessse por el, deuegelo otorgar (8); e estonce non le empeciera ninguna cosa el tiempo de los quarenta años. Mas si los quatro años passasen de mas de los quarenta, que lo non pidiessen assi, dende

adelante non lo podrian pedir (9); e el que la cosa tuuiesse, ganarla y a por tiempo de los quarenta años.

LEY VIII.

Como los menores de veynte e cinco años, e los fijos que estan en poder de sus padres, e las mugeres casadas, non pierden sus cosas por tiempo.

Los menores de veynte e cinco años non pueden perder sus cosas por tiempo, fasta que ayan (1) complida su edad. Empero, si despues que fuessen de edad complida, començasse alguno a ganar alguna cosa suya por tiempo, poderlo y a fazer, assi como lo ganaria contra otro ome qualquier. Otrosi dezimos, que las cosas del fijo non las puede ninguno ganar por tiempo, demientra que estuuiesse en poder (2) de su padre. Esto es, porque sobre las cosas del fijo, el padre (3) puede mouer pleyto, e non el fijo (4) sin su mandado. E aun dezimos mas, que las cosas que la muger diesse a su marido en dote (5), non se pueden

circa fin, vel si timeret invasionem terrarum suarum, vel alia pericula: item, quòd et uni possit prohibere ex causa, scilicet ut non sciantur secreta Regni sui, arg. l. 3. *C. de comerc. et mercator.* vel si nollet alienigenas exteros in Regno suo conversari, vel manere, ne animos subditorum inciant: ad quod etiam vide S. Thom. 2. lib. *de regim. Princip.* cap. 3. Illis, vel similibus causis cessantibus, non posset secundùm eam.

(4) *Destos.* Vide suprâ tit. 1. l. 4.

(5) *Las otras cosas.* Vide Bald. in l. 2. *C. ne rei domin. vel templor.*

(6) *De quarenta años.* Nota hodie expeditum, quo tempore præscribantur res civitatum, quæ non sunt in usu publico: quia de jure communi aliqui dicebant, quòd præscribantur decennio, ut Jacob de Raven. Alber. et Ang. in l. *usucapionem*, D. *de usucap.* ubi Joan. de Imol. dicebat, quòd 30. annis: Gloss. in l. fin. *C. de sacros. eccles.* dicebat de 40. annis, per l. *omnes*, *C. de præscript.* 30. vel 40. *annor.* et per l. fin. *C. de fundis patrim.* lib. 11. nisi in casibus illis, de quibus in dicta l. fin. *C. de sacros. eccles.* Sed ut hic vides, tam in illis, quàm in aliis statutis hic tempus 40. annorum, et hoc idem de jure communi tenebat Salic. in authent. *quas actiones*, *C. de sacros. eccles.* et in l. 1. *C. de quadrienn. præscript.* approbans opinionem Placentini, de qua in Gloss. in dicta authent. *quas actiones*, *C. de sacros. eccles.* et de intellectu, et limitationibus dictæ l. fin. vide Francisc. Balb. in tract. *præscript.* fol. 54. col. 2. et 3. Et procedit hoc, quando præscribitur contra verum dominium civitatis: nam si tantùm civitas haberet quasi dominium, ut quia usucapiebat, tunc longo tempore præscriberetur, ut notat Bart. in l. *si finita*, §. *si de vectigalibus*, col. 1. D. *de damn. infect.* et Ang. et Imol. in dicta l. *usucapionem*. Et adde quòd idem tempus 40. annorum requiritur in præscriptione servitutum, quas habet civitas, vel respublica, secundum Ang. et Imol. ibidem, post Innoc. in cap. *cum dilectus*, *de consuetud.* ad fin.

(7) *Quatro años.* A die notitiæ lesionis, secundum Bald. in l. 3. *C. si ex fals. instrum.* et vide in tract. *præscript.* fol. 43. col. 1. et 2. versic. 2. *quaro.*

(8) *Deuegelo otorgar.* Sic et Ecclesiæ conceditur restitutio adversus præscriptionem, ut notat Gloss. in authent. *quas actiones*, *C. de sacros. eccles.* et adde l. *rempubli-*

cam 3. *C. de jure reipubl. de lib.* 11. et tradit Abb. latè in cap. 1. col. pen. et fin. *de præscript.*

(9) *Non lo podrian pedir.* Etiamsi læsio esset enormissima, neque haberet locum l. fin. tit. fin. *Partit.* 6. in præscriptione; contrarium tamen videtur ibi probari: dic, ut ibi.

LEX VIII.

Contra minorem 25. annis non currit præscriptio, nec contra filiumfamil. durante patria potestate: nec res dotales possunt præscribi, durante matrimonio, nisi marito dilapidante bona uxoris, et illa hoc sciente, dotem non petiit: tunc alius potest eam præscribere. Hoc dicit.

(1) *Fasta que ayan.* Vide tamen l. pen. tit. fin. infrâ *Partit.* 6. et quæ ibi dico, quæ concordat cum l. fin. *C. in quibus causis in integr. rest. non sit necess.*

(2) *En poder.* Concordat l. 1. cum authent. *nisi tricennale*, *C. de bonis matern.* et l. 1. §. *ne autem*, *C. de annal. except.* et l. *quacumque* in fin. *C. de bon. quæ liber.* et procedit etiam in statutaria præscriptione, secundum Bald. in in dict. authent. *nisi tricennale*.

(3) *El padre.* Sed pone, quòd aliquis occidit possessorem majoriæ, vel fuit causa mortis; vel pone, quòd cautum est in majoria, quod qui injuriam laceret possessori, non succederet in ea, et sic deferretur in sequentem, qui est filius occidentis, vel inferentis injuriam: an poterit nomine filii, qui est in potestate, agere pro majoria? Dic, quòd non, per text. in l. *qui in servitutum* 9. D. *de bonis libert.* et vide text. et ibi Bart. in l. *Divi Fratres* 17. D. *de jure patron.*

(4) *E non el fijo.* Istam etiam rationem ponit Bald. in l. 1. 21. oppo. *C. qui admitti.* Limita tamen istam legem in casibus, in quibus patri acquiritur ususfructus: nam, ubi non quaritur, cum filius possit agere sine patre, et cogi facere patrem ad consentiendum, tunc curret præscriptio, secundum Nicol. de Neapol. in l. 3. §. *usuras*, D. *de contrar. judic. tutel.* et adde Bald. in dicta l. 1. §. *ne autem*, *C. de annali except.*

(5) *En dote.* Concordat l. *in rebus* 30. §. *omnis*, *C. de jure dotium*: si tamen esset inchoata præscriptio, per supervenientiam dotis non interrumpetur, ut in l. *si fundum* 16. D. *de fundo dot.* et Roderic. Suarez in repetit. *Leg.*

ganar por tiempo, si non despues que el casamiento fuesse partido (6). Empero si acaciesse que el marido fuesse desgastador de sus bienes, e ella, despues que lo viesse que era atal, non le demandasse su dote; si dende adelante (7) alguno la ganase por tiempo, seria ella en culpa dello, e el otro poderla y a ganar.

LEY IX.

Por quanto tiempo puede ome ganar las cosas muebles, e que ha menester para ganarlas.

Leyes
3 r 5,
tit. 8,
lib. 11
Novis.
Recop.

Por tiempo queriendo ganar algun ome cosa mueble (1), ha menester primeramente, que aya buena fe en tenerla (2), e que la aya por alguna derecha razon; assi como por compra, o por donadio, o por cambio, o por otra razon semejante destas. E aun demas desto, que crea, que aquel de quien la ouo por algunas destas razones sobredichas, que era suya, e que auia poder de la enagenar. E aun le ha menester, que sea tenedor della por si mismo, o por otri que la tenga en su nombre continuamente tres años a lo menos; e teniendola tanto tiempo, assi como sobredicho es, gana el señorío della: e maguer despues desso viniessse el señor della a demandarla, non deve ser oydo; fueras ende, si el señor de la cosa quisiesse probar, que le fuera furtada, o robada, o forçada.

Fori, tit. de las Arras, fol. 41. Quid autem in paraphernalibus bonis? Vide Joan. Fab. in l. 1. C. de bon. matern. et quod dicit Abb. in cap. 2. col. pen. de concess. præbend. super Gloss. in verbo infra sex menses.

(6) *Partido*. Et tunc non præscriptione 10. vel 20. annorum, sed requirentur 30. anni, ut declarat Paul. de Castro in l. cum vir, D. de usucap. et Joan. de Imol. in cap. cum non liceat, de præscript. vide Bald. novell. in tractatu de dote, fol. 23. col. 3.

(7) *Adelante*. Adde Doct. de Palac. Rub. in repet. cap. per vestras, super text. col. 6. et Balb. in tractat. præscript. chart. 61. col. 4. et intellige per præscriptionem 30. annorum, non minori tempore, ut dixi: et vide in dicto tract.

LEX IX.

Præscribitur res mobilis per triennium continuatum à bonæ fidei possessore credente, à quo habuit, potestatem habuisse alienandi, et requiritur justus titulus: quibus concurrentibus quæritur ejus dominium; nisi anterior dominus velit probare rem furtivam, vel vi arreptam. Hoc dicit.

(1) *Mueble*. Concordat l. unica, C. de usucap. transfor. et §. 1. Instit. de usucap. et de fructibus, quos etiam bonæ fidei possessor restituere tenebitur, quòd præscribantur triennio, vide Gloss. in l. sequitur, §. fructus, D. de usucap. et ibi Bartol. et Balb. in tract. præscript. fol. 40. per 3. col. ubi vide circa illam gloss. vers. 55. quæro, et quæ notat Socin. consil. 251. pen. et fin. col. vol. 2.

(2) *Buena fe en tenerla*. Videtur requirere ista lex, quòd tam tempore contractus, quàm traditionis habeat bonam fidem; quod dic, ut in l. 12. infra eod.

LEY X.

Como el comprador non ha buena fe, si el señor de la cosa le dize que la non compre, porque es suya.

Desapoderado (1) seyendo alguno de su cosa, si aquel que fuesse tenedor della, la quisiesse vender, o cambiar, o dar a otri, si este cuya es, dixere al que la quiere comprar, o auer por alguna destas razones, que aquel que gela quiere vender, o dar, o cambiar, non lo puede (2) fazer, nin ha derecho en ella; si despues desto la comprasse (3), o la ouiesse en otra manara, non auria buena fe en tenerla; e maguer fuesse tenedor della tres años, non la podria ganar. Ca entiendese que la compraria, o la auria maliciosamente, pues que assi fuesse apercebido. Mas si por auentura, quando el comprasse la cosa, o la ouiesse por alguna derecha razon, cuydasse que era de aquel que la enagenaua, e non fuesse apercebido que era de otri, assi como sobredicho es, estonce entenderse y a, que auria buena fe en tenerla, fasta que se prouasse el contrario.

LEY XI.

Como el que compra los bienes del huerfano, o del loco, o del Personero de alguno, corrompiendolo maliciosamente, non los puede ganar por tiempo.

Ome (1) que comprasse cosa mueble de

LEX X.

Si spoliatus à re mobili denuntiet emere volenti, quòd vendens non habet jus in ea, non usucapiet emens: quia spernendo denuntiationem, est malæ fidei possessor. Sed si ei ante emptionem non denuntietur, præsumitur bonæ fidei possessor, donec contrarium probetur, ex quo creditur venditorem habere potestatem alienandi. Hoc dicit.

(1) *Desapoderado*. Concordat l. si fundum 17. C. de rei vindic. et adde l. 6. tit. 3. et l. 8. tit. fin. Part. 5. et l. virilis portio 8. §. si adierit, D. de legal. præstand. contra tab. bon. possess. petit. et Speculat. tit. de empt. et vend. §. nunc dicendum, col. fin.

(2) *Non lo puede*. Sed an teneatur exprimere causam, scilicet, quia ipse est rei dominus? Bart. et Salic. tenent, quòd sic, in dicta l. si fundum.

(3) *La comprasse*. Quid si facta jam emptione denuntiaret dominus? Vide Gloss. in l. penult. D. pro emptore, que vult, quòd tunc non constituitur emptor in mala fide: vide ibi Bart. et in l. naturaliter, col. 2. D. de usucap. et Abb. in cap. 2. de præscript. ad finem.

LEX XI.

À pupillo, fatuo, vel prodigo curatorem habente, rem (emtionis, permutationis, vel donationis, vel simili titulo) recipiens mobilem, non potest eam triennio usucapere: quia est malæ fidei possessor. Idem de eo, qui malitiosè, pretio dato, vel promisso, induxit procuratorem alicujus ad rem vendendam pretio minori; si malitia probetur. Hoc dicit.

(1) *Ome*. Concordat l. ubi lex 24. D. de usucap. et l. ab eo 12. eod. tit. et l. quemadmodum 7. C. de agris. et censit. lib. 11. Et intellige, quando emitur à pupillo, fa-

huerfano, o de loco, o desmemoriado, o de aquel a quien fuesse dado Guardador sobre sus bienes, porque era desgastador (2), o el que lo ouiesse de alguno dellos por razon de donadio, o de cambio, o en otra manera semejante, entendiessse que aurie mala fe, en tenerlo, e porende non lo podria ganar por tiempo de los tres años. Otrosi dezimos, que el que comprasse alguna cosa del Personero de algun ome, corrompiendole (3) maliciosamente por alguna cosa que le diesse (4), o le prometiesse a dar, porque le vendiesse aquella cosa por menos precio de lo que valia; si el señor de la cosa esto pudiere provar, maguer el otro fuesse tenedor de la cosa por tres años, non la podria ganar por tiempo. Ca entendiessse de llano, que auia mala fe en tenerla; pues que maliciosamente corrompio al Personero.

LEY XII.

Como deue auer buena fe el que compra la cosa o la rescibe en cambio.

Dan, o cambian omes ya, algunas cosas que non son suyas, e aquellos a quien pasan por algunas destas razones, han buena fe en tomandolas, cuydando que aquellos de quien las reciben, han derecho de las enagenar. E porende dezimos, que si aquella sazón que ga-

naron possession de las cosas, ouieron buena fe, en auerlas assi como sobredicho es; maguer ante que los apoderassen, o despues, la ouiesse mala (1), cuydando que aquellos de quien las ouieron, non eran verdaderos señores, non les empeece a ellos, nin a sus herederos. Ca si fasta tres años fueren tenedores de aquello que assi tuuieron, ganarlo han por tiempo. Mas el que quisiesse ganar por este tiempo la cosa que ouiesse comprada, conuene en todas guisas, que aya buena fe en estas dos sazones; quando la comprare (2), e que dure en ella fasta que sea apoderado en la cosa. Pero si aquel que fuesse apoderado de la cosa agena, por donadio, o por vendida, o por compra, ouiesse mala fe en ella ante que la ganasse por tiempo assi como dicho es, si despues la vendiesse, o la enagenasse a otro, que supiesse (3) que era agena; este atal non la podria despues ganar por tiempo, porque ouo mala fe a la sazón que passo a ella.

rioso, vei prodigo, res ipsius, quæ est prohibita alienari. Si tamen esset res aliena, quæ emeretur ab eis bona fide, tunc procederet usucapio, ut in l. 2. §. *si à pupillo* 15. D. *pro emptor.* et l. *pignori* 13. §. *eum qui à furioso*, D. *de usucap.* et tenet Angel. in dicta l. *si ab eo*.

(2) *Desgastador.* Sed an contra prodigum, cui est hominis interdictum, currat præscriptio 30. annorum? Vide per Joan. And. in addition. *ad Specul.* in rubrica *de præscriptionibus*, col. 3. versic. *habetur etiam questio Ubertini de Bobio*, ubi videtur concludere, quòd non, et quòd in hoc æquiparetur pupillo; vel quòd saltem concedatur restitutio, licet currat: vide ibi.

(3) *Corrompiendole.* Concordat l. *qui fundum* 7. §. *procurator* 6. D. *pro emptore*.

(4) *Que le diesse.* Sed an idem, si non præmio, sed ex gratia procurator faciat? Gloss. vult idem esse, in dicto §. *procurator* super verbo *bonæ fidei*, et ibi approbat eam Angel.

LEX XII.

Recipiens rem titulo donationis, vel permutationis, sufficit, quòd tempore traditionis habeat bonam fidem, licet autè, vel post, habeat malam fidem. Sed titulo emptionis recipiens oportet, quòd habeat bonam fidem tempore emptionis usque ad traditionem inclusivè: nec enocet superveniens mala fides, nec ejus hæredi; sed prædictorum mala fides nocet ei, qui ab eis postea rem habuit titulo alienationis ante completam usucapionem. Hoc dicit. Habuit ortum ista lex à l. 2. D. *de usucap. pro empt.*

(1) *E la ouiesse mala.* Procedit de jure Civili, secundum quòd sufficit bonam fidem adesse initio præscriptionis; adeò, quòd mala fides superveniens non interruptit præscriptionem, ut in l. 1. §. *hoc tantummodo*, C. *de usucap. transform.* et l. *sequitur* 4. §. *de illo* 16. D. *de usucap.* et

adde l. 2. in princ. D. *pro emptor.* sed de jure Canonico, cui in hoc est standum, non procedit; imò requiritur bona fides usque ad completam præscriptionem, vel usucapionem, ut in cap. fin. *de præscript.* ubi Gloss. et Doct. et vide Gloss. in cap. *possessor*, *de regul. jur.* lib. 6. et Abb. et Imol. in dicto cap. fin. si verò superveniat mala fides post completam præscriptionem, non nocet etiam de jure Canonico, Gloss. in dicto cap. fin. et in cap. *vigilanti*, eodem tit. et Gloss. in cap. *si virgo*, 34. quæst. 2. quæ tamen Gloss. *in fine* vult contrarium, imò, quòd teneatur restituere præsertim ecclesiæ, si contra eam præscripsisset: adde etiam Gloss. in cap. *si res*, 14. quæst. 5. et quòd sit tutus etiam in foro animæ, etiam ubi post præscriptionem completam superveniat scientia rei alienæ, est communis opinio, prout dicit Felin. qui allegat multos in dicto cap. *vigilanti*, et Balbus in tractat. *præscript.* fol. 17. vers. 8. *quæro*: et adde Bald. in cap. 1. *de contention. inter domin. et fidelem*, et in §. *si quis per* 30. col. 1. et 2. *si de feud. fuer. controver. inter domin. et agnat.* Sed an procedat in eo, qui bona fide ignorans præscripsit contra debitam, ut in foro poli sit tutus? Vide Bald. in authent. *ad hæc*, col. 4. C. *de usur.* ubi dicit, quòd præscribens contra debitum, non liberatur ab obligatione naturali, qua tenetur ad debitum, et sic poterit denunciari ecclesiæ: et idem tenet Bald. in l. 2. C. *de fideicom.*

(2) *Quando la comprare.* Concordat l. 2. in princip. D. *de usucap. pro empt.* et l. *si aliena res* 10. D. *de usucap.* l. *si existimans*, D. *pro soluto*, et per Gloss. in l. *Celusus*, D. *de usucap.*

(3) *Otro, que supiesse.* Concordat l. 2. §. *si eam rem* 17. D. *de usucap. pro empt.*

LEY XIII.

Como gana, o non, el señor la cosa agena, que su sieruo compra de su pegujar, o otro por su mandado.

Pegujar (1), o tienda de algun menester teniendo el sieruo de su señor, si de aquel pegujar que tuuiesse assi, comprasse alguna cosa, de ome que non fuesse verdadero señor della, e el ouiesse buena fe en comprandola, cuydando que es suya de aquel que gela vende, puedela ganar por tiempo el señor, maguer supiesse (2) que aquel de quien la ouiera el sieruo non auia derecho de la vender; fueras ende, si el señor estuuiesse delante quando la comprasse el sieruo, e non lo contradixesse, podiendolo fazer. Ca estonce non la podria ganar por tiempo. Otrósi dezimos, que si el señor mandasse al sieruo comprar alguna cosa, non en razon de pegujar, e non le diziendo señaladamente, qual fuesse la cosa; mas diziendole: Comprame vn cauallo, o vna bestia, o otra cosa qualquier, non le nombrando aquel cuya fuesse; si el sieruo sopiesse, que la cosa que compra non era de aquel que gela vendiesse; en tal caso como este ganarla y a el señor (3) por tiempo, maguer el supiesse despues, que aquel que gela vendio non auia derecho de lo fazer. Esso mismo deue ser guardado, quando alguno manda a algun Personero comprar alguna cosa, non nombrando señaladamente de quien. Pero si aquel a quien la manda comprar, non fuesse Personero, mas mensagero simple; estonce la buena, o mala fe deste atal, ternia pro, o daño a aquel por cuyo mandado la comprasse. Mas

LEX XIII.

(5) *Natural.* Adde cap. 1. §. *porro*, quæ fuit prima *caus. benef. amitt.* nam sicut vassallus hoc casu perderet feudum, sic et dominus amitteret jus istud in vassallo, ut in cap. 1. *qualiter domin. propriet. feud. privet.*

(6) *Muger.* Adde text. in cap. 1. vers. *item*, quib. *mod. feud. amitt.* et dict. cap. 1. *qualiter domin.* et vide quæ dixi in l. 1. tit. 14. 2. *Part.* Sed an procedat hoc in concubina, tangit Jacob. Alva, in dicto cap. 1. §. 1. col. fin. referens Jacob. Ardi. et Bald. tenere, quòd sic, in casu in quo con-

recho (7), por joyzio de amigos (8),* o de Corte.

TITULO XXV.

DE LOS VASSALLOS.

Vassallaje (1) es otrosi vn grand debdo, e muy fuerte, que han aquellos que son vassallos con sus Señores, e otrosi los Señores con ellos. Onde, pues que en el Titulo ante deste fablamos del debdo que han los omes, vnos con otros, por naturaleza, queremos aqui dezir, del que es por razon de Señorío, e por vassallaje. E mostrar, que cosa es Señor, e que cosa es vassallo, e quantas maneras sou de Señorío, e de vassallaje. E como se puede fazer cada vna dellas. E que debdo ha entre si, despues que fuere fecho. E otrosi, porque razones se puede departir, e en qual tiempo, e en que manera. E que cosas deue guardar el Señor al vassallo, e el vassallo al Señor, aun despues que fueren partidos.

cubinatus de jure Civili sit licitus, ut quia uterque solutus ad hoc, l. *item* 49. §. *parvi* 4. D. de leg. 3. item quia perturbatio sanguinis timetur, cum filii sint successibiles. Contrariam tamen opinionem tenet Mart. Laud. motus, quia ista materia est poenalis, et non debet fieri extensio de uxore ad concubinam; et quia non est eadem ratio in concubina, quæ in uxore: et licet in casu illius §. 1. fortè verior sit opinio prima, cum ista sit causa, ex qua filius possit exheredari, et per consequens vassallus feudo privari, ut in cap. 1. §. *prædictis*, quæ fuer. 1. caus. benef. amitt. tamen in casu hujus legis fortè non haberet locum in concubina, per rationes Marti. Laud.

(7) *Derecho*. Nam si Rex negligit facere justitiam, vel perperam judicatum emendare, dicitur Regnum vacare de facto, et de jure, cap. *licet* 10. de foro compet. et eodem tit. cap. *ex tenore* 11. et cap. *ex transmissa* 6. et tradit Andr. de Isern. in cap. *imperialem*, §. *praterea si inter duos*, de prohib. feud. alien. per Freder.

(8) *Amigos*. Habes ergò hic, quòd Rex non potest esse iudex in causa propria, sed debent cognoscere arbitri per Regem, et illum cum quo causam habet, electi, vel Curia Regis: est enim iniquum, et perniciosum, quòd quis iudicet in causa sua, l. *Julianus* 17. D. de judic. l. 10. tit. 4. 3. *Partit.* l. unica, cum similit. C. *ne quis in sua caus. jus sibi dicat*. Quòd ergò dicunt Gloss. in cap. *cum venissent*, de judic. et in cap. *si quis erga* 2. quæst. 7. Imperatori in causa sua iudicare, intelligi debet, ut committat causam iudicandam aliis, ut declarat Andr. de Iser. de prohib. feud. alien. per Freder. §. pen. col. antep. ubi et refert dictum Host. in summ. de re jud. §. *quis debet*, vers. *sed nunquid potest Episcopus*, quòd in curia ordinarii causæ pertinentes ad ipsum ordinariam tractabantur de consuetudine generalis; quam consuetudinem dicit approbati in Regno Siciliae, ubi magna Curia cognoscit de causis regalibus, ubi est procurator, et patronus fisci; quæ consuetudo etiam approbatur in isto Regno per istam legem: et ibi dicit etiam notabile verbum, quòd non posset Rex per se iudicare, seu punire injurias Regni, vel reipublicæ Regni, sicut posset Papa injuriam Ecclesiæ; et sic est diversitas inter Principem sæcularem, et ecclesiasticam: vide ibi.

TITULUS XXV. DE VASSALLIS.

(1) *Vassallaje*. Specul. tit. de feud. §. *quantam*, versic.

LEY I.

Que cosa es Señor, e que cosa es Vassallo.

Señor (1) es llamado propriamente, aquel que ha mandamiento, e poderio, sobre todos aquellos que bien en su tierra. E a este atal deuen todos llamar Señor, tambien sus naturales, como los otros que vienen a el, o a su tierra. Otrosi es dicho Señor todo ome, que a poderio de armar (2), e de criar; por nobleza de su linaje (3): e a este atal non le deuen llamar Señor, si non aquellos que son sus vassallos, e reciben bien fecho del. E vassallos son aquellos, que reciben honrra, o bien fecho, de los Señores, assi como caualleria, o tierra, o dineros, por seruicio señalado (4) que les ayane de fazer.

LEY II.

Quantas maneras son de Señorío, e de vassallaje.

De Señorío, e de vassallaje son cinco

quod autem dicit, quòd autem in Italia, et alibi vocatur vassalligium, in Francia homagium appellatur: nos autem provinciales nobiles feudatarios vassallos, plebejos verbo nostros homines vulgariter appellamus: et ibidem paulò superius dicit, quòd contractus iste vassalligii de generali consuetudine capit vires potius, quàm de jure Romanorum, et de isto nomine vassalligii nihil in legibus Romanorum reperitur cautum, prout attestatur Andr. de Isern. in *proamio feudorum*, quæst. 4. fait ergò adinventum hoc nomen à novis Imperatoribus, et ab illis consuetudinibus generalibus quæ sunt in Libro Feudorum, licet Lucas de Penna in l. *quicumque*, la 2. ad finem, l. col. C. de omni agro deser. lib. 11. dicit, quòd contractus feudalis erat tempore Justiniani notus, per §. *per traditionem*, *Instit. de rer. divis.* de quo vide latè Carol. Molin. in princ. *comment. consuet. Paris.*

LEX I.

Dominus propriè dicitur, qui habet potestatem, et jurisdictionem super inhabitantem terram suam: ad hujus obedientiam tenentur naturales, et forenses ad ejus terram venientes. Item dominus dicitur, qui habet potestatem creandi milites. Item et vassallus dicitur ille, qui ob certum servitium recipit à domino aliquod beneficium. Hoc dicit.

(1) *Señor*. Accipitur hic verbum *dominus* pro habente superioritatem, et præminentiam, prout et aliàs habetur in l. *cum si exhibuissent* 3. §. 1. et ibi Bart. D. de publ. et vestigial. Et nota, quòd Episcopi vocari debent domini, quia successerunt in locum Apostolorum, ut in l. 66. tit. 5. 1. *Part.*

(2) *De armar*. Milites scilicèt, ut infrà ead. l. ibi, *caualleria*, et in l. 5. Hodie per l. 8. tit. 1. lib. 4. *Ordin. Regal.* solus Rex, vel Regina creant milites: vide quæ dixi 2. *Part.* tit. 21. l. 11.

(3) *Por nobleza de su linaje*. Videtur hic innui, quòd soli nobiles possunt habere vassallos, et claritùs habetur infrà tit. 1. l. 3. ubi vide quæ dixi.

(4) *Señalado*. Vide infrà tit. 26. l. 2.

LEX II.

Quintuplex est dominium, et per consequens vassalligium. Primum maximum, ut in Rege qui habet merum

maneras. La primera e la mayor es aquella, que a el Rey sobre todos (1) los de su Señorio; a que llaman en latin, *Merum imperium*: que quiere tanto dezir (2), como puro, e esmerado mandamiento de judgar, e de mandar los de su tierra. La segunda es, la que an los Señores sobre sus vassallos por razon del bien fecho, e de honrra que dellos reciben, assi como de suso diximos. La tercera es, la que los Señores an sobre sus solariegos; o por razon de behetria, o de deuisa, segund Fuero de Castilla. La quarta es, la que han los padres sobre sus hijos. E desta fablamos complidamente de suso, en las leyes (3) del Titulo que fabla en esta razon. La quinta es, la que an los señores sobre sus siervos, segund que es dicho (4) de suso, en las leyes que fablan en esta razon.

LEY III.

Que quier dezir deuisa, e solariego, e behetria, e que departimiento a entrellos.

Deuisa, e solariego, e behetria, son tres

imperium. Secundum, dominium quod habent domini in suos vassallos. Tertium, super solariegos, behetria, seu divisam. Quartum, dominium paternum erga filios. Quintum, dominium erga servos. Hoc dicit.

(1) *Sobre todos.* Subditi respectu jurisdictionis, licet non ratione feudi, dicuntur vassalli, ut hic, et in cap. unico, *qualiter vassal. jur. deb. fidelit.* sed vassallus proprie dicitur, qui terram a domino tenet, et pro ea servit, obediit, et fidelitatem jurat; alias sine terra posset dici vassalligium ignorantie, quod reprobatur, cap. *pervenit* 5. de *consist.* Luc. de Penna in l. *cum scimus*, C. de *agric. et censit.* lib. 11. col. 2. et facit ista lex ad questionem, quod si Rex donet Titio mille vassallos, quod videatur concedere de vassallis isto primo modo sumptis, ex his que tradunt Doctor. in l. fin. D. de *constit. Princip.* ubi Jaso col. 3. vers. *potest et quarto.*

(2) *Quiere dezir.* Vides hic definitionem merii imperii, et adde l. 18. tit. 4. 3. *Partit.* et que ibi dixi.

(3) *En las leyes.* Tit. 17. eadem *Part.*

(4) *Que es dicho.* Tit. 21. et 22. eadem *Partita.*

LEX III.

Est vasalligium, quod dicitur *divisa*, et est terra adveniens alicui ex parte ascendentium, de qua sunt certae personae, ad quas dicta terra est ventura: sed ubi solum habitationis est domini, habitator dicitur *solariego*; qui potest quando vult cum suis mobilibus recedere, solo tamen cum meliorationibus domino remanente; sed pacta inter eos facta, sunt custodienda; et in hoc *solariego* Rex nullam jus habet nisi monetam: ubi verò solum est vasalli, potest quem voluerit in dominum recipere; et talis dicitur behetria: et talis dominus potest ibi recipere quando, et quoties voluerit comestionem, quam tenetur infra novem diesolvere; alias solvet damnum, et Regi pro qualibet vice sic recepta quadraginta morapetinos. Item de exactionibus, quas dominus in behetria habuit, debet habere Rex medietatem: nec possunt sine Regis consensu fieri novae behetriae. Hoc dicit.

(1) *Segund Fuero de Castilla.* De jure communi non reperiantur ista verba, neque isti, quos hic vocat *solariegos*.

maneras de Señorio, que han los hijos dalgo en algunos lugares, segund Fuero de Castilla (1). E deuisa (2) tanto quiere dezir, como heredad que viene al ome de parte de su padre, o de su madre, o de sus abuelos, o de los otros de quien descende, que es partida entre ellos: e saben ciertamente quantos son; e quales los parientes a quien pertenesce. E solariego (3) tanto quiere dezir, como ome que es poblado en suelo de otro. E este atal puede salir, quando quisiere, de la heredad, con todas las cosas muebles que y ouiere: mas non puede enagenar (4) aquel solar, nin demandar la mejoría que y ouiere fecha; mas deve fincar al Señor cuyo es. Pero si el solariego, a la sazón que poble aquel lugar, rescibio algunos maravedis del Señor, o fizieron algunas posturas (5) de s^o vno, deuen ser guardadas entre ellos, en la guisa que fueron puestas. E en tales solariegos como estos, non ha el Rey otro derecho ninguno, si non tan solamente moneda (6). E behetria (7) tanto quiere dezir, como erediamento que es suyo quito de aquel que biue en el: e puede recibir por Señor, a quien quisiere (8), que mejor le fa-

gos, licet de aliis generibus colonorum habeatur per Gloss. in rubr. C. de *agric. et censit.* lib. 11. et per Joannem de Platea in fine illius tit. et per Azon. late ibi in summa.

(2) *Deuisa.* Quae ex divisione inter fratres traxit originem.

(3) *Solariego.* Habes hic declarationem hujus nominis *solariego*, et de his loquitur Specul. tit. de *feud.* §. *quoniam*, col. 10. vers. *sed nunquid homo meus*, quos ibi vocat homines de mansata, ubi etiam dicit: Est autem mansata, quando dominus dat alicui mansum cum diversis possessionibus, et propter hoc se facit ille hominem domini, et ad certum servitium tenetur; persona tamen ejus liberta erit, si dimissa mansata alibi se transferat.

(4) *No puede enagenar.* Est enim natura, seu conditio mansatae, quod alienari non possit, et quod homo mansatae alibi se transferens mansatam amittat, ut hic, et per Specul. in dicto §. *quoniam*, et versio. *sed nunquid homo*: si ergo probetur, quod homines talis terrae liberè vendant possessiones suas, quas ibi tenent; per hoc inferatur, eos non esse solariegos, cum hoc sit contra solarii naturam: sic Andreas de Isern. in cap. 1. de *contro. inter mascul. et famin. de beneficio*, vers. *quidam tamen*, col. 1. dicit, quod si est consuetudo praescripta in Castro, quod tenentes praedia vendant liberè possessiones suas; tunc incumbet probatio domino, quod praedium illud esset feudale: et haec nota, ut scias in articulis deducere in iudicio, cum aliqui dicantur solarerii ad exclusionem dicentis.

(5) *Algunas posturas.* Sunt enim multae aliae conditiones secundum diversas locorum consuetudines, et contrahentium pactiones: unde inspicienda sunt instrumenta habita super hoc, quibus deficientibus attendenda est consuetudo inmemorialis, quae servata fuit, ut habetur in l. 2. tit. 11. lib. 4. *Ordin. Reg.* in fin. l. qualis enim sequutus fuit usus, talis praesumitur praecessisse conventio, ut tradit Bald. in cap. 1. *quid jur. si post alien. vassal. feud. recap.*

(6) *Moneda.* Haec datur in recognitionem Regii domini, ut in l. 10. tit. 18. 3. *Part.*

(7) *Behetria.* Habes hic, quid sit behetria; et adde in hoc quae habentur 4. lib. *Ordin.* tit. 11. per totum.

(8) *A quien quisiere.* Speciale est in his locis de behetria, ut possint sibi eligere dominum perpetuum; nam re-

ga. E todos los que fueren enseñoreados en la behetria, pueden y tomar conducho (9) cada que quieren; mas son tenudos de lo pagar a nueue dias (10). E qualquier de los que fasta nueue dias non lo pagasse, deuelo pechar doblado a aquel a quien lo tomo. E es tenudo de pechar al Rey el coto; que es, por cada cosa que tomo, quarenta maravedis. E de todo pecho que los fijos dalgo lleuaren de la behetria, deve auer el Rey la mitad (11). E behetria non se puede fazer nueuamente, sin otorgamiento del Rey (12).

LEY IV.

Como se puede fazer vn ome Vassallo de otro.

Vassallo se puede fazer vn ome de otro, segund la antigua costumbre de España en esta manera; otorgandose (1) por vassallo de aquel que lo recibe, e besandole la mano por reconocimiento de Señorío. E avn y a otra manera, que se hace por omenaje, que es mas graue (2): porque por ella non se torna ome tan solamente vasallo del otro, mas finca obligado de cumplir lo que prometiére como por

gulariter non possent loca sibi eligere perpetuum rectorero, id est, donec vixerit, ut notat Joan. Andr. cap. fin. de ludi. post Hostiens. ubi latè discutit, et Archid. in cap. conquestus, 9. quæst. 3. ubi dicit quòd in præjudicium istorum se submittentium alicui domino teneret ista submissio, non vero in præjudicium domini superioris: et idem tenet Bald. in l. si qui ex consensu, col. pen. C. de Episcop. audient. et in l. debitorum, C. de pactis, et in l. si quis à filio, §. fin. D. de legal. 1. in Ecclesiis prohibetur ista submissio, ut in cap. 2. de reb. eccles. non alien. lib. 6. et in rebus earum, si fiat laicis, sub pœna ibi contenta: et crederem, quòd in casu hujus legis, quòd ista submissio possit fieri ita, quòd sit sine præjudicio Regis, et non aliàs, per prædicta.

(9) *Tomar conducho.* Filii tamen istorum dominorum, viventibus patribus, non possent accipere, ut in l. 6. tit. 11. lib. 4. *Ordin. Regal.* et vide quod habetur in dicta l. 11. ad fin.

(10) *A nueue dias.* Vide l. 19. tit. 11. lib. 4. *Ordin.* et l. 23. eod. tit. cum sequent. et l. 26.

(11) *La mitad.* Nota benè: et ultra hoc tenerentur ista oppida, et cives eorum ad servitium, quod Regi datur, cum eget, ut in l. 8. tit. 1. 2. *Part.*

(12) *Rey.* Fortè hoc ideò dicit, propter ea quæ dixi supra in gloss. in verbo *recebir por señor.*

LEX IV.

Efficitur quis vassallus, alium in dominum recipiendo, et manus osculando; et potest in hoc, et in quocumque alio contractu, homagium intervenire inter homines. Hoc dicit.

(1) *Otorgandose.* Videtur hic probari, quòd etiam sine expressione causæ posset quis se constituere vassallum alterius, et approbari quorundam opinio recitata per Specul. tit. de feud. §. quoniam, col. 3. vers. 4. *quæritur*, quam ibi approbare videtur Joan. Andr. in *addit.* vide ibi, et l. 89. tit. 18. 3. *Partit.* et Bart. in l. solent, §. non verò, in fin. D. de offic. procons.

(2) *Mas graus.* Habes hic, gravius, et solidius esse pactum factum cum homagio, quàm si fiat simpliciter: an

postura. E omenaje (3) tanto quiere dezir, como tornarse ome de otro, e fazerse suyo (4), por darle segurança, sobre la cosa que prometiére de dar, o de fazer, que la cumpla. E este omenaje non tan solamente ha lugar en pleytos (5), e posturas que los omes ponen entre si, con entencion de cumplirlos.

LEY V.

En que sazones es tenudo el Vassallo, de besar la mano al Señor, e en quales non.

Besar deve el vassallo la mano al Señor, quando se hace su vassallo, assi como diximos en la ley (1) ante desta. E avn lo deve fazer quando le fiziesse Cauallero, luego que le cinga la espada. E esso mesmo deve fazer, luego que se espidiere del. E avn, a cada vna destas sazones, es tenudo el vassallo, de besar la mano al Rico ome (2), segund la costumbre de España; mas en otro tiempo non. Empero al Rey, tambien Ricos omes, como los otros de su Señorío, son tenudos de besar la mano (3), en aquellas sazones mismas que de suso dixi-

tamen habeat virtutem juramenti, vide quæ dixi 3. *Part.* tit. 11. l. 26.

(3) *Omenaje.* Habes hic definitionem homagii, quam nota: et secundum Specul. tit. de feud. §. quoniam, versic. *secundo quæritur*, homagium non fuit introductum de jure Civili, seu de jure scripto, sed moribus, et diurno usu, quæ legem limitantur; juvatur tamen legibus, quia pactiones licitæ custodiendæ sunt.

(4) *Fazerse suyo.* Et sic homagium habet aliquam speciem servitatis, argum. cap. fin. de servis non ordin. imò nihil aliud est dicere *facio me hominem tuum*, quia lex servos nostros homines appellat. D. si certum petatur, l. cum fundus 31. §. servum tuum, id est, hominem tuum, et l. qui duos, D. de solution. et ll. 1. et 2. C. de Episcop. et cleric. Specul. tit. de feud. §. quoniam, versic. *primo autem.* Et de juribus quæ quis habet in homine suo ratione homagii, vide per eundem Spec. in dict. §. quoniam, versic. 17. *quæritur*, et Jo. de Plat. in l. generali, C. de decur. lib. 10.

(5) *Los otros pleytos.* De homagio, quod facit Castellanus, vide l. 20. cum tribus sequent. tit. 13. 2. *Part.* et de homagio, quod fit novo Regi, vide l. 5. tit. 15. ead. *Part.* et de eo, quod fit à substituto Castellani, vide l. 7. tit. 13. ead. *Part.* et de homagio generosi, vide ll. 21. et 22. tit. 22. ead. *Partit.* et an ex homagio patris obligetur filius, vide Specul. tit. de feud. §. quoniam, versic. 5. *quæritur.*

LEX V.

Osculatur vassallus manum domini, cum promittit ei fidelitatem. Item cum recipit ab eo militiam, et cum expedierit se ab eo: Regi tamen in quocumque tempore omnes debent fideliter obedire, et manum ejus reverenter osculari. Hoc dicit.

(1) *En la ley.* Adde l. 1. tit. 13. lib. 3. *Foro Leg.*

(2) *Al Rico ome.* Quis est iste, vide in l. 10. infra eod. et nota hic casus, in quibus Ducibus, Comitibus, vel Baronibus vassalli tenentur osculari manus.

(3) *La mano.* Regi ergò manus, non pedes debent osculari: Papa tamen osculatur in pede, ut dicit Glos. in l. 1.

mos. E avn gela deuen besar (4), cada vez que va de vn Logar a otro, e le salen a rescebir; e cada que viniere de nueuo a su casa, o se quiere della partir, para yr a otra parte; e quando les diere (5) algo, o les prometiere de fazer bien, e merced. E esto son tenudos de fazer al Rey, por dos razones. La primera, por el debdo de la naturaleza que han cou el. La otra, por el reconocimiento del Señorío que ha sobre ellos.

LEY VI.

Que debdo ha entre los Vassallos, e los Señores.

Debdo muy grandes son, los que han los vassallos con los Señores. Ca deuenlos (1) amar, e honrrar, e guardar, e adelantar su pro, e desuiarles su daño, en todas maneras que pudieren. E deuenlos seruir (2) bien

C. de domestic. et protector. lib. 12. ubi Joan. de Plat. dicit idem de imperatore.

(4) *Avn gela deuen besar.* Casus in quibus Regi osculandæ sunt manus, vide Valeri. lib. 2. cap. 1. in fin. dicentem, quod Reges debent ab hoc osculo temperare, ut refert Lucas de Penna in dicta l. 1. *C. de domestic. et protector. lib. 12.*

(5) *Quando les diere.* Sic ait Bernardus *super Cantica*, sermone 3. sanè accipiendo donum osculare manum.

LEX VI.

Debet vasallus dominum amare, honorare, sive custodire, et fideliter ei servire. Item et dominus vasallum tenetur amare, honorare, et custodire. Hoc dicit.

(1) *Ca deuenlos.* 34. casus, in quibus tenetur parere domino, cumulat Matth. de Afflicet. in decisione 265. vide ibi in *decisionibus Neapolitanis.*

(2) *Druentos seruir.* Non aperit ista lex, in quibus vasalli tenentur servire dominis; Specul. tamen in tit. *de feud. §. quoniam*, antepen. col. versic. *et nota quòd vasalli comitum*, dicit, quòd vasalli Comitum, et Baronum Imperii tenentur in sex dominis servire propter feuda, quæ ab eis tenent. Primò pro exercitu Imperatoris, secundùm qualitatem, et quantitatem feudi. Secundo pro corredo Imperiali, scilicet, quando Imperator transit per locum illum. Tertio pro filia maritanda. Quarto pro se, vel filio milite faciendò. Quintò pro domini redemptione, si captus sit. Sextò pro emenda aliqua terra. Quidam tamen Doctor. ut refert ibi Joan. And. in addition. resistunt his dictis, dicentes, legibus, seu consuetudinibus feudorum hoc non probari: et potissimè resistunt tertio, quarto, et sexto dicto, ut latius ibi videre poteris per Joan. And. de quo etiam vide quandam decisionem Guido. Papæ, questione 57. incipit *an vasallus*, et Mathæum de Afflicetis in decision. *Neapolit.* 265. fol. 3. et Petrum Antiholi in suo tract. *de muneribus*. Et quicquid sit in vasallis ratione fundi, in vasallis Burgensibus, seu aliis subditis ratione jurisdictionis, dicendum est, quòd non tenentur ad ista onera, neque possunt sibi imponi per Barones, ut dicit And. de Iser. in cap. 1. §. fin. *de pace jurant. firm.* non enim pussunt isti domini de jure communi imponere subditis collectas, vel angarias: quia cum sint Regalia, soli Principi competunt, secundùm Bald. post Ricar. Malum in l. *cum multa*, in fin. *C. de bonis que liber.* in l. 1. et ibi Bart. *C. de superindict.* lib. 10. et in l. 1. *C. de mulier. et in quo loco*, de quo latè per Alexand. consil. 145. 2. vol. Bart. in l. 1. *C. de excusat. muner.* lib. 10. ubi dicit, quòd illi, quibus sunt concessa castra sub protectione, et regimine cum mero, et mixto imperio, non possunt imponere collectas; imò jus collectandi remanet apud eos, quibus primò competebat: allegat l. *placet*, eod. tit. et dict. l. 1. *de superindict.* hinc etiam dicit Bald. in l. *hi quibus*, *C. de fideicomis. libertat.* quòd non possunt nobiles imponere angarias subditis suis, quia ingenui sunt, nisi ex consuetudine, vel conventione: ad idem Joan. de Plat. in l. 1. *C. ne opere à collat. exig.* lib. 10. per illam text. dicit, quòd Barones non possunt imponere operas subditis suis, argumento l. 2. *C. ne rustic. ad ultum obseq. deovent.* lib. 11. neque Barones habent jus hospitandi in domibus vassallorum, cum soli Principi liceat gratis hospitalia accipere, l. 2. *de metatis et epidem.* lib. 12. Bald. in l.

obseruare, in princ. *D. de offic. pracons.* neque potest dici, quòd in generali concessione, seu donatione, quam Rex facit istis dominis, transeant ista jura: quia talia Regalia, et quæ sunt supremæ jurisdictionis, non veniunt in generali concessione, l. 1. in fin. *D. de offic. ejus cui mand. est jurisd.* quia esset absurdum dicere, cum per hoc dominus induceret duriosem servitutem subditis; quod non est dicendum, cum ea, quæ facit Princeps, præsumitur facere decenter, et secundùm jus, non ex plenitudine potestatis, ut dicit Bald. in *præiudiciis feudor.* col. 9. et hinc est, quòd in casu in quo vasalli Baronum subveniunt dominis eorum, non imponit eis Rex collectam in eodem casu, ne vasalli Baronum duplici onere graventur, l. *nacis onusta* 4. §. 1. *D. ad Leg. Rhod. de jactu*; sicut et non est de intentione Papæ super receptione duorum gravare ordinarium, cap. *mandatum* 38. *de rescript.* et fortè posset dici, quòd dato, quòd in privilegio donationis Rex concederet dominis terrarum istud jus hospitandi, deberet limitari, et restringi ita, et taliter, quòd in modico læderentur vasalli; veluti, quòd concederetur hospitium in transito, quando transeunt causa visitationis, vel ex alia causa per loca vassallorum, ut dicit Joan. And. in *addition. ad Specul.* in dicto §. *quoniam*, super illo vers. *et nota, quòd vasalli jam allegato:* seu ita intelligi concessio deberet, ut moram superfluum ipse, neque sui in talibus hospitii facerent, ut habetur *de pace Constant.* in vers. *moram superfluum in civitatibus non faciemus*; et quæ ibi notat Bald. talia enim privilegia restringenda, et limitanda sunt juxta dispositionem juris communis, et quatenus minus lædant, l. *quamquam* 3. et ibi Bald. *C. de testam. milit.* l. *si quando* 35. in princ. *C. de inoffic. test.* facultas aliquid faciendi restringitur, ut ex bona fide agat, et utatur civiliter, et humaniter, arg. *D. mandati*, l. *creditor* 60. §. *Lucius* 4. et l. *si cui simplicius via* 9. *D. de servit.* (6), *general.* et tradit Paris de Pucto in his terminis in tract. *syndicatus*, charta 5. col. 1. Neque in istorum onerum impositione domini juvarentur consuetudine: quia præsumitur talis consuetudo per violentiam introducta, et quòd potius subditi ex timore præsent, quam ex debito, ut in cap. *nullus* et fin. l. 1. q. 1. et 10. q. 3. cap. *quia cognoscimus* 6. Inn. et Abb. in cap. *si diligenti*, *de præscript.* et secundùm And. de Iser. et extraordinaria possessio, quam in his allegant domini, violenta, et injusta, quomodo potest eos tueri, quia licet jus Civile inter pares, quia possunt habere, et habent, copiam iudicis, tuetur male fidei possessores per triennalem possessionem; tamen jure Divino, quanto diuturnius est peccatum, tantò gravius. Deus ista non respicit, maxime, quia contra potentes non de facili, imò non sine damno eorum conquerentur: quia potentioribus pares esse non possunt, l. 3. *D. de alienat. julie. mut. eius. fact.* et subditè bellissimè, quòd etsi non sit expressa interruptio, tamen tacita murmuratio populorum interruptit apud Deum præscriptionem: adducit illud de miraculo beate Virginis, de illo quem diabolus narrat se multo tempore possedisse; quia quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, *ad Roman.* 15. cap. vers. 4. nam qui tacet, non affirmat, quando reclamare non potest sine discrimine: vide etiam per Lucam de Penna in l. *lithas*, col. 2. *C. de agricol. et censit.* lib. 11. Et hoc est sine dubio in consuetudine, seu præscriptione, de qua est memoria hominum in contrarium: si autem esset immemorialis, saltem in foro contentioso, probata cum

(3), e lealmente, por el bien fecho que dellos resciben. Otrosi dezimos, que el Señor (4) deve amar, e honrrar, e guardar sus vassallos, e fazerles bien, e merced, e desuñarles daño, e desonrra. E quando estos debdos son bien guardados, faze cada vno lo que deve; e cresce, e dura el amor (5) verdadero entre ellos. Otros debdos y ha de muchas maneras entre los vassallos, e los Señores, que son tenudos de guardar los vnos a los otros, en tiempo de guerra, e de paz, e de que diximos en la se-

gunda Partida deste libro, en las leyes (6) que fablan en esta razon.

LEY VII.

Por que razones se puede partir el Vassallo del Señor, en que tiempo, e en que manera.

Despedir, nin partirse non puede ningund vassallo de su Señor, en el año primero (1) que le fizo Cauallero, por pobreza (2),

adimniculis requisitis, teneret, ut tenuit Glos. in dicto cap. nullus el final, 1. quæst. 1. et tradit Alexand. consil. 35. 2. volum. et est hodie declaratum in Curia de Madrid anno Domini 1528. petitione vigesima, quæ in istis impositionibus tuctur in possessorio iudicio possessorem, ubi est continuatio 40. annorum; in petitorio verò tempus immemoriale requirit, si probetur cum illis qualitatibus, et modis de iure requisitis. Undè henè advertendum, quòd si domini terrarum, defendentes se tempore immemoriali, non deducere in articulis, et probarent, quòd ista voluntariè, id est sine coactione aliqua, præstita fuerunt à subditis per dictum tempus immemoriale, non obtinerent; quia in dubio iudicandum esset pro subditis, quasi præsumantur inviti præstitisse: nam si pignora capiantur, vel redimantur, vel subditi probabiliter timeant, et vexationem suam redimant, per talem præstationem jus non acquiritur, cap. quod latenter 5. ubi hoc dicunt Host. et Joan. And. de regul. jur. et eod. tit. cap. qui ex timore 8. l. pen. C. quod metus causa, cap. olim 17. de restitut. spoliat. quando enim potens usus est super non potente, et maxime quando gagiabat, vel arrestabat, vel gagiari sine causæ cognitione faciebat, præsumitur violentia, l. fin. §. pen. D. quod metus causa, secundum Joan. Fabrum (referentem Innoc.) in §. aque si agat, col. 8. Inst. de action. indebita enim servitia præsumuntur à dominis per metum extorta, secundum Joan. And. in cap. 1. de præscript. lib. 6. in novella, et refert Bal. in verbo pactiones, de pace Constant. ubi et inducit illud: Contra potentes præsumitur, præsertim erga rusticos: et hæc nota in practica qualiter deducatur, et probetur præscriptio immemorialis, et attendenda sunt verba dicte l. de Madrid dum dicit: *La immemorial costumbre probada por la manera, è con las qualidades, è circunstancias que por derecho, è leyes destes Reynos se deve probar*; per quæ verba satis vult, quòd exigatur probatio, quam dixi. Et in foro conscientie ego semper suaderem istis dominis, quòd in his servitiis, quæ sunt à jure indebita, et in quibus nullum alium titulum habuerint, quam consuetudinem licet immemoriam, non curarent de tali consuetudine; cum hæc pars sit securior conscientie, et in dubio tenere debemus, quod certius est, et sine periculo anime explicari potest, ut in Clement. exivi de verb. signif. bona glos. in cap. 1. de scrutin. cap. juvenis 3. de sponsal. induco ad hoc pulchrum dictum Capo. Veronen. in tract. de servit. rustic. prædior. cap. de mari, col. 3. ubi dicit, quòd licet consuetudo immemorialis habeat vim tituli, seu privilegii, aut constituti; tamen, si pars quæ erat munita tali consuetudine confiteretur, se et majores suos nunquam habuisse aliquem titulum, neque aliquod aliud jus, sed tantum præscripsisse per dictum tempus, quòd tunc non sufficeret talis consuetudo, vel præscriptio: quia quanto longiori tempore possedissent, tanto majori culpa tenerentur, cap. fin. de consuet. cum concord. et quia licet esset præscriptio juris et de jure, tamen contra eam admittitur probatio in contrarium per confessionem partis, gloss. notab. in authent. sed jam necesse, C. de donat. ante nuptias, et in l. in contractibus, in princ. C. de non numer. pecun. et adducit notata per Innocent. et alios, in cap. quia plerique, de immun. eccles. neque valeret immemorialis præscrip-

tio cum mala fide, ut in cap. fin. de præscript. et tenet Philip. Francus in cap. 1. col. fin. de præscript. lib. 6. et tradit Joann. Franc. Bald. in suo tract. præscr. fol. 16. col. 1. et 2. et maxime ista procederet in consuetudine hospitandi, quæ est nutritiva peccati, ubi est assidua cohabitatio, propter periculum castitatis feminarum, quæ sunt in domo patrisfamilias: non enim valet consuetudo inducens pronitatem ad peccandum, cap. ex parte 10. de consuetud. et consuetudo, quæ est contra bonum anime, vel est nutritiva peccati, non jvatatur etiam tempore immemoriali, ut tradit Card. Alexand. in cap. frustra, 8. distinct. sicut neque valet pactum, per quòd quis invitatur ad delinquendum, l. illud convenire 5. D. de pactis dotal. l. si unus 27. §. pacta que turpem 4. D. de pactis. Adverte etiam, quòd domini terrarum non possunt cogere subditos, ad excolenda eorum prædia, ut notat Lucas de Penna in l. fin. super verbo hortentibus, C. de omni agro, lib. 11. et ibidem dicit, quòd neque possunt cogere subditos ad recipiendas gabellas procurandas in eorum credentiam: possunt tamen cogere subditos, ad colenda prædia, ex quibus redditus ipsi Baroni debentur: vide eundem in l. 2. C. de censibus et censitor. lib. 11. et in l. generali, C. de decurion. lib. 10.

(3) *Bien.* Non ergo ore tantum, sed ore et opere: vide Bald. in l. 1. C. de oper. libert.

(4) *Que el señor.* Est enim regulare, quòd dominus debet reddere vicem vassallo, cap. imperialem, in fin. de prohib. feud. alien. per Freder. et ibi Andr. de Iser. et adde text. notab. et ibi Bald. in cap. 1. de forma fidelitatis: hæc tamen regula habet 15. fallentias, de quibus vide plenè per Matth. de Afflic. in decisio. Neapolit. decis. 265.

(5) *Dura et amor.* Et cuius sit, vel esse debeat amor major, benefactoris, vel beneficiati, tradit S. Thom. 2. 2. quæst. 26. art. 12. et Philosoph. 9. Eth.

(6) *En las leyes.* Vide tit. 10. usque ad tit. 20. et l. 4. tit. 27. et l. 3. tit. 29. 2. Part.

LEX VII.

Non potest vassallus dominum primo anno relinquere, nisi in ejus mortem, vel uxoris commixtionem intendat, aut cum exheredet, nec velit super hoc stare juri: post annum verò potest, quando voluerit, ex quacumque causa; sed debet expediri ab eo in propria persona, osculando ei manum, dicendo: De cætero non sum vester vassallus: sed si timet mortem, vel offensam sibi per dominum fieri, potest se per alium generosum expedire, qui similia ejus nomine dicat, vel faciat. Hoc dicit.

(1) *En el año primero.* Adde l. 3. tit. 13. lib. 3. Foro Leg. et non immeritò istud hic statuitur, cum donetur magno munere, qui donatur militia, quæ ultra nobilitatem excusat à muneribus, et honoribus subeundis, l. prator. 13. §. duo, D. de vacat. muner. Gloss. et ibi Jo. de Plat. in l. 1. de vacat. muner. public. lib. 10. et vide l. 4. cum sequent. tit. 1. lib. 4. Ordin. Regal.

(2) *Por pobreza.* Alendus tamen est sumptibus domini, vide Spec. tit. de feud. §. quoniam, versic. 22. et l. suo vietu 18. D. de oper. libertor.

nin por trabajo que sufra con el, nin por otra cosa ninguna; fueras ende, si lo ouiesse a fazer por alguna destas tres cosas (3). La primera es, si el Señor se trabajasse por la muerte de su vassallo. La segunda, si se trabajasse de desonrrarle su muger. La tercera, si lo deseredasse a tuerto, non lo queriendo caber derecho por juyzio de amigos, nin del Rey, nin de su Corte. Ca por qualquier destas razones bien se puede departir de su Señor en todo tiempo, ante del año, o despues. Mas del año adelante (4) bien se puede partir del; maguer el Señor non errasse contra el, en ninguna de las tres maneras sobredichas. Ca si non ouiesse sabor de biuir con el, porquel pagasse mal la soldada, o por otra razon qualquier (5), bien se puede partir del. E quando se ouiesse a espedir, deuelo fazer por si mismo (6), e non por otro; fueras ende, si se temiesse del (7), que lo matasse, o que lo desonrrasse: ca estonce, bien se podria espedir del, por otro que fuesse fidalgo. E el espedimiento deue ser fecho en esta manera, diziendo el vassallo al Señor (8): Espidome de vos, e besovos la mano, e de aqui adelante non so vuestro vassallo. E quando alguno otro se despidiere en

nome del vassallo, deue dezir assi: Fulano, Cauallero, se espide de vos, e besovos la mano por el: e digovos de su parte, que de aqui adelante, non es vuestro vassallo.

LEY VIII.

Que cosas deue guardar el Señor al Vassallo, e el Vassallo al Señor, despues que fueren partidos.

Partiendose el vassallo del Señor, por alguna de las razones que diximos en la ley ante desta, despues que fuere partido del, bien se puede fazer vassallo de otro, e non ante (1). E maguer se el fiziesse vassallo de otro, nunca lo deue el ferir, nin matar; por razon de la Caualleria que rescibió del, e del bien fecho quel fizo, e por el vassallaje que ouo con el (2); fueras ende si viesse en peligro de muerte aquel su Señor cuyo vassallo es (3), de manera que lo non pudiesse librar ende, a menos de ferir al otro, cuyo vassallo fue. E aun estonce, si a ferirlo ouiesse por tal razon como esta, deuelo fazer de guisa, que non le de ferida de que muera, si lo escusar pudiere. Pe-

(3) *Tres cosas.* Adde l. fin. suprâ tit. prox. et adde alium casum in l. 3. tit. 29. *Partit.* 2.

(4) *Adelante.* Hoc quando factus fuit ab eo miles, ut hic, et dicta l. 3. si tamen non fuit factus ab eo miles, tunc etiam ante annum posset eum relinquere, si nihil domini interesset magis cum relinquatur, quam cum factus fuit ejus vassallus, ut hic innuitur, et probatur in l. 1. tit. 13. lib. 3. *Foro Leg.*

(5) *Razon qualquier.* Probatur hic, vassallum posse liberari à servitio, renuntiando feudo, et probatur etiam in cap. 1. *de vassal. qui contra constit.* *Lothar.* et est communis opinio secundum Doctor. signanter Felin. in cap. *quæ in ecclesiarum, de constit.* Limita tamen, nisi renuntiatio sit intemptiva nimis, veluti si renuntiaret feudo, tempore quo immineret guerra domino suo, secundum Host. Joannem Andream, et Felinam ibidem; et quid si feudum datum esset ad certum servitium, vide ibi per Joan. de Imol. et per Bartolum in l. *is cum quo, D. de aqua pluvia arcend.* Gloss. in cap. 1. in fine, *de capitán. qui curiam vendidit*, et Bald. in *præludivs feudor.* col. 5. Bald. in cap. *cauterum, de judic.* col. penult. Limita etiam, nisi feudum esset franchum, sive ligium: quia tunc non habet locum poenitentia, cum grave sit Principi fidem fallere, et quia beneficium Principis debet perdurare; de quo dicto dabitur Præpositus in cap. fin. *de capitán. qui curiam vend.* vide ibi, et Franciscum Cartium in suo tract. *feudali*, part. 4. quest. 31.

(6) *Por sí mismo.* Nota hoc bene, nam l. 2. tit. 13. lib. 3. *Foro Leg.* per alium generosum permittebat: et forte hoc idem statuitur, ut pudore et reverentia domini vassallus contineatur, ne ita celeriter dominum deserat, et discedat ab eo.

(7) *Si se temiesse del.* Justè enim recusatur aditio, quando non est tutus accessus, ut in Clem. *pastoralis*, versic. isto igitur, *de re judic.* et cap. *significavit* 48. *de appellat.* et in Clem. *causam* 3. *de election.* l. 2. post princ. D. *si quis cautio*, et nota hic distinctionem ad legem Fori, quæ permittebat per se, vel per alium hoc facere, ut hoc non intelligatur indistinctè; sed cum est securus accessus, per se facit; cum autem non est securus, per alium generosum.

(8) *Al señor.* Et sic feudum refutari debet in manibus domini, et non alterius, secundum Host. in cap. *quæ in ecclesiarum, de constit.* Bald. in cap. 1. col. 2. *de alien. paterni feudi.*

LEX VIII.

Non potest vassallus ante primi domini expeditionem secundo domino vassallus fieri: et si honorem militiæ, seu beneficii à primo recepit, non debet eum vulnerare; nisi aliter secundum dominum à morte eripere non valeret; nec et hoc tunc faciat cum equo, vel armis à primo datis. Hoc dicit.

(1) *E non ante.* Innuitur hic, quòd non potest quis eodem tempore esse vassallus duorum: quòd intelligendum est, et limitandum, quando de jure, vel commodo primi, et veri domini aliquid diminueretur, si vassallus etiam se recognosceret vassallum alterius, ut in l. *in concedendo* 8. D. *de aqua plu. arcend.* sin autem vassallus potest omnibus integraliter satisfacere, tunc valet quoad obligationem personalem, non realem, seu vassalliticam: quia quatenus est unius, alterius esse non potest, secundum Bald. in l. 2. C. *de oper. libertor.* et Spec. tit. *de feudis*, §. *quoniam*, versic. 11. *queritur*, et vide eundem in versic. 12. *queritur.*

(2) *Que ouo con el.* Habes hic textum pro dicto Host. Anton. et Joan. de Imol. in cap. *quæ in ecclesiarum, de constit.* quòd licet vassallus renuntiaverit feudo, et sic desierit esse vassallus, non tamen debet offendere dominum in memoriam pristini domini, arg. l. *servos* 7. C. *de question.* et adde Felin. ubi in proposito aliqua cumulat in dicto cap. *quæ in ecclesiarum*, col. 31. et Paridem de Putco, in tractat. *syndicalis*, fol. 8. col. 2.

(3) *Cuyo vassallo es.* Consequitur enim ab eo majus beneficium, et sic potius tenetur cum juvare, arg. l. *queritur* 10. ubi hoc notat Bald. D. *de statu homin.* Quid tamen si primo domino non relicto alium etiam accepit (ut dixi suprâ in gloss. in verbo *E non ante*), et ambo domini inter se pugnent, cui vassallus debeat obedire et juvare, vide Bald. in l. *unica*, §. *ne autem*, C. *de caduc. tollend.* ad fin. versic. *habeo duo feuda.*

ro en ninguna manera non lo deve ferir, nin fazerle mal, nin daño ninguno, con las armas, nin con el cavallo que el le dio (4).

LEY IX.

Que pena meresce el Vassallo, que toma soldada del Señor, e non la sirue.

Si el vassallo que se espidiere del Señor, con que solia biuir, ouiesse recibido soldada del (1), e non gela ouiesse seruida; si el Señor le mando (2) por si mismo, o por su carta (3), que la vniesseseruir, e non quiso (4), deuelo pechar doblado, todo lo que del recibio desta guisa, porque lo non quiso seruir. Otrosi dezimos, que si el vassallo siruiesse al Señor, e nol quisiesse dar su solda-

(4) *Que el le dio.* Ne posset dicere illud Ovidii: Heu! patior telis vulnera facta meis. Et nota bene hoc dictum huius legis: quia licet vassallus teneatur iurare dominum contra omnem personam, quæ velit eum offendere, ut in cap. 1. de nova forma fidelit. sub pena privationis feudi; tamen excusabitur in casu isto.

LEX IX.

Si vassallus vult expediri à domino, et primò recipit stipendia, et vocatus à domino, non vult ei servire; restituit domino stipendia, quæ receperat, duplicata: secus si dominus non requisivit servitium ejus: idem, si dominus non solvit stipendia pro servitio jam impenso, quia restituit duplum. Hoc dicit.

(1) *Recebido soldada del.* De soldata habes text. in cap. 1. *quis dicatur Dux, Marchio, Comes*, in versic. *soldata*, et ibi, quòd feudum soldatæ est ita personalissimum, quòd non transit ad hæredes dantis, neque accipientis.

(2) *Le mando.* Non enim cogitur vassallus offerre domino servitium, nisi sibi denuntietur à domino, ut in §. *ad hoc, hic fruit.* lex *Domin. Freder.* nisi servitium deberetur ad diem certam, vel si sciret dominum obsideri, vel ei mortem imminere, ut ibi habetur, et in cap. 5. §. *licet, si de feudo defuncti content. sit inter domin. et agnat.* et in cap. *Imperialem*, §. *firmiter, de prohib. feud. alien. per Freder.* et in cap. 2. §. *præterea, quæ fuit prima caus. benef. amit.* et vide distinctionem Bald. in dicto §. *ad hoc* in fin. et qui dicit aliquem fuisse monitum, vel requisitum, debet illud probare, quia nemo præsumitur citatus nisi probetur, ut est text. notabilis in cap. fin. *de pace juram. firm.* et ibi notat Bald. col. pen.

(3) *Por su carta.* Habes hic, quòd illa dicitur legitima vassalli vocatio, quæ fit per propriam personam domini, vel per ejus litteras; adde, vel procuratorem domini, ut in §. *ad hoc*, et ibi notat Bald. col. fin. *de pace juram. firman.* et ibi vide, quòd quando vocatur per litteras, ad hoc ut sequi possit privatio feudi, requiritur, quòd tales litteræ sint munitæ, et roboratæ solemnî testimonio Parium, si de earum fide dubitetur: quod intelligit ibi Bald. si dominus habeat Pares Curie; si verò non habeat, sufficit aliorum testimonium: et an sufficiat unica interpellatio, vel an requiratur trina monitio, vide Bald. ibidem, col. fin. post Gloss. concludit Bald. sufficere unam citationem, seu vocationem, et quòd sufficiat mitti proclama generale per terras, et loca mittentis domini, seu requirantis, per l. *si eo tempore* 6. C. *de remis. pignor.* allegat Innoc. in cap. *humilis, de major. et obed.*

(4) *Non quiso.* Neque est alia justior causa privationis feudi, quàm cum vassallus recusat servitium, cap. 2. §. *sed non est alia, quæ fuer. prima caus. benefic. amit.* An autem vassallus sit ad ine remittendus occasione servitorum

da (5), que por todo el tiempo quel siruio, e non gela dio, que gela deve dar doblada. Mas si el Señor non ouiesse menester el servicio del vassallo, porque nol acacesciesse cosa atal, nin embiasse por el; estonce non seria tenuto de tornar ninguna cosa, de lo que ouiesse recebido del, maguer non lo ouiesse seruido: ca pues el siempre estuuo aparejado, para venir en su servicio, non es en culpa (6), si el Señor non embio por el.

LEY X.

Por que razones puede el Rey echar sus Ricos omes de la tierra.

Ricos omes (1) segund costumbre de España, son llamados; los que en las otras tier-

mibi impendendorum? Bald. dicit quòd sic, in l. *cum Artimidoram*, C. *ut in posses. legat.* 2. col. nisi velit dimittere feudum, et declinare futura servitia pro feudi futuro tempore; pro præterito autem nunquam potest declinare, l. *incola* 29. D. *ad municipal.* et si declinat, reddit soldatam cum duplo, ut hic, vel tenebitur ad interesse quando non est feudum soldatæ: vide Bald. in §. *callidis, de prohib. feud. alien. per Fred.* et *de capit. qui curiam vend.* §. fin.

(5) *Su soldada.* Quid si neque vellet servitium, neque dare soldatam? Videtur quòd possit hoc facere ex natura correlativorum: nam sicut vassallus liberatur, renuntiando feudo, sic et debet dominus liberari, renuntiando servitio. In contrarium videtur, quia feudum non tollitur, nisi vassallus convincatur ex culpa digna privatione feudi, ut in cap. 1. *quo temp. miles*, et in cap. 1. *de feudo sine culpa non amit.* et quia feudum potius datur favore vassalli, quàm favore domini: dicit tamen And. de Isern. quòd ubi feudum datur ad certum servitium, videtur dari gratia utriusque, secundum Bald. in *prælatiis feudorum*, col. 5. Potest distingui inter feudum, quod datur ratione alicujus administrationis, veluti guardiæ, vel gastaldiæ; et istud post annum potest liberè revocari à domino, ut in cap. 1. *de feudo guardiæ*: et inter feudum, quod datur ratione servitii personalis, ut in scutiferis; nam si isti rectè, et secundum laudationem Curie serviant, non potest feudum eis auferri, secundum Bald. in dicto cap. 1. vers. *Item*, qui allegat quemdam text. de extraordinariis cap. vide per eum in versic. *quid de feudis scutiferorum*, vide etiam quæ dixi infra tit. 1. l. 1. in fin.

(6) *Non es en culpa.* Adde text. in cap. 5. §. *licet si de feudo defuncti contentio sit inter domin. et agnat.*

LEX X.

Rex potest à suo Regno expellere Comitem, aut Baronem ob maleficia in Regno commissa, vel ob prodicionem, seu alevosiam: sed si ob malevolentiam expellat, debet Comes ipsi Regi supplicare secretè, quòd nolit facere; et si perseveret, dicat ei coram uno, vel duobus; quo indarato, dicat sibi per Curiam; et si nolit, dabit sibi ad exeundum spatium 30. dierum, intra quos tenetur exire; et dabantur sibi victualia pro sua pecunia: et post exitum poterit Regi facere guerram, recipiendo undè vivat; dum tamen locum non occupet, nec incendat: sed pro suis ablatis potest loca occupare usque ad pretii concurrentiam; dum tamen non sit de locis, quæ ipse, aut sui vassalli antea à Rege tenebant: et possunt isto casu eum sequi vassalli sui, et etiam familiares eum defendere absque nota: et possunt tunc vassalli facere cum domino Regi guerram; sed partem prædæ eis contingentem non debent expendere, sed Regi restituere. Hoc dicit.

(1) *Ricos omes.* Tene menti istam legem declarantem,

ras dizen, Condes, o Barones (2). E estos atales pueden los Reyes echar de la tierra, por vna destas tres razones. La primera, quando quier tomar vengança, por malquerencia que aya contra ellos. La segunda, por malfestrias que hayan fecho en la tierra. La tercera por razon de yerro, en que aya traycion, o aleue. E quando acaesciesse, que el Rey ouiesse de echar al Rico ome de la tierra por malquerencia, estonce aquel que quiere echar, deuele pedir merced apartadamente en poridad (3), que lo non faga; de guisa que non este y otro ninguno, si non ellos amos a dos: e si non gelo quisiesse caber, deuel pedir merced la segunda vez, ante vno, o ante dos de la compañía del Rey. E si acaesciesse, que non gelo quisiesse otorgar, puedele pedir merced la tercera vegada por Corte. E si estonce no lo quisiesse perdonar, e le mandare que salga de la tierra; por tal razon como esta puedenlo seguir sus vassallos, e salir de la tierra con el. Pero deuele el Rey dar plazo de treinta dias (4), a que salga de la tierra: e en aquellos treynta dias deuele otorgar que le vendan vianda, por aquellos lugares por do saliere. Pero ante que se cumplan los treynta dias, deue el Rico ome salir de la tierra. E desde que fuer salido, puedele fazer guerra (5) si quisiere, para ganar consejo onde

biua. E esto se puede fazer por dos razones. La vna, porque le echo, non queriendo dezir razon, por que lo faze. La otra, porque pueda auer vida de aquella tierra (6) onde es natural. Mas en tal guerra como esta, nol deue furtar, nin entrar por fuerça Villa, nin Castillo (7), nin quemarla. Pero si el Rey ouiesse descredado a el de alguna cosa, bien podria estonce entrar Villa, o Castillo, o otra heredad que fuesse del Rey, que pudiesse tanto valer (8), como aquello de quel descredo; e tenerlo como por entrega, fasta quel Rey le torne lo que tomo: mas non lo puede vender, nin enagenar (9) en ninguna manera. E non deue tomar, por razon de tal entrega, Villa, nin Castillo, nin otra fortaleza, que el mismo ouiesse ante tenido (10), o alguno de sus vassallos. E por tal echamiento como este, nin por tal guerra, non deue el Rey fazer mal, nin daño a su muger, ni a sus hijos del Rico ome; nin a las mugeres, nin a los hijos de sus vassallos quel siguieren. Otrosi, los vassallos, maguer ayuden a guerrear (11) a su Señor, la parte que a ellos cupiere, non la deuen despende, nin malmeter; mas deuenla dar al Rey (12). E non tan solamente pueden salir con el Rico ome, por tal echamiento como este, sus vassallos, e sus naturales; mas avn sus criados, e los otros omes de

qui dicantur Richi homines: et vide S. Thom. lib. 3. de regim. Princ. cap. fin. ubi dicit, quòd apud Hispanos omnes sub Rege Principes, Divites homines appellantur, et præcipuè in Castella: cujus est ratio, quia Rex providet in pecuniis singulis Baronibus, secundùm merita sua, vel secundùm complacentiam hos deprimit, hos exaltat; ut in plurimum enim munitiones, et iurisdictiones non habent, nisi ex voluntate Regis: et inde vocantur Divites homines, quia cui in majori summa providetur, ille major est Princeps, quia pluribus potest militibus providere.

(7) *De los nietos adelante.* Non valde; nam de consuetudinibus feudorum contrarium cavetur, scilicèt, quòd masculi descendentes in infinitum succedant in feudo, ut habetur in cap. 1. §. *hoc autem notandum* 3. *qui feud. dare pos.* et tradit Bald. notabiliter in cap. 1. *de feud. marchia*, col. 2. ubi etiam tractat de successione Regni; et multùm admiror de conditore hujus legis, cur in hoc non fuerit sequutus jura alia feudorum quibus cautum est, descendentes masculos in perpetuum succedere, ut in dicto cap. 1. in fin. *in quibus caus. feud. amitt.* in tantum, quòd in feudo ecclesiastico aliqui Doct. tenuerunt, hoc idem esse, et adstringi Ecclesiam tali jure feudorum, ut fuit Martin. Laud. in dicto cap. 1. §. *et quia vidimus*, quem sequitur Franc. Curt. in dicto suo tract. *feud.* 3. part. fol. 4. versic. *expedita igitur*; licèt contrarium tenuit Bald. in auth. *defuncto, C. ad Tertul.* Fortè potest dici, quòd ista lex noluit sequi dictam consuetudinem feudorum, ne proprietates domini esset inutilis, vel non tantum utilis, si duraret feudum perpetuò, et sic voluit lex nostra, dispositionem Corradi Imperatoris, de qua in dicto §. *et quia vidimus*, approbare in his Regnis, quòd feudum non transeat in alios descendentes ultra nepotes: et semper limita, et intellige, nisi aliud ex pacto cautum sit in concessione feudi; quia tunc ex conventionem legem accipit, l. *contractus* 23. *D. de regulis juris*: procedit ergò ista lex in simplici concessione in feudum.

(8) *Mudo, o ciego.* Habes hic clarè expeditum illud, de quo erant diversæ opiniones, de quibus per Bald. qui latè eas recitat, in cap. 1. *an mutus, vel aliter imperfect.* et in cap. 1. §. *mutus, Episcopum, vel Abb.* et sic in feudo paterno per istam legem non succedit mutus, neque cæcus, seu aliter imperfectus, si sit talis qui servitium per se exhibere non possit; sive iste defectus fuerit naturalis, sive accidentalis, sive feudum sit magnum, sive parvum, et ex ratione hic posita: quia non potest servire domino. Limitari potest ista lex, quòd si esset feudum, pro quo servitium personale non deberetur domino, sed præstaretur ei aliquis census pecuniarius, ut certa quantitas pecuniæ, vel frumenti, vel aliud simile quolibet anno, prout sunt feuda quorundam Ecclesiarum Lombardiæ; in talibus feudis bene succedet mutus, et surdus etiam à nativitate, ut tenet Bal. *de pace Const.* versic. *libellaria*, in fin. Et quid si essent duo fratres unus habilis, qui exhibebat plenariè servitia consue-

o ocasionado (9) de manera que non pudiese servir el feudo, non lo merecería aver, nin lo deve heredar en ninguna manera (10). Esso mismo dezimos, que si qualquier dellos fuesse Monje, o otro Religioso (11), o tal Clerigo (12) que lo non pudiesse servir, por razon de las Ordenes que ouiesse. E lo que diximos, que fijo, o nieto del vassallo puede heredar el feudo, entiendese, quando Villa, o Castillo, o otro heredamiento señaladamente fuesse dado por feudo. Mas Reyno, o comarca (13), o Condado, o otra dignidad realenga, que fuesse dada en feudo, non lo heredaria el fijo, nin el nieto del vassallo, si señaladamente el Emperador, o el Rey, o otro Señor, quel ouiesse dado al padre, o al abuelo, non

gelo ouiesse otorgado para sus fijos, o para sus nietos.

LEY VII.

Como los padres, e los hermanos de los Vassallos, non heredan el Feudo.

En feudo teniendo algun ome Villa, o Castillo, o otra cosa alguna del Señor, si quando muriesse non dexasse fijo, ni nieto, maguer ouiesse padre, o abuelo, ninguno dellos non lo heredara. Ca los feudos son de tal manera, que los que descien den por la línea derecha los deuen heredar, e non los que suben (1) por ella. Otrosi dezimos, que si el vassallo que tiene feudo del Señor, quando

ta, alius vero est inutilis, neque potest servire? an propter habilitatem unius, qui præstat servitia, alter admittatur, dic quòd non, secundum Bald. in §. *præterea ducatus*, in fin. *de prohib. feud. alien. per Freder.* vide etiam Joan. And. in addition. *ad Spec. tit. de feud. §. quoniam*, col. 12. in additione incipienti versic. 21. Extende etiam istam legem, etiamsi servitium esset tale, quòd ita bene potest impleri per substitutum, sicut per ipsum vassallum; quia tunc adhuc mutus, vel aliter imperfectus non succederet in feudo, secundum Bald. in l. *quisquis*, C. *de episc. et cler.* Et limita, si tale impedimentum non ex toto tollat qualitatem servitii, licet aliquantulum minuat, ut quia non ita quis bene audit sicut prius, seu non ita bene ambulat: nam per hoc non perderet feudum, quia adhuc potest servire in pugna, vel consulendo, secundum Bald. ibidem: et idem dic, secundum eum, si impedimentum esset temporale, et non perpetuum. Quid autem in feudo novo, an perdat per ista impedimenta, si servitium exhiberi non potest? Vide text. quòd sic, in dicto cap. 1. §. *mutus*, et ibi, quòd si feudum sit magnum, debet ex eo sustentari, etiamsi superveniat impedimentum post adeptum feudum: vide Bald. in dicta l. *quisquis*, et in dicto cap. 1.

(9) *O ocasionado.* Bene declarat, quale debet esse impedimentum, scilicet, quòd tollat servitia; undè hic includuntur amentes, qui carent principalissima parte hominis, scilicet usu rationis, et tanquam derelicti à conditore naturæ non succedunt in feudo, Bald. in l. fin. col. 3. C. *de suis et legit. hered.* Quid tamen si esset aliquis talis, qui non posset generare? an succedat in feudo? Bald. in dicto §. *mutus* dicit, hanc questionem accidisse in quodam nobili Joanne, qui habebat testiculos, et non rostrum, et tenet, quòd possit succedere: iste enim defectus pudendorum tegitur, et sufficit, quòd sit sensatus, et apertè natus mente, et corpore; et ita dicit de facto se consuluisse in causa magni ponderis, et probatur in ista lege: cum ex hoc non tollatur habilitas ad servitia, ad quæ tenetur.

(10) *En ninguna manera.* Sed an debeat de feudi fructibus, si sint magni, sustentari? Videtur quòd sic, ut in dicto cap. 1. §. *mutus*, et tenere videtur Joan. And. in addition. *ad Spec. tit. de feudis*, §. *quoniam*, col. 12. in additione incipienti versic. 21. et an quod in ista l. habetur, procedat in dignitatibus Regni, vel aliis majoris, vide quæ dixi in l. 2. tit. 15. 2. *Part.* in gloss. super verbo *seyendo hombre para ello*, et vide Socium consil. 47. 3. vel. incipienti, *facti narratione.*

(11) *Religioso.* Adde cap. 1. *de vassal. militie qui arma bellica depos.* et §. 4. vers. *qui clericus, si de feudo def. content. sit inter domin. et agnat.* gloss. notabilis in cap. *scripsit nobis*, 27. quest. 2. et cap. 1. *de feudo femm.* versic. *ex hoc illud*, in quo versic. probari videtur unum, quòd est singulare, quòd si vassallus qui ingressus est religionem, exiit infra annum probationis, quòd non recuperabit, ne-

que habebit feudum, quia jam illud perdit religionem ingrediendo: et per illum text. ita tenet And. de Iser. in dicto §. *qui clericus*: quòd dictum ego non crederem esse verum; quia intelligi debet de ingrediente, et proficiente, ut in authent. *ingressi*, C. *de sacer. ecclies.* et quia tale dictum esset impeditivum religionis: undè crederem idem esse, quòd in aliis bonis allodialibus.

(12) *Tal Clerigo.* Adde jura, de quibus in gloss. præced. et requiritur quòd saltem sit in ordine Subdiaconatus, qui est sacer ordo, ut in cap. *à multis* 9. *de viate. et qualit.* et tenet Bald. in dicto §. *qui clericus, si de feudo fuer. contro. inter domin. et agnat.* et intellige hoc procedere, etsi velit servire per substitutam, ut colligi videtur ex ista lege, et tradit latè Francisc. Curt. in dicto suo tract. *feud.* 3. part. versic. 10. *principaliter quarta*, ubi latissimè vide ibi: ex cuius dictis poteris etiam aliquas limitationes colligere ad istam legem: et de tenente feudum si monachetur, vel clericetur, quòd perdit feudum, adde Bal. in l. *quisquis*, C. *de episc. et cler.*

(13) *O comarca.* Adde cap. 1. in princ. *de feudo marchia*, et cap. 1. in fin. *de alien. feudi*: et limita, et intellige secundum Andream de Isernia ibi, quando Marchia, vel Ducatus, vel Regnum daretur alicui, tanquam dignitas, et administratio officii: secus, si Ducatus, vel Marchionatus, aut Regnum daretur in feudum, et sic daretur dignitas cum territorio, adjuncto dignitati, ut in Duce Calabriae, qui est dominus Provinciae Calabriae, ubi sunt terræ, et vassalli, quorum est dominus: nam tunc bene transmittitur tale feudum cum dignitate ad heredem, et idem dicit in §. *præterea Ducatus, de prohib. feud. alien. per Freder.* vide de hoc Roder. Suarez in repet. l. *quoniam in prioribus*, in 11. limitatione, C. *de inoffic. testam.* ubi est posita quædam ejus allegatio super Comitatu Valentia, in qua multum insudavit, et ibi allegat istam legem Partit.

LEX VIII.

Non succedunt in feudo ascendentes, sed descendentes; quibus deficientibus, succedit frater in feudo paterno, vel avito, aut de ejus fratris pecunia empto; sed in fraterno feudo non succedit frater. Hoc dicit.

(1) *Los que suben.* Adde cap. 1. in princ. *de natur. succes. feud.* et idem dic de emphyteosi ecclesiastica, secundum Bal. in authent. *defuncto*, C. *ad Tertul.* et limita istam legem tripliciter, ut tradit Curtius in dicto suo tract. *feud.* 3. part. versic. *expedito*, l. tract. col. 2. ubi et tractat, an pater habeat usufructum in bonis feudatilibus filiis: et quid in bonis majoratus, an pater habeat talem usufructum, tradit latè Roder. Suar. in quadam sua disputatione, quæ est posita super l. *quoniam in prioribus*, in fin.

muerre non dexa fijo, nin nieto, e ha hermano (2), vno, o mas; que ellos deuen heredar el feudo, si es atal que fuesse dado al padre (3), o al abuelo del finado, o si los hermanos biuos, o el muerto, lo compraron (4) de los bienes que auian de so vno. Mas si fuesse dado el feudo al hermano finado, estonces (5), los hermanos que sincaren biuos, non aurian derecho en el; ante dezimos, que deue tornar al Señor, pues que el finado non dexo fijo varon, ni nieto, que lo heredasse.

LEY VIII.

Por que razones el Vassallo puede perder el Feudo.

Ley 1,
tit. 15.
Ley 1,
tit. 1,
lib. 10
Novis.
Recop.

Perder puede en su vida el feudo el vassallo, si non cumpliere al Señor, o a sus fijos, el seruicio (1) quel prometio a fazer por

(2) *Hermano.* Quid si non habeat fratrem, habet tamen alios collaterales consanguineos? Dic, quod in feudo paterno succedent in infinitum sine restrictione septimi gradus, ut in cap. 1. de natur. succes. feud. et in cap. 1. si vassal. feud. priuoc. cui deferat. si verò feudum est novum, et nunquam ex persona primi acquirentis fecit transitum in ejus descendentes, et sit casus in quo collaterales succedunt, veluti ex pacto, vel in aliis casibus hic expressis, in quibus frater fratri succedit in feudo; tunc succederet collateralis usque ad 7. gradum: et ita procedet text. in cap. 1. §. hoc autem notandum 3. qui feud. dar. pos. secundum Jacob. de Bello Viso, Bald. et alios in cap. 1. §. si capitanei, de feudo marchie: vide latè per Franciscum Curtium in supradict. tract. feud. 3. part. versic. successivè expedito, ubi ponit plures questiones in materia lujus legis; vide ibi, et Dec. consil. 85.

(3) *Que fuesse dado al padre.* Adde cap. 1. de success. frat. Quid autem, si concedens dicat in concessione, quod concedit feudum jure antiqui, et paterni feudi? Dic, quod tunc regulabitur, ut feudum paternum, secundum magis communem conclusionem; de quo vide Francisc. Curt. in dicto suo tract. feud. prima parte, versic. 8. principaliter quarto.

(4) *Lo compraron.* Dominò scilicet feudi sciente, ut in cap. de benef. frat. et cap. 1. de fratrib. de novo benef. investit.

(5) *Estonces.* Adde dictum cap. de fratrib. de novo benef. investit. et dict. cap. primum, de benef. frat.

LEX VIII.

Perdit feudatarius feudum ob servitia non exhibita, vel domini desertionem in prelio; aut ejus accusatione, vel damno magno illato ei, seu infamia ei per feudatarium indicta; vel damni relatione, aut non deviatione; conspiratione, aut à carcere non liberatione, vel domini, aut ejus uxoris obsidione; aut fratris, filii, seu nepotis domini occisione; vel cum uxore, filia, nepte commixtione, aut de hoc intromissione; privatur vassallus feudo in quocumque istorum casuum. Dominus peccans contra feudatarium punitur proprietate feudi, applicanda feudatario. Hoc dicit.

(1) *El seruicio.* Vide quæ dixi in l. 9. suprâ tit. 1. in gloss. super verbo no quis.

(2) *A su señor.* Adde cap. 1. in princ. quibus mod. feud. amittitur, et cap. 1. §. si quis miles, de feud. sine culpa non amittend. et cap. 1. §. item qui dominum 2. quæ fuit prima causa benef. amitt. ibi Bald. et Doctores.

(3) *Si acusa a su Señor.* Adde cap. 1. §. 2. vers. item

razon del. Otrosi dezimos, que pierde el vassallo el feudo, si desampara a su Señor (2) en batalla. E avn dezimos, que lo pierde, si acusa a su Señor (3), o le busca tal mal (4), onde le viene grau daño de sus bienes, o enfamamiento de su persona. E otrosi dezimos, si el vassallo sabe que algunos (5) quieren buscar mal a su Señor, o quel puede venir algund daño muy grande en alguna manera, si se non trabaja de lo desuiar, quanto pudiere, o si nol apercibe (6) dello, que pierde el feudo por ello, si lo calla engañosamente (7). Otrosi dezimos, que faziendo el vassallo pleyto, o omenaje, o jura con otros algunos (8), con entencion de buscar mal, o de fazer algund mal a su Señor; o si saltasse (9) en algund logar por si, o con otros, queriendol ferir, o matar, o prender, o deshonnrar; o si metiesse mano en el (10) señaladamente con entencion de fazerle alguna destas cosas; o si se traba-

si delator, quæ fuit prima causa benef. amitt. et loquitur ista lex tam in delatore, quam in accusatore, et videtur hoc procedere, sive accusasset et probasset, sive non probasset; nam, sive calumniaret, sive non, procedet pena privationis feudi, licet contrarium teneant Andr. de Iser. et Alvarot. in dicto vers. item si delator, quia eadem est ratio quæ in servo, ut in l. fin. C. de delator. lib. 10. et tenet Francis. Curt. post Dynum, in dicto tract. feud. parte 4. quæst. 29. et aliquas limitationes ad istam legem vide per Gloss. et Doct. in dicto vers. item si delator, et in dict. 29. quæst. per Curtium.

(4) *Le busca tal mal.* In hoc comprehenderetur, si revelaret secreta domini, ex quo sequutum fuit damnum magnum, ut in cap. si capitanei, quibus mod. feud. amitt. et ibi Gloss. et Doct. Sed an perdit, si fuit advocatus contra dominum, ex quo magnum damnum recepit? Et videtur quod non: nam si advocatus rectè considit, non videtur consulere contra dominum, ut notat Bald. in l. 1. C. de sentent. præf. prætor. quod intelligunt Gloss. et Doct. in cap. 1. vers. item si delator, quæ fuit prima causa benef. amitt. quando advocaret coactus; secus si sponte, nam tunc perdere debet feudum; de quo dubitat dictus Curtius in dicto tract. feud. parte 4. questione 33. volens, quod etiam sponte advocet, non perdat feudum: dubius tamen relinquit cogitandum, sed dictum Gloss. et Doct. plus mihi placet.

(5) *Sabe que algunos.* Adde cap. 1. §. 2. vers. præterea si vassallus, quæ fuit prima caus. benef. amitt. cum Gloss. ibi.

(6) *O si nol apercibe.* Etiam si restitit quantum potuit, adhuc tenetur dominum certiorare, ut in dicto vers. præterea, ubi Gloss.

(7) *Engañosamente.* Idem dicit text. in dicto vers. præterea, si negligentia tacuit: et ibi Glossa notat, propter negligentiam talem perdi feudum: procedit ergo ista lex, sive fiat dolo, sive negligentia.

(8) *Jura con otros algunos.* Adde Gloss. in cap. 1. §. porrò, quæ fuit prima causa benef. amitt. et in cap. 1. §. 1. quibus mod. feud. amitt. Adde §. conventuales, de pace juram. firm. et Andr. de Iser. in dicto §. porrò.

(9) *O si saltasse en algund logar.* Adde cap. 1. vers. similiter, et ibi Gloss. quibus mod. feud. amitt. et §. 2. vers. porrò, quæ fuit prima caus. benef. amitt.

(10) *Mano en el.* Concordat dicto vers. porrò, quæ fuit prima causa benef. amitt. et nota hic, dum dicit, con entencion: et sufficit manus injicere, etsi non vulneretur dominus; et sic ex sola elevatione manus contra dominum privabitur feudo, et facit l. item apud Labanem 15. §. 1.

jasse de su muerte (11) en qualquier manera: deve perder el feudo que tuviere del, por qualquier destas razones. Otrosi dezimos, que si el Señor yoguiesse preso en carcel, o en algund Castillo, o en otra prision qualquier, e el vassallo non se trabajasse de lo sacar (12) ende, podiendolo fazer, que deve perder por ende el feudo que tuviere del. E aun dezimos, que si al Señor, o a su muger, tienen cerca do en algund Castillo, o en Villa, o en otra fortaleza, si el vassallo se hallare en aquella cerca (13) con los otros, sobre qualquier de ellos, que deve perder por ende el feudo.

LEY IX.

Por quales yerros, que el Vassallo haze a su Señor, pierde el feudo, e otrosi el Señor la propiedad del, si yerra contra el Vassallo.

Matando el vassallo al hermano, o al hijo, o al nieto de su Señor (1), deve perder por ende el feudo. E otrosi dezimos, que si el vassallo yaze con la muger de su Señor (2), o

con su hija, o con su nuera (3), que deve perder el feudo. Esso mismo seria, si se trabajasse en alguna manera de recibir, o aduzir (4) alguna dellas, para traerlas a fazerle tal deshonrra. E por todas estas cosas sobre dichas, e por cada vna de las que diximos en la ley ante desta, por que el vassallo deve perder el feudo, quando lo fiziere; por essas mismas pierde el Señor (5) la propiedad del feudo, si fiziesse alguna dellas contra la persona del vassallo, o de su muger, o de sus hijos, o de sus nietos, o de sus nueras; e fincara despues desso la propiedad del feudo al vassallo para siempre, por juro de heredad.

LEY X.

Como el Vassallo non deve enagenar el Feudo; e como el hijo despues de la muerte de su padre, deve venir a jurar fiedad al Señor, o a sus hijos.

Vendiendo (1), o empeniando, o enagendando el vassallo, el feudo que tuviere de su

Ley 2,
tit. 5,
libr. 7
Novis.
Recop.

D. de injur. quod est contra Alvarotum in dicto §. porro, qui dicit, requiri, quod vulneretur. Lex ista etiam requirit, quod injiciatur manus in dominum: non ergo sufficeret sola manus elevatio: non tamen requiretur vulneris illatio. Et extendit etiam istam legem, et si vassallus facit vulnerare dominum per alium, secundum Alvarotum in dicto §. porro.

(11) *De su muerte.* Adde etiam dict. vers. porro: et an sufficeret solum juramentum de occidendo dominum, si ultra non processisset, vide And. de Iser. in cap. si voluerit, de capitlan. qui cur. vendi. qui dicit, quod ex solo juramento, si non fieret in liga cum aliis, non privaretur feudo, et sequitur ibi Alvarot. nota bene.

(12) *De lo sacar.* Adde §. 2. vers. item si delator, qui fuit prima causa benef. amitt. et intellige personam ad hoc ponendo; nam si propter debita esset incarcerationis, non teneretur de sua pecunia vassallus solvere, cap. licet, si de feudo def. content. sit inter dom. et agnat. et ibi Alvarotus.

(13) *En aquella cerca.* Adde vers. similiter, quib. mod. feud. amittat.

LEY IX.

Ista lex summatim est cum l. precedenti.

(1) *De su Señor.* Hic habes, quod interficiens filium, nepotem vel fratrem domini sui, privatur feudo. Contrarium in fratris persona habetur in cap. 1. an ille qui interfecit fratrem domini sui. Gloss. in cap. 1. §. similiter, quib. mod. feud. amitt. vult, quod si proditorie occidat fratrem domini sui, privatur feudo, quia idem esset, si proditorie occideret alium extraneum: et secundum hoc intelligenda est ista lex, si proditorie occideret: quod verò hic dicitur de filio, et nepote, intelligerem sive proditorie, sive non proditorie; dummodò non ad defensionem occideret: quia illi representant eandem personam patris, et quodammodo domini videntur ad vassallum. Et nota bene, quia de jure communi feudorum, non ita bene reperitur expressum in filio, et nepote domini. Si verò vassallus interficiat fratrem suum, vide in dicto cap. 1.

(2) *Con la muger de su Señor.* Adde cap. 1. vers. 1. quibus mod. feud. amitt. et procedit tam ipsa volente, quam invita, et etiam sive domino vivente, sive eo mortuo, ipsa perseverante in viduitate, secundum Andream de Iser. Alvarot. Nicol. de Neapol. ibi; et quid si esset concubina domini, vide quæ dixi in l. fin. tit. 24. ead. Part. et procedet

Tom. II.

etiam in sponsa nondum traducta, secundum Alvarot. in dicto cap. 1.

(3) *Eija, o con su nuera.* Adde dict. vers. 1.

(4) *Aduzir.* Turpiter scilicet ludendo, vel aliis se exercendo ad concubittam, ut in dicto vers. ibi: *Concumbere se exercuerit*: et licet ibi loquatur in uxore, idem est in aliis mulieribus, de quibus ibi; et probatur hoc in ista lege, licet Bald. ibi intelligebat hoc tantum in uxore domini: et ex hoc verbo, *aduzir*, probatur etiam, quod si fuerit leuo, ut alius committat tale delictum cum istis, privetur feudo: et adde Gloss. in cap. 1. §. item qui delator, qui fuit prima causa benef. amitt. in gloss. magna ad finem est in §. sed non est alia. Adde etiam, quod si vassallus concubuerit, vel concumbere se exercuit cum sorore domini, in domo domini manente, perdet feudum, ut in dicto cap. 1. et idem si cum matre domini, secundum Alvarot. ibi, col. fin. et vide Francisc. Curtium in suo tract. feud. 4. parte, 7. et 8. causa.

(5) *Pierde el Señor la propiedad.* Ut in cap. 1. *qualiter domin. propriet. feudi privet.* et §. *domino committente, si de feudo def. content. sit inter domin. et agna.*

LEY X.

Vassallus alienans feudum, vel ejus partem sine domini consensu, privatur feudo, prescriptione temporis contra hoc non obstante; idem, si successor intra annum, et diem non veniat domino facturus homagium, quod etiam tenetur facere vassallus domini successorii. Hoc dicit.

(1) *Vendiendo.* Adde cap. 1. *de prohib. feud. alien. per Lothar.* et cap. *imperialtem*, in princ. *de prohib. feud. alien. per Freder.* Quid autem si feudalis res sit apud aliquem tyrannum, seu potentem, à quo non potest recuperari? an possit componere cum eo? Videtur quòd sic, ex his quæ notat Bald. in cap. 1. in princ. col. fin. in princ. versic. *quaro hic an consuetudo*, et in cap. 1. *Episcop. vel Abb.* per text. in cap. *ex parte*, §. fin. *de feudis*, ex quo infers ad res majoria prohibitas alienari: facit l. *sed si pecunia* 3. et ibi Bald. D. *de rebus eorum*. Et quid si in re, quam alienat, habebat tantum nudam possessionem? Vide Baldum in l. *magis puto*, §. *si pupillo*, ubi bonus text. D. *de rebus eorum*. Et advertit, quæ prohibita alienatione simpliciter, non videtur prohibita alienatio necessaria, l. *peto* 69. §. *prediam*, D. *de legat.* 2. quod fortè est limitandum, nisi talis

alienatio necessaria sequeretur ab actu voluntario, argumeto l. *magis* 5. §. *fundum* 8. et ibi Bald. D. *de rebus eorum*: vide Francisc. Cuetium in quinta parte sui tractat. *feudal.* versic. *quaro*.

3. Q. Quid autem si in investitura feudali, vel majoriæ caveretur, quid neque ex causa necessaria posset alienari? quid erit si provocetur ad divisionem? Vide l. *si pupillo-* *rum* 7. et ibi Bald. D. *de rebus eorum*, et per Gloss. et Doct. in l. *jubemus nulli* 14. C. *de sacrosanct. eccles.*

4. Q. Sed pone, quod possessor majoratus impetravit à Rege facultatem alienandi rem majoriæ, et alienavit; postea apparet, quod ad alium pertinet majoria, et non ad alienantem: an valebit alienatio? Et quod valeat, facit l. *fin.* D. *de rebus eorum*; quod non valeat, facit text. in l. *qui neque tutores* 8. in princ. D. eodem, et in l. 2. D. *de eo qui pro tutore*, et quæ ibi dicit Bald. et cap. *alienationes*, 12. quæst. 2. et hoc fortè verius.

5. Q. An autem res feudales, vel majoriæ possint donari pro anima, vide in §. *donare, qualiter olim poter. feud. alien.* et l. *ab agnato* 12. et ibi Bald. D. *de curat. furios.* ubi videbis, quod non.

6. Q. Quid autem si quis relinqueret alicui castrum, et prohiberet, ne alienaretur extra familiam? an si requisiti illi de familia nolent emere, possit vendi extraneo? Text. videtur, quod sic, in l. *qui Romæ* 122. §. *coheredes* 3. D. *de verb. oblig.* vide ibi per Doct.

Et nota, quod si imponitur pœna alienanti rem majoriæ, vel aliàs, non solum incidit in pœnam, qui alienat, sed etiam sequens successor, qui consentit, l. *cum pater* 77. §. *libertis* 27. D. *de legat.* 2. facit l. *cetera* 41. §. *si duobus* 4. D. *de legat.* 1. et ibi Paul. de Cast. notat, quod non mihi licet remove re injuncta de domo communi, etiam cum voluntate socii; ubi etiam vide quæstionem, ad quam infert ibi Bald.

7. Q. Sed pone, quod possessor majoriæ alienavit titulo emptionis aliquam rem majoriæ in fratrem, in quem deventura esset majoria ipso alienante decedente sine liberis, et frater ei solvit pretium, postea moritur sine liberis, et sic majoria venit ad fratrem, qui emit: an poterit talis frater repetere pretium, quod solvit, vel si adhuc non solverat, tueri se exceptione contra hæredes defuncti, qui alienavit, et si ignoranter emisset? Casus videtur, quod possit repetere, l. *hujusmodi* 84. §. *qui servum* 5. D. *de legat.* 1. Paul. de Cast. ibi in quæstione quam ponit, referens Joan. And. in addit. *ad Specul.* vult, quod etiamsi sciens, rem posse in se ex fideicommissio venire, emerit, quod adhuc tali casu possit repetere pretium: vide ibi per eum in versic. *quid si hæres rogatus est*: quod mihi videtur durum, et quod in practica non possit obtineri; tu in hoc vide Bart. in l. *qui Romæ*, §. *duo fratres*, quæst. 6. D. *de verb. oblig.* Cogita in hoc, et quod non incurrat in pœnam, qui alienat in eum qui proximo loco succedere debet in majoria, vide gloss. sing. in Clem. 2. *de rebus eccles. non alien.* in gloss. pen. et vide quod notat Joan. de Plat. in l. unica, C. *non licere habitat. Metrocomiæ*, lib. 11. cum allegat l. *militis*, D. *de testam. milit.* item quia videtur solum alienare jus, quod ipse habet, l. *si domus* 71. §. *fin.* D. *de legat.* 1. l. *alienatio* 67. et l. *qui tabernas* 32. D. *de contrah. empt.* et sic videtur alienare, ut rem majoriæ; si tamen alienaret ita, ut esset res allodialis, videtur, quod incurrat pœnam positam alienanti: pro quo facit dictum Bald. in l. *voluntas*, C. *de fideicommissis*, in versic. *quæritur de duobus feudariis*, et in versic. *similiter in duobus fratribus*, vide ibi.

8. Q. Quid autem si Rex concessit facultatem vendendi aliquam rem majoriæ, si tamen ad hoc accedat consensus filii, qui est sequens vocatus ad majoriam, et filius consentit? an per hoc sibi præjudicet etiam quoad pretium? Aliquid tetigi in l. 5. tit. 11. *Part.* 6. in gloss. magna prope ante fin. et quod sibi non præjudicet quoad pretium, etiam quando consensit, ut venderetur pro solvendis debitis patris, videtur text. in l. *si fundum per fideicommissum* 92. D. *de legat.* 1. quod videtur limitandum, quando majoria esset antiqua; nam si pater fecisset majoriam de novo, videtur, quod filius ex tali consensu sibi præjudicet etiam in pretio, ratione præcedentis liberalitatis paternæ, argum. l.

si vero non remunerandi 12. §. *indè Papinianus* 8. D. *mandati*, Bart. in dicta l. *si fundum per fideicommissum*: quæ tamen limitatio erit sublimitanda; si res quæ venditur, possidebatur per patrem; nam si possideretur per filium, tunc non videretur consensisse alienationi animo perendi pretium: sed ut pater gerat negotium suum, et non animo donandi, secundam Paul. de Cast. post Bald. et Jacob. de Aret. in dicta l. *si fundum per fideicommissum*, in fin. videtur ergo consentire eo animo, ut ex pretio alia res ematur; nisi fortè ex conjecturis appareat, quod fecit animo donandi patri pretium: unde si consensus daretur ad solvenda debita patris, videretur etiam consensisse in perditione pretii, ex mente Doctor. ibi.

9. Q. Sed pone, quod habens majoriam alienavit aliquam rem titulo donationis, fortè cum aliqua Regia facultate malè impetrata; filius, vivo patre, petit nullitatem talis donationis, et obtinuit: an res sic evicta dabitur patri, vel an remanebit penes filium? Videtur, quod penes filium, per l. *si cum optio* 14. D. *de option. legat.* facit ad hoc l. *fin.* tit. 14. *Part.* 1. ibi, *in por ruzon de si mismo*, et cap. *si quis presbyterorum* 6. cum ibi notatis, *de rebus eccles. non alienand.*

10. Q. Sed an possint bona majoriæ, seu aliàs prohibita alienari, vendi pro alienantis possessoris majoriæ, vel ut redinatur ab hostibus? Vide Paul. de Cast. quod sic, in authent. *si captivi*, C. *de Epis. et cleric.*

11. Q. Quid autem si pro debitis testatoris, qui fecit majoriam, vendatur aliqua res majoriæ per ejus possessorem? an incidat in pœnam alienantis contra prohibitionem? Videtur distinguendum, an alienet ipse, vel an creditor, vel iudex ad petitionem creditoris, ut primo casu, si ipse possidet majoriam alienet, incidat in pœnam, saltem quando essent alià bona, ex quibus debitis satisfieri possit, l. *pater filium* 38. in princ. D. *de legat.* 3. et res vendicari potest à successore: si verò alienet creditor, tunc non incidit in pœnam; an verò dominus majoriæ, vel successor possit vendicare rem sic alienatam per creditorem, vel per iudicem ad petitionem creditoris? Decides ex dictis Bald. singulariter loquentis in l. *fin.* vers. *et si præfatam*, col. 2. vers. 4. *quaro*, C. *de jure delib.*

12. Q. Sed quid si prohibitus alienare pretio recepto, alienet in sequentem in gradu, qui debet succedere in majoria? Videtur, quod tunc non incidat in pœnam, cum ipsa res perveniat in eum, in quem conditor majoriæ disposuit, l. *militis*, D. *de testam. militis*, Joan. de Plat. in l. unica, parum post princ. C. *non licere habitat. Metrocomiæ*, lib. 11. et facit l. *unum ex familia* 67. §. 1. D. *de legat.* 2. vide tamen, quod notat Bart. in l. 1. §. *qui habebat*, vers. 4. *quæritur*, D. *de honor. pos. contr. tabul.*

13. Q. Et quid si alienatio caruit solemnitatibus requisitis, et sic fait nulla? an alienans incurrat in pœnam, vide text. et Bart. in l. *non putavit* 8. §. *non quavis*, D. *de bon. pos. contr. tabul.* et l. *filium*, §. *si quis bonorum*, eod. tit. et quæ dixi in l. *fin.* tit. 8. *Part.* 5.

14. Q. Quid autem si mater, quæ habebat majoriam, legavit filio secundo unam rem majoriæ, et filio primo legavit aliam rem in recompensationem, quam filius major jussu patris acceptavit? An poterit postea hoc impugnare? Videtur, quod sic, per ea quæ traduntur per Gloss. in l. 1. §. *quæ onerandæ*, D. *quarum rerum actio non datur*, et per text. in l. *si post mortem* 10. §. *si in adoptionem*, D. *de bon. pos. contr. tab.* et ibi Bart. et licet ille textus corrigatur hodie quoad acquisitionem, ut ibi dicit Bart. tamen quoad casum nostrum militat ejus decisio, cum filius adhuc perderet; quod et videtur de mente Bart. ibi.

15. Q. An vero si quis facit majoriam in clericum primæ tonsuræ, an pœnæ, si alienaverit, vel aliàs contra ipsum impositæ, ligent eum? Et dicendum est, quod sic: quia cum hoc proveniat ex contractibus, nihil interest sit clericus, vel laicus, et vide ad hoc Bald. in l. *fin.* §. *si vero postquam*, C. *de jure delib.*

16. Q. Et an si ille, ad quem pertinet majoria, patitur aliquem, fortè magnatem, esse in possessione rei majoriæ, nolens petere, et dissimulans, an ex hoc videatur alienare, ita ut sequens in gradu admittatur? Vide text. in l. *non alienat.* 119. D. *de reg. jur.*

17. Q. Sed pone, quòd aliquis Potens possidebat quamdam rem majoriæ alterius, qui cum non posset propter potentiam illius, sea defectum justitiæ, illam recuperare, dedit Potenti magnam quantitatem pro ea, et sic redemit: an talis redimens poterit disponere de tali valore in præjudicium sequentis vocati ad majoriam, vel hæres ejus ob hoc retinere? Et videtur, quòd sic, per text. in arg. in l. in bello 12. §. si fideicommissa 14. et §. si statu liber. 10. et §. si pignori 12. et §. si quis servum 7. D. de captiv.

18. Q. Item pone, quòd possessor majoriæ alienavit, ita quod perdit, et sequens in gradu non vult petere; an admittatur sequens? Et dicendum est, quòd sic, l. peto 69. §. fratre 3. et l. cum pater 77. §. libertis 27. D. de legat. 2. et quod notat Bald. in cap. 1. §. fin. ad fin. per quos fiat investit. Statuendum tamen esset tempus, in quo peteret, ut sic locus fiat sequenti, arg. l. fin. C. qui admitti, et facit bonus text. in l. generaliter 3. §. 1. vers. Imperator, D. de decurion.

19. Q. Quid autem si alicui est factum magnum legatum, hoc gravamine adjecto, quòd bona majoriæ cum aliquo dividat, vel quod tributum, sea vectigal, quod debetur majoriæ, remittat? Dic, quòd non tenet tale gravamen, et consequetur legatum, ut est bonus text. cum Gloss. in l. Imperatores 13. D. de policitat. vide quæ notantur per Angel. et Joan. de Imol. in l. 1. D. de condit. instit. In contrarium tamen videtur hoc in simili quæstione decidere Bald. quem omnino videas in l. 1. col. fin. versic. item pone filio legatum, C. de jure fisci, lib. 10. Potest dici, quòd primum procedat, quando legatum factum fuit simpliciter adjecto gravamine; quòd verò dicit Bald. procedat, quando disponeus dixisset, quòd non aliter legabat, nisi gravamen impleteret, vel saltem hoc tacite colligatur, ut quia (ut dicit Bald.) prohibuit plus petere. Cogita super hoc, et vide quæ dixi in l. 10. in gloss. magna, tit. 9. 6. Part.

20. Q. Pone autem, quòd pater, odio filii majoris fecit aliquam fraudem in majoria, alienando, vel delinquendo, et mortuus est filius in vita patris: an filius talis filii majoris aget revocatoria contra fraudem alienantis, licet fraus ejus respectu facta non fuerit? Dic, quòd sic, per text. in l. 1. §. pen. ibi, magis enim fraudem rei, D. si quis in fraud. patron. et vide per Bald. in l. 1. col. 7. vers. ultimo quaritur, C. de jure fisci.

21. Q. Item pone, quòd possessor majoriæ remissit hypothecam, quam habebat in bonis emphyteoticariis, quæ erant majoriæ, et ad securitatem erant bona emphyteotæ obligata: an ex hoc dicatur alienare, ita ut incidat in pœnam? Dic, quòd sic, Gloss. in l. fin. §. ipsam autem filium, in verbo dominium, C. de bonis quæ liber. Aug. in l. si pignus, D. de his qui in fraud. credit.

22. Q. Sed an propter alienationem rei minimæ incidat quis in pœnam, potest induci in arg. quòd non, l. 1. §. si parens, D. si quis à paren. fuer. man. juncta Gloss. ibi in verbo quantum: vide quæ dixi in l. fin. tit. 8. Partit. 5.

23. Q. Sed quid si Rex transtulit ex causa unum magnatam ex una parte Regni in aliam, quod fieri potest, ut in l. certa forma 4. C. de jure fisci, lib. 10. et l. 1. C. de latin. libert. toll. an bona quæ alibi Rex ob hoc concessit succedant loco honorum, quæ sibi abstulit ob traslationem, ita quòd si prima bona erant majoriæ, similiter et sint bona subrogata? Videatur, quòd non, per l. pater filium 38. §. quindecim 5. D. de legat. 3. sed contrarium est dicendum per text. in l. Imperator 70. §. fin. cum l. sequenti, D. de legat. 2. et quia ista permutatio est universalis, ut notat Bald. per text. ibi in l. certa forma, C. de jure fisci, lib. 10. 4. not. col. pen. facit text. in cap. ecclesia S. Mariæ, ut lite pendat.

24. Q. Sed quid, retento eodem themate, si illa, quæ dantur ob traslationem, sunt multo majoris valoris, quam bona quæ prius habebat, quia fortè Rex, ut patienter ferret, dedit sibi majorem statum? an adhuc totum erit majoria, sicut prima bona? Et videtur, quòd sic, cum totum veniat contemplatione primæ majoriæ, argum. l. qui alienam 33. D. de mortis causa donat. et l. generaliter 24. §. proinde 13. in princ. D. de fideicommiss. libert. et facit, quòd notat Bald. in l. justas, C. de jure fisci, lib. 10. cum tractat de tempore, quòd duplicatur.

25. Q. Sed pone, quòd aliquis, qui sperabat succedere in majoria, consensit possessori, ut liberè testaretur de majoria, fortè in filium bastardum, vel alias; an noceat sibi talis consensus, et renuntiatio? Et videtur, quòd non; quia non potuit ipse tollere majoriam etiam in sui præjudicium: pro hoc videtur text. in l. patroni filius 39. D. de bonis libertor.

26. Q. Sed pone, quòd quis ante delatam sibi majoriam, eam renuntiat; an tenet renuntiatio? Videtur, quòd non, l. is potest 18. et l. in plurium 70. D. de acquir. hæred. l. 1. D. quorum legat. l. 1. §. decretalis 7. D. de succes. edicto.

27. Q. Et an prohibitio alienationis sub pœna facta uni vocato, censeatur repetita in aliis vocatis, quibus non fit ista prohibitio, vide Gloss. Bart. et Doct. in l. recusare, D. ad Trebel. et l. cum pater, §. libertis, de legat. 2. et Bald. in l. cum alienam, col. 2. C. de legat.

28. Q. Quid autem si conditor majoriæ promittit rem majoriæ posse permutari, dum tamen non permutetur cum rebus Ecclesiæ? an teneat talis prohibitio respectu Ecclesiæ? Tu cogita: nam videtur, quòd non, ex notatis per Plateam in l. fin. col. 1. C. de exact. tribud. lib. 10.

29. Q. Sed pone, quòd iñ majoriæ instrumento cavetur, quòd si alienaret rem majoriæ, vel alienanti consentiret, perderet majoriam: an comprehendat etiam non possessorem consentientem propter spem fideicommissi, quia ipse debebat succedere? Vide Bart. quod sic, in l. Gallus, §. videndum, D. de liber. et posth. versic. ista induco. Et ex dictis Bart. ibi videtur, quòd hoc procedat in eo, qui proximiori loco erat in spe ad succedendum; unde si iste proximior consentiat, et post eum sequens vocatus, apud quem jam erat jus impediendi, et retractandi, consenserit, quòd et ipse incurret pœnam, si consentiat: et semper intellige, si res tradatur; alias non haberet locum pœna contra alienantem, ut dixi in l. fin. tit. 8. Part. 5.

30. Q. Sed an propter famem res majoriæ possit alienari? Videtur quòd sic, ut in simili tradit Gloss. et ibi Joan. de Plat. in l. quemadmodum, C. de agricol. et censit. lib. 11.

31. Q. Item advertet, quòd prohibitus alienare in majoria, quæ fit cum facultate Regia, non poterit pignori obligare, cum prohibitio tunc procedat à lege viva, Gloss. in l. in quorum, D. de pignori. ubi vide Doct. et tenet Joan. de Plat. in dict. l. quemadmodum.

32. Q. Sed an res prohibita alienari possit permutari, vel vendi, ut acquirat quis aliam meliorem, videtur quòd sic, l. Imperator 70. D. de legat. 2. l. ita constante 26. l. mutus 73. §. 1. et l. fin. D. de jure dot. Joan. de Plat. in l. unica, C. non licere habitat. Metrocom. lib. 11.

33. Q. Pone autem, quòd testator legavit rem majoriæ, et ille qui in ea succedit solvit legatum, seu præstitit illam rem: an incidat in pœnam alienantis? Et videtur, quòd sic, per text. in l. senatus 43. in princ. ibi, pœnis erit locus, D. de legat. 1.

34. Q. Et si in aliqua majoria reperiretur prohibita permutatio, non dicendo amplius, an per hoc videatur quælibet alia diminutio, et alienatio prohibita? Vide Joan. de Plat. post Angel. ibi, quòd sic, in l. certa, C. de proac. sacror. scrio. lib. 12.

35. Q. Sed pone, quòd quis fecit majoriam, de re quam fortè emerat à minore, et minor restituitur adversus venditionem, ita quòd evincitur res: an pretium quod deberet reddi, re evicta, debeatur ei qui est vocatus ad majoriam, vel dividi debeat inter omnes filios? Casus est, quòd debetur ei, cui relicta fuit majoria, l. qui solidam 78. §. 1. D. de legat. 2.

36. Q. Quid autem si non per restitutionem evinceretur res, sed quia apparet rem non fuisse testatoris, seu conditoris majoriæ, tangit ibi Paulus de Cast. cujus dicta non possent fortè applicari ad rem majoriæ relictam uni ex filiis, si evinceretur, nam videtur, quòd adhuc pretium debeatur ei, cui fuit relicta majoria.

37. Q. Et quid si rescinderetur venditio juxta formam, l. 2. C. de rescind. vend. an pretium, quod deberet suppleri, debeant supplere fratres illius, cui fuit relicta majoria? Cogita: vide quæ habentur in l. quotiens 10. C. famil.

errise, et in l. *cum pater* 77. §. *coletis* 8. D. *de legat.* 2. et quæ notat Bart. in l. *Marcellus*, §. *penult.* D. *ad Trebellian.*

38. Q. Sed an pretium in casu prædicto habeatur loco rei, et sic, ut quod ex illo ematur sit res majoris, sicut erat res, quæ sit evicta? Videtur quod sic, per text. in l. *filii sui* 26. §. *Attia*, D. *de condit. et demonstr.* videtur enim de mente ejus qui condidit majorem, ex quo voluit eam perpetuo duraturam: et hinc etiam videtur, quod si Princeps donavit aliquam villam, quam voluit semper esse majoris, ut videmus in bonis Enriquennis, si postmodum Princeps det licentiam alienandi dictam villam in alium, transibit in illum cum onere majoris: videtur enim istud onus majoris quædam servitus; et quando acquisitio procedit à fundo, seu re inanimata, per fundum quæritur nobis, l. *qui fundum* 12. D. *quemadm. servit. amit.* l. *qui in aliena*, in fin. D. *de neg. gest.* Bald. in authent. *ingressi*, C. *de sacros. eccles.* et vide quæ dicit Bald. in l. 3. C. *si à non compet. jud.*

Neque obstat prædictis l. *pater filium* 38. §. *quindecim* 5. D. *de legat.* 3. quia loquitur quando prohibitio facta est personæ, non quando rei.

39. Q. Quid autem si consentit alienationi remotior vocatus, et postea consentit ille qui proximiori loco erat vocatus, quia forte tempore alienationis proximior non erat præsens? an iste remotior, qui consentit, possit non obstante tali consensu repetere majorem? Bald. in l. *quotiens*, ad fin. vers. *quæro primo alienanti*, C. *de fideicom.* vult, quod possit: quod forte erit intelligendum, et limitandum, quando simpliciter consentit, non facta mentione, quod proximior consentiebat, seu consensurus erat, argum. ejus quod notat Gloss. in l. 1. §. *succedat*, D. *de succes. edict.* et arg. ejus quod notat Bald. in l. *si stipulatus*, §. *si ex duobus*, D. *de fidejus.* in versic. *quæ vera est nisi à principio*, etc. et facit l. *Modestianus* 76. D. *de solution.* nam ordinata ordine intellectus, videntur ordinata ordine essentiali, l. *talem* 51. D. *de hæred. instit.* si ergo ipse referat consensum suum in tempus quo proximior consentiebat, videtur sufficere, l. *in tempus* 62. D. *de hæred. instit.* et sic non obstat quod habetur in l. 1. C. *de pact.* et in l. *si ita sit scriptum* 45. D. *de legat.* 2.

40. Q. Quid autem si proximior vocatus scivit alienationem, et non contradixit? an ex hoc videatur consentire? Vide Pæzpos, in cap. 1. §. *Item qui domino*, in fin. *quæ fuit prima causa benef. amitt.*

41. Q. Sed an incidat in pœnam alienantis, qui compromittit, si arbiter rem majoris alii adjudicet, Bald. quod non in l. fin. §. *emptor*, ad fin. C. *commun. de legat.* quia per sententiam arbitri non transferitur dominium: tu vide ibi Alexand. in *addition.* et Doct. modernos ibi.

42. Q. Sed an ille, qui consentit alienationi, possit petere pretium? Et videtur quod sic, per text. in l. *si fundum per fideicommissum* 92. in princ. D. *de legat.* 1. sed tu considera tres casus: aut enim majoria ista durabat solum usque ad consentientem, et tunc potest petere pretium, cum ad ipsam non extendatur prohibitio alienationis ut in authent. *de restit. fideicom.* et ibi Gloss. et Bart. collat. 8. l. *cum pater* 77. §. *libertis* 27. in fin. D. *de legat.* 2. et l. *qui solidum* 78. §. *prædium* 3. eod. tit. et ita procedit dicta l. *si fundum per fideicommissum*: vide Bald. in authent. *res quæ*, C. *commun. de legat.* Aut majoria erat perpetua, et tunc videtur, quod nihil possit petere consentiens, quia cum perdat majorem, ut in dicto §. *libertis*, non debet consequi pretium. Si vero res illa fuit vendita auctoritate Regia sub conditione, si ille consentiret, et tunc quia nullum præjudicium generari debet alienanti, neque consentienti, quoad perendum majorem, et sic debet consequi pretium, per dict. l. *si fundum per fideicommissum*, et per Bald. in dict. authent. *res quæ*. Si tamen Rex dedisset licentiam alienandi, nullo requisito consensu ejus qui sperat succedere, tunc adhuc videtur, quod possit consentiens petere pretium, Gloss. et ibi Bald. in §. *ad hoc, de pace juram. firm.* in gloss. 1. essent tamen advertenda verba licentiæ Regis; nam si daretur licentia extrahendi rem de majoria pro dote filię, tunc manifestum est, quod pater non tenebitur ad pretium: quia si ipse habuisset tale pretium, non erat necessaria talis licentia, et ipse dotaret, et dotare tenebatur de tali pretio:

si verò fuit data licentia Regis, ut de aliqua re majoris forte quadam villa, faceret majorem in filium secundum (quia forte non reperiebat pater rem ita commodam, ad emendum pro majoria in secundo filio), et tunc tenebitur filio majori, succedenti in majoria antiqua, ad interesse, per prædicta jura.

43. Q. Quid autem si Rex dedit licentiam extrahendi rem de majoria pro dote filię, quia ipse pater non habebat undè dotaret aliàs? an si pater postea perveniat ad pinguiorum fortunam, teneatur ad ponendum pretium in majoria? Videtur dicendum, quod non, per Gloss. in dict. *authent. res quæ*, et Gloss. in authent. *de restit. et ea quæ parit*, collat. 4. et ibi Bart. qui dicunt, quod quando fideicommissum diminuitur pro dote, licet postea revertatur illa dos ad illum qui eam dedit, non reincident in fideicommissum, et per ea quæ notat Gloss. in l. *ubi adhuc*, C. *de jure dot.* et Bart. in l. *si constante*, in fin. princ. D. *solutio matr.* de marito, qui restituta dote propter inopiam, incipiat esse dives.

44. Q. Sed an ex licentia Regia data ad alienandum, si filius proximus successor consentiret, videatur sublata pœna perendi majorem propter alienationem, etiam ipsi filio qui consentit? Et videbatur quod non: quia filio relinquitur sua libera voluntas ad consentiendum, vel dissentiendum. In contrarium videtur, quia ex quo alienatio est licita in alienante, sic in consentiente: quia inspicitur principium, l. *pater filium* 38. §. *quindecim* 5. D. *de legat.* 3. et inspicitur, quod principaliter agitur, l. 1. D. *de auctor. tutor.* et quæ tradit Jaso in l. *si quis neque causam*, D. *si cert. pet.* et quia ipse qui consentit, videtur alienare, et alienanti data est licentia.

45. Q. Sed an possit fieri transactio super majoria; vel re majoris? Et videtur, quod sic, per text. in cap. *unico, de contro. inter vassal. et alium de benef.* et ibi Bald. circa princ. et per text. in §. *si vassallus* el 2. *si de feud. def. content. sit inter domin. et agnat.* et per Bald. in §. *Imperialem, de prohib. feud. alien. per Freder.* col. 5. ubi tenet, quod valet transactio super re feudali, tam tradendo, quam retinendo: est etiam bonus text. in l. *cum hereditas* la 1. D. *ad Trebel.* ubi Doct. notant, quod valet compromissum factum ab hærede super re subjecta restitutioni: et intelligunt Ang. ibi, et Alex. et si compromissum fiat in arbitratorem, quia in arbitrato est quadam transactio; ut in authent. *si vero contigerit*, C. *de judic.* In contrarium tamen facit, quod notat Paul. de Castr. in l. *facta*, §. *heredes*, D. *ad Trebel.* ubi tenet, quod non valet transactio, et limitat dictam l. *cum hereditas*, dicens, quod illa procedit ubi intervenit sententia; non tamen habebit locum in transactione: at idem Bald. qui ponit veritatem in hac materia, in dicto cap. *unico, de contro. inter vassal. et alium de benef.* ubi dicit, quod in feudo, cum non possit alienari, non potest fieri transactio per quam res feudalis datur: sed retinendo rem, et dando aliquam quantitatem, vel aliud, bene tenebit transactio: et confert, quod notat Gloss. et Bart. in l. *nulli*, D. *de transact.* Abb. et Doc. in cap. *contingit, de transact.* et Abb. post Anton. in cap. *cui tempore, de arbitr.* col. 2. et facit quod notat Bald. in l. 1. C. *de bon. matern.* et semper intellige, dummodò transactio fiat bona fide, juxta notata per Bald. in dicto cap. *Imperialem*, col. 5. et sit justa ratio transigendi, ut ibidem per Bald. et in dicto cap. *unico*.

46. Q. Sed est pulchrum dubium, an si transactio fiat dando aliquid, retinendo rem majoris, an tale pretium posset repeti ab eo, qui succedere debet in majoria; et videtur, quod sic, per text. in l. *domus hereditaria* 58. et ibi Paul. de Cast. D. *de legat.* 1. ubi concludit per illam legem, et per Gloss. in l. *emptor*, D. *de rei vind.* quod quando in re subjecta restitutioni fiunt sumptus ad perpetuam rei utilitatem, quod tunc non solum pro parte, sed in totum potest repeti, seu vocato imputari. Et licet prima facie hoc videatur irrationabile, tamen credo, quod habeat rationem, sitque verum de jure: quia quando venit secundus ad succedendum, debet solvere, quod primus dedit, cap. 1. *de solut.* et si secundus vocatus objiciat, si ego solvo totum, quod dedit transigens, ipse remanet cum lucro, quia potius est fructibus majoris, ipse verò cum damno, undè saltem

Señor, todo, o parte del (2), sin otorgamiento de su Señor, puedelo el Señor co-

brar, non dando ninguna cosa por el; nin le empesce tiempo que fuesse passado (3),

deberet dividi pro rata emolumentis; replicatur ex parte transigentis, quod caruit suo fundo, vel pecunia, quam pro transactione dedit, et quod vocatus idem faciat cum ulteriori vocato, et sic de aliis: cogita tamen super hoc, quia si verum est hoc, est subtilis consideratio, et vide text. et Bal. in l. ex parte, D. famil. creise.

47. Q. Item adverte, quod si conditor majoris prohibuit rerum majoris alienationem, videtur hanc prohibitionem facere successoribus; non vero sibi, quia ipse poterit alienare, text. est in l. Lucius 40. §. fin. D. de fideicom. libert. Et ex hoc potest inferri, quod si facultate Regia ad condendam majoriam cavetur, quod non possit revocari per facientem, quod nihilominus poterit rem aliquam majoris alienare. Quod videtur limitandum in casu, quo ex majoris constitutione translatum esset rerum dominium: tunc enim cum non remaneat dominus, non poterit alienare. Item quando alienaret necessitate rei familiaris, quia tunc non videtur revocare dispositionem; secus, si sine causa alienaret: quia tunc cum videatur revocare dispositionem, ut in l. rem legatam 18. cum similibus, D. de adm. legat. videtur facere contra Principis prohibitionem. Et videtur etiam limitandum quando dispositio facta esset ex causa onerosa, juxta dispositionem l. Taurina.

(2) O parte del. Sed cum non alienet totum, sed partem, perdit tantum illam partem alienatam, cap. 1. de vassal. qui contra Constit. Lothar. adde Bald. in cap. 1. §. aut si libellario, quib. mod. feud. amitt. et in dicto cap. unico.

(3) Nin le empesce tiempo que fuesse passado. Etiam si sit tempus longissimum, secundum And. de Iser. in dict. cap. Imperialem, et expressius in cap. 1. §. praterea, de capit. Corrad. et sequuntur aliqui Doct. prout refert Socius cons. 86. col. 3. vol. 1. contra quod videtur text. in §. si quis per 30. si de feudo def. content. sit inter domin. et agnat. qui tamen textus loquitur, quando prescribitur feudum, quod non erat in alterius persona formatum; sed Abb. post Gloss. in cap. ad audientiam, de prescript. vult idem esse in feudo jam formato: vide ibi per eum, et Felin. col. 6. et per Balbum in tract. prescript. fol. 34. col. 1. Gloss. etiam in cap. 1. §. praterea, de capit. Corrad. tenet feudum posse prescribi spatio 30. annorum, et sic prescriptione longissima, quam gloss. sequitur ibi Bald. et loquitur dicta gloss. quando feudum fuit alienatum per vassallum. In casu hujus legis, et dicti cap. Imperialem, in princ. videtur quod opinio Andr. de Iser. sit verior: quia ubi est provisum, quod nulla prescriptio obstet, non obstat etiam longissima prescriptio, ut dicunt Bald. et Ang. in l. 1. C. ne rei domin. vel tempor. et in l. omnes, C. de prescript. 30. annor. sequitur Francisc. Balb. in suo tract. prescript. charta 60. ad fin. col. 1. cum igitur per dict. cap. 1. de prohib. feud. alienat. per Lothar. dicitur, quod nulla prescriptio obstet, et in dicto cap. Imperialem dicitur, nullius temporis prescriptione impediende; videtur, quod neque tempore longissimo prescribatur. Sed ad hoc potest responderi, quod istud dictum procedit, quando lex alias prohibens prescriptionem nihil operaretur, si tantum tollerent longi temporis prescriptionem; nil mirum, si tunc etiam tollere videatur longissimam: si tamen potest operari in prescriptione longi temporis, non videtur excludere longissimam, secundum doctrinam Bald. ubi communiter Doct. in dicto §. praterea, et tradit Abb. in dicto cap. fin. de prescript. col. 7. Adhuc tamen in casu isto crederem opinionem Andr. de Iser. veriore: quia text. in dicto cap. Imperialem dicit, nullius temporis, et sic expressè vult etiam tollere longissimam, et etiam facit ista lex, quæ indiffinitè dicit, nin le empesce tiempo, et saltem in casu alienationis feudi ista pars esset fortè tenenda: prescriptio verò centenaria non videtur exclusa, secundum Bald. et Ang. in dicta l. 1. C. ne rei domin. vel tempor. et in dicta l. omnes; Abbas in dicto cap. fin. Limitandum tamen videtur, quod dixi de longissima prescriptione, quando dominus ignoraret alienationem rei feudalis; secus si sciret: quia

tunc excludi videtur prescriptio longissima; et sic quod dict. cap. Imperialem, et ista lex procedat in prescriptione quæ allegaretur contra ignorantem alienationem; secus, si sciret: facit ad hoc doctrina Joan. And. in addit. ad Spec. in rubr. de feudis, col. 1. versic. 23. quæro, ubi dicit, quod licet ille, in quem alienavit, posset prescribere 30. ann. in præjudicium vassalli, non tamen in præjudicium domini habentis directum dominium; quia cum directus dominus retineat possessionem civilem in re feudali, interiri non potest alius contra eum inchoare prescriptionem: allegat Gloss. l. 1. C. de servis fugit. ubi Ang. et Fulgos. sequuntur opinionem Joan. And. Et au sicut non præjudicat domino prescriptio contra vassallum, similiter etiam non præjudicat cæteris agnatis vocatis ad feudum antiquum, vide Bald. in §. quid ergo, de investit. de re alien. fact. et And. de Iser. dicit, quod si feudum est antiquum, et proveniens ex providentia antecessorum, prescriptio contra patrem non nocet filio, et vide plura quæ notabiliter adducit ibi, et idem tenet in §. praterea ducatus, de prohib. feud. alien. per Freder. in fin. primæ addition. et idem tenet in dicto §. quid ergo Cardin. Mediolan. et idem tenet Alvarot. in cap. 1. §. hoc quoque, de successione feudi, et ibi dicit notabile verbum, quod non obstante prescriptione, datur utilis rei vindicatio agnatis successivè vocatis ad feudum, arg. ll. 2. et 3. C. de donat. quæ sub modo; hoc etiam dicit planum esse Dec. consil. 445. col. 8. Et au in casu, quo prescriberetur res feudalis, vel aliis prohibita alienari, competeret actio contra eum, cujus negligentia fuit prescripta, vide gloss. notabilem in cap. placuit, 16. quæst. 3. in verbo pertinent, et Francisc. Balbum in tract. prescript. fol. 43. col. 2. Et cum majoratus assimiletur in multis natura feudi, ut deducit Socin. consil. 47. vol. 3. col. 3. videtur ex his inferri, quod non obstat prescriptio etiam longissima; in qua questione latè consultui, et adducebam pro parte affirmativa, quod prescriptio obstet, quia spatio triginta, vel quadraginta annorum omnis actio tollitur, et omnis agendi potestas, cap. ad aures 6. in fin. de prescript. ibi, quia quadrigenalis prescriptio omnem præterea actionem excludit, l. omnes 4. C. de prescript. 30. vel 40. annor. cap. volumus, 16. quæst. 4. maxime stante titulo licet invalido, quo casu et minus tempus sufficeret, et dato quod sint res prohibite alienari, tamen etiam in his secundum opinionem Bart. quem sequuntur multi Doct. in l. filiusfamilias, §. Divi, D. de legat. 1. procedit prescriptio; et licet dictus titulus esset invalidus, tamen negari non potest, quin præstiterit possessoribus justam causam credendi, quod justè id possiderent virtute dicti tituli; unde videtur, quod talis titulus præstiterit causam prescribendi, et quod concurrente tanto temporis lapsu, præstet securitatem: quia sic reperimus, quod etiam in rebus prohibitis alienari, ut sunt res Ecclesiæ, titulus invalidus, etiam errore juris admixtus, cum quadragenaria prescriptione præstat securitatem, text. in l. 8. tit. 4. Part. 1. et tenet Anton. in cap. cura, de jure patron. 3. column. et Joan. de Imol. in cap. de quarta, de prescript. Paulus de Castro in l. Celsus, D. de usucap. inò quia dicebat, et singulariter Paulus de Castro in l. fin. §. sed quia nostra majestas, C. communia de legat. col. fin. versic. sed extra gloss. oppono, quod et si prescribens rem subjectam restitutioni, et prohibitam alienari, habeat titulum à prohibito, quod poterit prescribere spatio longissimi temporis: et ita intelligit, et limitat illum textum, quantum vult, quod per alienantem non transferatur dominium, nec usucapiendi conditio, ut procedat de prescriptione longi temporis, in qua requiritur titulus, et talis titulus fingitur nullus, quando alienatur res subjecta restitutioni; secus verò in prescriptione temporis longissimi, in qua non requiritur titulus; quæ dicit esse menti tenenda, et substantialia: et hanc opinionem Pauli sequutus est Alexaud. 3. vol. consil. 59. incipienti attentis verbis testamen-

si, Socinus referens istud consil. alleg. consil. 251. 2. col. Philippus Corneus consil. 38. 1. vol. col. 4. et cons. 304. 3. vol. et refert, et sequitur Franciscus Balbus in suo tract. *præscript.* charta 58. col. 2. Et præsertim videtur hæc procedere, si tractetur de præscribendo inter consanguineos, et collaterales descendentes à testatoribus; quo casu per plura fundamenta consulit Socinus consil. 47. 3. vol. locum fore præscriptioni; quem refert etiam, et videtur sequi Joannes Cirier. in suo tract. *primogenitura.* 3. lib. quæst. fin. quorum fundamenta non refero, quia videri possunt: imò et plus videbatur dicendum, quòd præscriptio perfecta in rebus restitutioni subjectis contra valentem agere, præjudicet eis, qui post illum vocantur etiam postea natis: quia si præscriptione perfecta erat dominium acquisitum, et extincta actio competens ad dicta bona, si semel fuit extincta, propter nativitatem, vel supervenientiam sequentis non reviviscit, l. *qui res* 98. §. *arcam* 8. D. de *solution.* et dominium legitime translatum per præscriptionem, ut notatur in authent. *nisi tricennalis*, C. de *bonis maternis*, non retractetur in sequentem vocatum, vel postea natum: quia quod nostrum est sine facto nostro à nobis avelli non potest, D. de *regulis juris*, id quod *nostrum* 11. et per istam rationem hoc videtur voluisse Philippus Corneus 3. vol. consil. 304. col. antepen. et pen. dicens, videri durum, quòd si unus per triginta, 40. vel sexaginta annos possedit rem, ab aliquo sub conditione relictam alteri, et præscriptione interim quæsiit dominium, eventiente conditione dominium avocetur ab eo, qui præscripsit dominium; sicut et in simili dicit videri durum, quòd si quis stipulatus fuerit emphyteosim pro se, et filiis, et nepotibus, illamque receperit, deinde alius dictam rem emphyteoticam per 30. vel 40. annos possiderit bona fide, quòd decedente primo emphyteota, ejus filii, vel nepotes possint dictam rem ab eo avocare: et adducit alia, quæ videri possunt, et non est opus illa transcribere. Et comprobatur etiam hoc alio fundamento: nam sententia lata contra heredem, seu tenentem rem restitutioni subjectam, nocet sequenti in gradu, ad quem res illa in posterum debebat devenire, ut notat Bart. in l. *in diem*, D. de *aquâ pluvia arced.* pro quo est text. in l. 1. §. pen. D. de *vent. inspic.* Gloss. in l. *de uno quoque*, D. de *re jud.* et voluit Paul. de Cast. in l. *si cum hominem*, D. de *fidejus.* ubi dicit, quòd in his quæ transeunt in filium, et non tantquam in heredem, omnia acta cum prædecessore præjudicant successori; et si hoc est in sententia, cur non idem in præscriptione, quia sicut sententia fuit introducta, ut sit litium finis, sic præscriptio, ut est text. et ibi Bart. facit hæc equiparationem in l. fin. D. *pro suo*. Item habemus hoc in feudo expressum, ut præscribatur tempore 30. annorum, ut in cap. *si quis per 30. si de feud. def. content. sil indec. dona. et agud.* Pro parte negativa adducebam, quòd ubi concurrebat duplex prohibitio alienationis, à lege scilicet et à testatore ratione injuncti fideicommissi, testator tacite visus sit prohibere alienationem, et formaliter declarat Gloss. in l. *cum pater*, §. *libertis*, in verbo *in alienaret*, D. de *legat.* 2. et ex hac prohibitione hominis resultat, et concurrebat cum ea prohibitio legis, secundum quam res quæ restitutioni subjacent alienari non possunt, ut in authent. *res quoque*, C. *commun. de legat.* 1. fin. §. *sed quia nostra*, C. eod. et notatur in l. *Marcus* 3. §. *res quæ* 3. et in l. *Imperator* 50. D. *ad Treb.* et adhuc si esset prohibitio expressa testatoris, ne res istæ alienentur (cujus dispositio lex est, ut in auth. *de nuptiis*, §. *disponat*, col. 4.) videtur, quòd cum à lege, et à testatore simpliciter, et absolute prohibita sit alienatio, per consequens prohibetur præscriptio, ut est text. in l. *ubi lex* 24. cum Gloss. D. de *usucap.* et in l. *alienationis* 28. D. de *verb. sign.* undè Bart. in dicta l. *ubi lex*, notat, quòd ubicumque à lege prohibetur alienatio, prohibetur etiam usucapio, subdens esse menti tenendam, quia quotidianum: et idem tenet expressius Joann. de Imol. in l. *filiusfamilias*, §. *Divi*, D. de *leg.* 1. in versic. *item addu.* ubi refert ibi Bart. tenentem contrarium ejus, quòd tenebat in dicta l. *ubi lex*, dicens, veriore esse opinionem, quòd ubi res est prohibita alienari, non potest præscribi, et ibi respondit ad fundamenta Bart. de quibus in dicto §. *Divi*, eam-

dem sententiam tenuit idem Imola latius, et melius, quam alibi, in dicta l. *ubi lex*, et ad idem est gloss. fin. in l. *quemadmodum*, C. de *agricol. et censit.* lib. 11. quem ibi commendat Joannes de Plat. eandem opinionem tenet Angel. in dicta l. *ubi lex*, et ibi refert Jacobum de Ravena, et Cyn. in l. fin. C. *in quibus caus. in integr. rest. non est necess. tenentes*, quòd si prohibetur alienatio indistinctè, tunc prohibetur præscriptio; sed si non prohibetur simpliciter, sed demum servatis certis solemnitatibus, ut est videre in re Ecclesie, vel minoris, et tunc non prohibetur præscriptio: hoc etiam tenet Bartol. in dicta l. fin. quòd quando purè, et simpliciter alienatio est prohibita, tunc bene procedit illud dictum, quòd quæ non possunt alienari, non possunt præscribi: et idem tenet ibi Bald. in 2. col. versic. *item nota*, ubi ponit in hoc elegantia verba, quæ rogo videantur: et idem tenet Paul. de Cast. et certè hæc videtur non solum communis opinio, verum nullus huic sententiæ videtur adversari. Ad hoc etiam induco text. in l. 2. C. de *usucap. pro empt.* ubi habetur, quòd si tutores vendiderunt servos, quos propter perfectè artis peritiam testator jussit servari, non possunt usucapi: ubi Bald. notat, quòd hominis prohibitio impedit alienationem legalem. Præterea de hoc est textus formalis in dicta l. fin. §. *sin autem sub conditione* 3. C. *commun. de legat.* ibi: "Sin autem avaritiæ cupidine propter spem conditionis minimè implenda ad venditionem, vel hypothecam prosilierit, sciat, quòd conditione impleta ab initio causa in irritum devocetur, et sic intelligenda est quasi nec scripta, nec penitus fuerit celebrata; ut nec usucapio, nec longi temporis præscriptio contra legatarium, vel fideicommissarium procedat." et ex hac lege patet quantum erronea fuerit opinio Bart. et cum sequentium, in dicto §. *Divi*: ubi Bart. allegat istam legem, quòd res prohibita alienari possit præscribi, cum hæc lex aperte dicat contrarium. Præterea et quòd ista procedat, necdum in præscriptione longi temporis, verum etiam in præscriptione longissimi temporis, voluit Gloss. in dicto §. *sin autem sub condit.* et est quedam glossella super parte *longi temp.* quæ dicit, *ut inf. habes generaliter*, et de *præsc.* 30. vel 40. ann. l. *cum notissimi*, §. *illud*, quæ gloss. per allegationem dicti §. *illud*, aperte vult, quòd nec obstat præscriptio longissimi temporis, cum actio non sit nata sequenti fideicommissario ante diem fideicommissi cedentis; et idem voluerunt ibi Cyn. et Bald. ubi Bald. in dicto §. *sed quia nostra*, vers. *oppo.* et videtur, dicit hæc verba: Oppono, et videtur, quòd obstat exceptio 30. annorum, ut infra de *præsc.* 30. annor. l. *sicut*, nam si legatam est in diem certam, interim est nata actio ex testamento solve: non est nata actio cum effectu; quare non obstat exceptio: et sic aperte tenet, quòd nec præscriptio 30. annorum obstat sequenti fideicommissario, cujus dies necdum cessit: et dictam gloss. sic intellectam sequutus fuit Paul. de Cast. 2. vol. consil. 158. ad fin. ubi expressè tenet, quòd præscriptio temporis præcedentis, ante conditionis existentiam, non potest allegari contra fideicommissarium: quia non valenti agere non currit præscriptio ipso jure, l. *cum notissimi* 7. §. *illud* 4. C. de *præscript.* 30. vel 40. annor. et subdit Paul. de Cast. quòd ita intellexit glossella illum §. *sin autem avaritiæ*, dum allegat illum §. *illud*, assignando dictam rationem, et l. 1. §. fin. de *annal. except.* Istud etiam voluit Bald. 3. vol. consil. in consil. 351. ubi formaliter ponit hæc verba: Item ad illud quod quæritur, quo tempore incipiat currere præscriptio fideicommissi, dicendum est, quòd non incipit antequam existat conditio fideicommissi, seu substitutionis fideicommissariæ, ut C. de *annal. except.* l. 1. in fine, et C. de *præscript.* 30. annor. l. *cum notissimi*, §. *illud*, et C. *commun. de legat.* 1. fin. §. *sin autem avaritiæ*. Hoc etiam iudicio meo probat text. in dicto §. *sin autem*, ibi, dum dicit: "Omnis licentia pateat rem vendicare, et sibi assignare, nullo obstaculo ei à detentatoribus opponendo;" per quem textum videtur, quòd non possit opponi obstaculum præscriptionis, etiam longissimi temporis, cum dicat universaliter *nullo obstaculo*, et ibi *omnis licentia*: et sic cum ita universaliter loquatur, omnem præscriptionem excludit, cap. *solutæ* 6. cum similibus, de *major. et obedient.* et istud est, quod voluit dicta glossella, dum dicit, *ut habes infra generaliter*, et sic innuit, quòd per dicta verba lex illa voluit excludere

omnem prescriptionem; per quæ videtur de intentione illius legis fuisse tollere omnem prescriptionem, quo casu etiam quadragenaria tolli videtur: nec ad hoc obstat l. *omnes, C. de præscript. 30. vel 40. ann.* quia illa lex non procedit, ubi præscriptio specialiter est prohibita, et ubi est provisum, quod nulla præscriptio obstat, ut declarat Bald. et Angel. in l. 1. *C. de rei domin. vel tempior.* et in dicta l. *omnes*, col. fin. et sequitur Joan. Franciscus Balb. in dicto tract. *præscript.* charta 60. ad fin. pen. col. et in terminis nostris, quod nec longissimi temporis præscriptio obstat impeditis agere, vel adhuc non natis, consulat pro indubitabili Stephanus Bertrandus 1. vol. consil. 15. col. 9. et 10. et prædictis adde, quod habetur in text. et gloss. et ibi Andr. de Isern. in §. *quid ergo, de invest. de re alien. facta.* Præterea dato, quod diceretur, quod in his bonis haberet locum præscriptio, intelligendum tamen esset in præjudicium illius qui contra se passus est præscribi, quo mortuo, sequens vocatus possit agere: pro quo facit text. in l. *peto 69. §. fratre 3. D. de legat. 2.* ibi: "Nec tamen ideo sequentium causa propter superiores in posterum lædi debet;" et sic aperte vult, quod negligentia anterioris agnati non noceat sequentibus: facit etiam text. in cap. 1. §. *rei autem, de invest. de re alien. facta*, ubi habetur aperte, quod vassallus dolo, vel culpa, seu negligentia potest sibi præjudicare; si tamen postea feudum aperiat domino, liberè debet ad ipsum reverti, non obstante lapsu cuiuscumque temporis; et Gloss. ibi expressè in verbo *longa tempora* dicit formaliter, idem dicendum de tempore longissimo, maximè hodie: quia alienatio videtur prohibita, et hic est unus alienationis modus; undè nulla obstat præscriptio, et sic illa gloss. aperitissimè decidit casum nostrum. Hoc etiam comprobatur ex verbis Bald. in dicto §. *quid ergo*, ubi formaliter notat, quod cuius non nocet pactio, ejus non nocet contra se lapsa præscriptio; quod etiam dicit tenendum menti: et ante Bald. tenuit ibidem And. de Iser. per plures rationes, et fundamenta, dicens, quod si feudum sit antiquum, quod provenit ex providentia antecessorum, præscriptio contra patrem non noceat filio; et ibi notabiliter hæc tractat, ut videri potest per eam adducentem plura: idem, et pulchrè tenuit idem Andr. de Iser. in cap. 1. §. *præterea ducatus, de prohib. feud. alien. per feud.* in prima additione, in fine, cujus verba breviter causa non refero; et idem tenet Præpos. in allegato §. *quid ergo*, et est consonum rationi, et æquitati: et hoc multum benè confirmatur ex doctrina Rapha. Fulgos. in l. *quotiens, C. de fideicommiss.* ubi dicit, quod, etsi fiat alienatio rei prohibita alienari in favorem agnatorum, consentientibus agnatis tunc viventibus, quod talis alienatio non obstat, quin agnati postea nati possent illam revocare: movetur per text. cum Gloss. in dicta l. *peto, §. fratre*, et refert, et sequitur Jaso in dicta l. *quotiens*, dicens perpetuo esse notandum; et iudicio meo pro isto dicto est bona glos. in dicto §. *fratre*, in vers. *supersit*, ubi subiungit *nec superasse speratur*; quod dictum est in se verissimum, et ex eo destruitur alia ratio, per quam Bart. et alii Doct. qui in hoc cum eo tenent in dicto §. *Dicit*, rem prohibitam alienari posse præscribi, dicentes, quod cum posset de consensu illorum, in quorum favore facta fuit prohibitio, alienari, ergo et præscribi, cum illa patientia habeatur loco consensus; nam certum est, quod ratio ista deficit, ubi res perpetuo esset prohibita alienari favore descendentiæ, vel aliàs, quia nascituri non consentiunt, et sic dicta ratio in his terminis non procedit: non enim potest plus operari præscriptio, quam verus titulus cum voluntate domini tradentis, Bald. in l. *nullo, C. de rei vend.* et benè facit ad prædicta, quod notat Paul. de Castr. in l. *facta, §. si quis bonorum, D. ad Trebell.* ubi dicit, quod negligentia hæredis in non insinuando testamentum infra tempus præfixum à statuto, non nocet fideicommissario: et notat, et infert hoc ex illo textu, ubi negligentia hæredis in non petendo honorem possessionem infra tempus debitum, non nocet fideicommissario: et idem tenuit Jacob. Alvarotus in cap. 1. §. *hoc quoque, col. fin. de success. feud.* ubi dicit, quod si vassallus non potest alienare in præjudicium aliorum aguatorum, qui successivè debent succedere, pariter, si patitur quod contra eum currat præscriptio, non nocet aliis successivè venientibus: quia præscriptio videtur alienatio, l. *alienationis verbum 28. D. de verb.*

signif. et ideo dicit, quod non obstante præscriptione, datur utilis rei vindicatio agnatis, successivè venientibus, arg. ll. 2. et 3. *C. de donat. quæ sub modo*: et id dicit confirmari, quia inter ipsos agnatos feudum videtur subjectum restitutioni; undè dicendum est sicut de rebus subjectis restitutioni per fideicommissum, l. fin. §. *sed quia, C. commun. de legat.* et hoc idem comprobatur, quia non valenti agere, non currit præscriptio, l. 1. §. fin. *C. de annat. except.* l. 1. *C. de bon. matern.* cum ergò fideicommissarius non possit agere, vivente eo qui tenet bona subjecta restitutioni, de præsentem contra illum præscriptio procedere non potuit: et ita etiam tenet Philippus Decius dicens, hoc esse planum de iure, consil. 445. col. 8. et certè nullus Doct. contrarium dicit. Præterea si benè consideretur, iudicio meo, attempta dispositione legum Regni, hoc minus habet dubii: nam per l. 7. tit. 4. *Part. 5.* disponitur, quod si donatio fiat uni ad certum tempus, et quod postea habeat alius, et sic successivè, post mortem primi donatarii proprietatis, et possessio rei donatæ transit sine alia apprehensione in sequentem donatarium: et idem, et amplius hoc patet per l. 45. in *Ordin. Taurin.* ubi quod in rebus majoriæ, mortuo eo qui de præsentem tenebat, possessio civilis, et naturalis sine alio apprehensionis actu transit in sequentem in gradu, qui vocatur ad majoriam, secundum ejus tenorem, et dispositionem, licèt alius in vita illius, qui primò tenebat, vel eo mortuo acceperit possessionem honorum majoriæ: et non est dubium, quin hoc posset fieri per legem vel consuetudinem, ut est casus in l. *raptores 54. C. de Episcop. et cler.* et ibi hoc notat Bart. et Angel. in l. *qui unioersas, §. 1. D. de acquir. poss.* quam possessionem Bald. appellat civilissimam in rubr. *de content. inter me, et domin.* et in l. fin. *C. de sacrosanct. eccles.* et tradit Alexand. in l. 1. in princ. col. 15. et 16. *de acquir. posses.* Cum igitur intrins de facto res subjectas restitutioni, quæ ex tenore majoriæ, donationis, vel prælegati (quod etiam est donatio à defuncto relicta, ut *Instit. de legat.* in princ.) debent post unum devenire ad aliam, non habeat possessionem naturalem, nec civilem, quæ causat prescriptionem, et sine qua non præscribitur, ut notat Gloss. Bart. et Doct. in dicta l. 3. §. *ex contravio, D. de acquir. posses.* et in l. 1. *C. de servo fugit.* nullo modo poterit præscribere, cum sine possessione præscriptio non procedat, reg. *sine possessione 3. de reg. jur.* in 6. l. *sine possessione 25. D. de usucap.* et si sola possessio civilis, etiam staute apud alium naturali, impedit præscriptionem, juxta notata per Gloss. et Doctor. in dicta l. 1. *C. de servis fugit.* quanto magis, ubi necdum civilis, verum etiam naturalis residet penes vocatum ad donationem, seu majoriam, per dictas leges Regni. Nec obstat, si quis diceret, quod prædicta procederent in præscriptione longi temporis; sed in præscriptione temporis longissimi non procederent: quia talis longissima præscriptio sine possessione videtur procedere; quia non præscribitur res, sed contra actionem, prout voluit Bald. in dicta l. 1. *C. de servis fugit.* et ibi declarat Paul. de Castr. et Jas. nam responderetur, quod dato, quod contra rei vindicationem tempore longissimo præscriberetur, secundum opinionem prædictorum; non tamen per hoc præscribens acquireret dominium utile, nec directum, ut declarat ibi Paul. de Cast. et suadet viva ratio: quia dominium non posset præscriptione acquiri sine possessione, et hoc dato habebimus intentum: quia cum sequens successor non reperiat dominium rei præscriptum, competit sibi nova utilis rei vindicatio per l. *quotiens 3. C. de donat. quæ sub modo*, declarat Jacob. Alvarotus in dicto cap. 1. §. *illud, hoc quoque, de success. feud.* contra quam non potuit præscribi, antequam nasceretur, dict. l. *cum nostrissimi, §. illud*, et hæc est subtilis, et elegans consideratio. Sed iterum posset instari ex adverso, quod præscriptio longissimi temporis possidens bona fide acquirat, necdum exceptionem, verum etiam utile dominium rei, ut est casus in l. *si quis emptionis 8. §. 1. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* undè videtur, quod possessores præscribentes acquisierint utile dominium: sed responderi potest, quod dicta l. *si quis emptionis, §. 1.* loquitur, et procedit, quando erat possessio rei penes bonæ fidei possessorem, quæ hic non erat ex dispositione dictarum legum Regni. Quod si dicatur, quod ex longa oblivione illa possessio, quam dictæ leges Reg-

ni transferunt in sequentem in gradu, fuit perditā, et ea amissa per longi temporis oblivionem, possidens naturaliter potuit præscribere, ut communiter Bart. et cæteri Doct. declarant in dicta l. l. *C. de servis fugit.* cum civilis possessio, quæ animo retinetur, perdat per oblivionem, et ex longo tempore causatur oblitio, l. *si id quod* 25. in princ. D. *de acquir. pos.* et notat Gloss. in l. *si de eo*, §. 1. ubi Doct. D. eod. tit. et in l. *furtum*, §. 1. D. *de usucap.* et in plerisque aliis locis Doct. sed responderi potest, quòd in ista possessione civilissima, quæ à lege transfertur in vocatos ad majoriam, et eorum favore, non sit consideranda talis oblitio: et quòd sicut tradendo reale possessionem non præjudicaretur sequenti vocato, ut patet in dicta l. *Tauri*; sic à fortiori nec negligendo per oblivionem. Accedat etiam in corroboracionem prædictorum notabilis decisio Joan. And. *in addition. ad Specul.* in rubr. *de feud.* col. 4. versic. 28. q. ubi dicit, quòd si vassallus alienavit rem feudalem ignorante directo domino, quòd licet ille, in quem alienavit, possit per 30. annos præscribere in præjudicium vassalli, non tamen in præjudicium directi domini: quia cum directus dominus retineat civilem possessionem in re feudali, interim alius non potest inchoare præscriptionem, et allegat Gloss. in dicta l. l. *C. de servis fugit.* ubi Angel. et Fulgos. sequuntur doctrinam Joan. And. Nec ad hoc obstat, si diceretur, quòd dictæ LL. Regni loquentes de continuatione possessionis procedant, nisi mortuo defuncto, vel eo vivo, possessio ab alio fuerit apprehensa prout est casus noster; nam talis actualis apprehensio impediret dictam fictam continuationem, juxta l. *Pomponius* 13. §. *quæsitum* 4. ubi hoc in terminis dicit Bapha. Cuman. D. *de acquir. posses.* et refert Alexand. licet non firmet, in l. *cum heredes*, in princ. D. eod. tit. et firmat consil. 83. vol. 2. pro quo est gloss. valde notabil. in l. *cum miles*, in princ. in gloss. magn. ad finem, D. *ex quib. caus. maj.* nam respondeo, quòd hæc oblectio, quæ fieri posset, fuit sublata per dict. l. *Tauri*, ubi expressè disponitur, quòd talis continuatio possessionis non impediatur ex actuali possessione alterius, et sic illa pulchra lex hoc induxit: ad doctrinam Bart. in dict. §. *Divi*, respondetur, quia, ut dixi, duo fundamenta, per ea quæ Bart. se fundat, potius faciunt contra eum, ut superius deduxi, et ipse Bart. in aliis locis tenuit contrarium; et opinio contra Bart. in dicto §. *Divi* est magis communis, prout adducit, et affirmat Philipp. Corneus 3. vol. consil. 294. col. pen. et fin. Imò, et si bene inspicatur dictum Bart. in dicto §. *Divi*, et Doct. tenentium cum eo, ex ratione quam assignat Bart. apertè colligitur in quæst. præsentī, nullum fore locum præscriptioni: nam ratio Bart. est quòd ex eo, quòd in præscriptione videtur inesse consensus tacitus eorum contra quos præscriptio fit, sicut consentientibus expressè illis, quorum favore facta fuit prohibitio alienationis, posset alienari, ut in l. *quotiens*, C. *de fideicommissis*. sic et præscribi: patet ergò esse de intentione Bart. à ratione cessante, quòd si aliquis de vocatis ad fideicommissum non consentiret alienationi tacitæ, vel expressæ, quòd contra illum non posset præscribi; et dato quòd illa opinio Bart. foret vera, intentio Bart. est dicere, quòd ille qui poterat agere ad rem subjectam restitutioni, si passus fuit contra se præscribi, non agat; qui verò non erat paratus, vel non poterat agere, quomodò videatur consentire, non video. Similiter, nec obstat opinio Paul. de Castr. in dicto §. *sed quia nostra*, tum quia, ut dixi, per illum textum videtur confundi ejus opinio; tum etiam, quia Paul. de Castr. non dicit, quòd si per 30. annos sit præscriptum contra fideicommissarium, cujus dies cessit, quòd per hoc excludatur sequens in gradu vocatus ad fideicommissum: nam quòd sequens in gradu excluderetur, non dicit, nec fuit de ejus intentione, et in hoc ipse dixerat contrarium, prout dixit in consilio præallegato 158. vol. 2. Præterea Paul. de Castr. loquitur in re subjecta restitutioni per viam fideicommissi, et ubi non est expressa prohibitio testatoris de non alienando, prout fuit in nostro casu, in quo est diversa ratio: quia fortioris potentie est prohibitio expressa testatoris, quam tacita; quod patet, quia quando testator expressè prohibet alienationem, totaliter impeditur domini translatio; secus verò si tacitè, Gloss. singul. in l. *cum pater*, §. *libertis*, in parte *nec alienaret*, D. *de legat.* 2. quam gloss. commendat Bald. in cap. 1. *de prohib. feud. alienat.*

per *Lottur.* ad fin. Accedat quòd singulariter dicit Bald. in §. *donare*, qualiter feud. alien. possit, ubi dicit, quòd auferuntur *res quæ, C. commun. de legat.* non habet locum, ubi est expressa prohibitio testatoris, quòd non alienetur, et solum procedit in casu proprio: et induco etiam ad prædicta Bald. in cap. *præterea*, de cap. *Corrad.* ubi Gloss. tenet, quòd licet vassallus non possit alteri feudum vendere, potest tamen infeudare: quærit ibi Bald. quid si sit appositum pactum expressum de non alienando, an tunc possit infeudari; et respondit, quòd non, assignans rationem, ut pactum ali-quid operetur, et quia quando prohibitio nova adicitur prohibitioni veteri, debet ampliari; quòd est notandum ad propositum: confert etiam quòd adducit Socinus referendo Paul. de Castr. in consil. 163. pen. col. vol. 2. ubi facit differentiam inter clausulam derogatoriam ex dispositione legis in testamento inter liberos, ab illa quæ specialiter, et expresse ponitur per testatorem in testamento: et possent in simili adduci alia multa, quæ omitto. Non obstant etiam inconvenientia illa quæ adduxi, et deducit Corneus in dicto consil. 304. quòd dominium jam radicatum convolet, adveniente die, vel conditione, in sequentem in gradu, contra regul. *id quod nostrum*; quia negatur ejus assumptum, quòd præscribens acquisierit sibi dominium rei prohibite alienari, prout deduxi superius in fundamentis pro ista ultima parte; et bene potest stare, quòd præscribatur actio contra negligentem, et tamen non acquiratur dominium præscribenti in præjudicium sequentium, quibus adhuc non cessit dies: et ista est intentio Doctor. communiter dicentium, quòd præscriptio in re feudali, vel quæ aliàs ex dispositione testatoris debet ordine successivo venire ad agnatos, vel cognatos, non nocet sequenti in gradu, de quorum mente est supponere, quòd dominium rei non sit acquisitum, ut cesset dictum inconveniens; et bene potest stare, quòd quis acquirat præscriptione jus excipiendi contra actionem, et non dominium rei, ut in l. *si quis emptionis*, §. 1. C. *de præscript.* 30. vel 40. annor. et constat quòd de intentione Doct. sit, quòd nec præscriptio 30. annorum nocet sequenti, cui dies adhuc non cessit, cum loquantur in feudo, in quo minor præscriptio non currit, ut in dicto §. *si quis per* 30. Et quòd de intentione Paul. de Castr. sit loqui respectu illius cui dies cessit, et non aliorum, patet ex ejus dictis, in dicto §. *sed quia nostra*, cum dicit, quòd in præscriptione longi temporis, etiam postquam dies cessit, non nocet fideicommissario, licet secus esset in præscriptione longissimi temporis: et sic loquitur tantum respectu illius cui dies cessit, et in aliis vult non nocere, cum superius dicat, dando rationem cur pendente conditione non procedat præscriptio, dicens esse ex eo, quia fideicommissarius adhuc agere non potest, et non valenti agere non currit præscriptio. Præterea non reputatur à lege inconveniens, quòd dominium rei prohibite alienari sit, pendente conditione, et antequam cedat dies fideicommissi, apud illum in quem gravatus alienavit, et quòd istud expiret, et dominium convolet in fideicommissarium, adveniente die fideicommissi, ut in l. *servo legato* 69. §. 1. D. *de legat.* 1. et l. *si fundum* 105. D. *de cond. et demonst.* et nil mirum, quòd sit idem in alienatione per præscriptionem, quòd in alienatione per contractum, cum præscriptio fundetur in negligentia, et tacito consensu illius contra quem præscribitur, ut notat Bart. in dicto §. *Divi*, et non est amplioris potentie præscriptio in hoc casu, quam verus titulus cum voluntate tradentis, Bald. in l. *nullo*, C. *de rei vind.* et cujus non noceret alienatio, nec contra eum lapsa præscriptio, ut supra deduxi, et est communis sententia Doct. et procederent hæc præsertim, cum omnes possessores prætendant titulum à gravato, quem comprehendit, et ligare potest prohibitio testatoris, qui sicut non potuit alienare, sic nec transferre usurcapiendi, vel præscribendi conditionem, l. 2. et quòd ibi notat Bald. *de usuc. pro empt.* Et per hæc tolluntur responsiones fragiles, quas adduxit Corneus in dict. consil. ad dict. l. *servo legato*, et l. *si fundum*, quòd præscriptio 30. vel 40. annorum perfectionem, et complementum acceperit: nam certum est, quòd ad hoc ut rationes adductæ per Corneum in dicto consil. aliquatenus possent facere, esset necesse, quòd in personam unius; in quem cessit dies fideicommissi, tota præscriptio

en que ouiesse estado otro alguno tenedor del. Otrosi dezimos, que si el fijo varon, que

30. seu 40. annorum compleatur, ut sic dominio acquisito, prout ipse vult, non convolaret in alium; et non sufficeret, quod in personis plurium successive vocatorum ad fideicommissum completeretur, prout ipsemet Cornecus tenet pro constanti in dicto consil. 304. col. pen. cum dicit: Sin autem ante finitam longi temporis prescriptionem cessisset dies fideicommissi, et fideicommissarius consecutus fuisset dominium rei relicte, et consequenter oporteret, quod possessor niteretur prescriptione adversus jus quaesitum ipsi fideicommissario, tunc ratio viva suaderet, quod tempus antea lapsum non obstatet ipsi fideicommissario, et actioni suae, licet postea completeretur tempus, quod restabat ad prescriptionem compleendam: tunc enim militat ratio dicti §. *illud*, et reg. supra dicta, et maxime Bald. qui ibi in lectura nova facit mentionem de prescriptione longissimi temporis, sentiens, quod in casu illius §. prescriptione longissimi temporis non obstat fideicommissario conditionali, per reg. dicti §. *illud*. Haec sunt verba sua, per quae aperte vult, quod praedixi: et haec apertius procedunt, stante dict. dispositione legum Regni, quibus cavetur, ut immediate, et ipso jure possessio transeat in sequentem vocatum: nam et tunc alia ratione nova prescriptione, et integra opus est: cum fiat interruptio per amissionem possessionis, l. *naturaliter* 5. D. de *usuacap.* l. pen. tit. 29. Part. 3. et solus defectus, sive amissio possessionis hoc operatur, cum possessio civilis sit quae causat prescriptionem, ut notat Gloss. et communiter Doct. in dicta l. 3. §. *ex contrario*, D. de *acquir. posses.* et in dicta l. 1. C. de *serv. fugit.* itaque, cum per adventum diei, quo cedit dies fideicommissi, seu majoriae, prescriptio cepta interrumpatur, de toto tempore praeterito non curatur; sed opus est de novo, et ex integro prescriptionem inchoare, ut est text. in dicta l. pen. tit. 29. Part. 3. et in l. *si aedes*, §. *libertas*, et ibi notat Bald. D. de *servit. urban. praedior.* Abb. in cap. *cum non liceat*, et in cap. *illud*, de *praescript.* Nec obstat similiter, quod adductum fuit de sententia, quod lata super re alienari prohibita contra ipsum prohibentem, quod nocet ei, in quem res debeat venire ex fideicommissio; nam contrarium tenet Bart. in dicta l. *filiiusfamilias*, §. *Divi*: et licet aliqui teneant contra Bart. ut Ang. Imola, et Alex. ibi, et Felin. in cap. *quamvis*, col. pen. de *re jud.* tamen in questione nostra indubitanter videtur verior, et communior opinio Bart. cum succedentes in majoria non succedant jure hereditario, sed ex propria persona successive; sicut habemus expressum in agnatis, qui ex propria persona successive veniunt in feudo antiquo, quod sententia lata contra unum, non nocet aliis agnatis, ut concludit And. de Iser. in cap. 1. §. *si vassalus*, si de *feud. jur. contr. inter domin. et agnat.* et idem tenet ibi Jaco. Alvarot. et Felin. in cap. fin. col. 2. de *major. et obed.* et sequitur Philip. Deci. dicto consil. 445. col. 6. ubi dicit, esse communem opinionem, et ibi alia adducit, quae referre non curo. Praeterea Imola, et Doctor. volentes (contra Bar. in dicto §. *Divi*) quod sententia nocet fideicommissario, limitant ita tamen, quod fideicommissarius poterit pro suo interesse a tali sententia appellare, quando sententia erit sibi notificata; nec curret sibi tempus ad appellandum, antequam sit certificatus de tenore sententiae, ut dicit Alex. in dicto §. *Divi*, col. 4. et Felin. in dicto cap. *quamvis*, col. pen. et sic in effectu omnes concordant, quod sententia sibi non praedicit, ex quo non transit in rem judicatum contra ipsum. Praeterea, in sententia est multum diversa ratio, quam in prescriptione: cum judicium reddatur in invitum, et non est quid imputetur ei, contra quem lata est; quod cessat in prescriptione, in qua adest ejus incuria, et negligentia, quae non debet praedicare sequenti, qui ad fideicommissum vocatus est: et habemus expressum, quod ei non praedicit, prout superius lata deduxi. Similiter non obstat consil. Socini, quod adducebam, quod inter collaterales posset praescribi majoratus, etiam contra ejus constitutionem: nam ut supra dixi, contrarium videtur verius de jure, et quia Socinus non dicit, quod talis praescriptio nocet sequentibus voca-

tis ad majoriam, quibus dies adhuc non cessit, nec etiam loquitur Socinus, quando praescribentes habent causam a prohibito, prout est in casu nostro, in quo nulla est dubitatio, quod tali casu non habeat locum praescriptio: praeterea loquitur Socinus in iuribus primogeniturae, et ubi non est prohibitio alienationis, et per consequens praescriptionis; quod patet ex fundamento, cum dicit, quod jus primogeniturae potest donari, et vendi, et per consequens praescribi; et sic loquitur in casu, in quo alienatio non est prohibita: praeterea fundat se in doctrina Bart. in dict. §. *Divi*, contra quem, ut dixi, est communis opinio. Nec etiam obstat ultimum, quod adducebatur de prescriptione feudi; quia sublatum est per praedicta, cum communis sit sententia: quod non nocet agnatis successive vocatis ad feudum. Pro resolutione hujus quaestiones videtur, quod distinguendi sint aliqui casus. Primus, quando is, contra quem praescribitur, qui vocatus erat ad majoriam, non erat impeditus agere impedimento juris; veluti, quia ultra prohibitionem legis prohibentis alienationem rei subjectae restitutioni, concurrebat etiam prohibitio hominis de non alienando: quo casu in re alienata per possessorem, statim, ejus morte non spectata, admittuntur ad revocationem alienationis, et ad petendum rem alienatam, sequentes post eum vocati; ita quod fideicommissa quae prius erant conditionalia, quia vocabantur post mortem possessoris, efficiuntur pura, ut statim agatur, ut est text. in l. *cum pater* 77. §. *libertis* 27. D. de *legat.* 2. tradit Paul. in l. *peto*, §. *fratre*, eod. tit. et in dicta l. *filiiusfamilias*, §. *Divi*, col. 2. D. de *legat.* 1. et sic isto casu praescribi possit contra talem vocatum, non impeditum agere, non prescriptione longi temporis, sed prescriptione longissimi temporis: et ita procedunt, quae dicta sunt ex dictis Paul. de Castr. in dicto §. *sed quia nostra majestas*, et in hoc omnes Doctor. videntur convenire. Sit secundus casus, quando sequens vocatus non poterat statim agere; sed de necessitate tenebatur sperare mortem primi ante eum vocati: et tunc sine dubio videtur, quod non possit praescribi contra eum, ex quo impeditus est agere, l. *Attillcinus*, D. de *servit. urban. praed.* d. l. 1. C. de *annat. except.* quia cum praescriptio inducta sit in odium negligentis, ut habetur in dicta l. 1. et huic non possit negligentia imputari, ex quo est impeditus agere; merito non potest contra eum praescribi, et in hoc similiter omnes Doctores convenire videntur. Sit tertius casus, quando praescribens non habet titulum a prohibitis alienare, sed ab alio: quo casu Bald. in l. 2. C. de *usuacap. pro empt.* voluit, quod tunc praescribatur contra sequentem vocatum, cum non habeat causam a prohibito; quod dictum mihi est valde dubium, quia Bal. in hoc loquitur sine lege, et quia Bal. non loquitur aperte in rebus subjectis restitutioni, sed in rebus prohibitis alienari, ut constat ex suo fundamento, et novissime perpendit Rodericus Suarez in suis allegationibus, allegat. 3. unde adhuc crederem, quod idem esset, etsi haberet titulum a tertio, sicut si a prohibito, quoad respectum praescribendi contra sequentes vocatos ad majoriam. Sit quartus casus, an dato quod praescriptio inchoaretur, et finiretur contra sequentem priori loco vocatum, et esset praescriptio longissimi temporis, utrum talis praescriptio noceret sequentibus vocatis ad majoriam, nalis forsitan, vel non natis: et in hoc, ut dixi, Philip. Cornecus consuluit, quod omnibus praedicit, per praedicta fundamenta, quibus jam est responsum: et iste casus est magis dubius; sed in puncto juris crederem, talem prescriptionem aliis posterius vocatis non nocere, et quod veniente die suae vocationis agere possint per superius deducta; super quo tu latius cogita, quia pro nunc non video rationem sufficientem, quae inclinare me possit in contrariam sententiam. Sit quintus casus, quando praescriptio esset de tempore immemorabili: et isto casu crederem, praescriptio, omnibus vocatis praedicare, ex quo talis praescrip. habet vim tituli, et privilegii, l. *hoc jure* 3. §. *ductus aquae* 4. D. de *aqua quot. et actio. cap. super quibusd.* 26. §. *praeterea*, de *verb. sign.* et voluit Rod. Suarez d. 3. alleg.

dexasse el vassallo que tuuiesse feudo del Señor, estouiesse año, e dia (4) despues de la muerte de su padre, que non viniessse ante el Señor que diera el feudo a su padre, a fazer pleyto, e omenaje, de guardarle lealtad por aquel feudo, e de fazerle seruicio por el, en la manera que su padre era tenuto de lo fazer, quando era biuo; que pierde por ende el feudo, fueras ende, si fuesse menor de catorze años (5), ca estonce non lo pierde. Esso mismo dezimos que deue fazer el vassallo, o el su fiijo, al heredero del Señor (6), despues que fuer muerto su Señor.

LEY XI.

Quien deuen ser Juezes, entre el Señor, e el Vassallo, quando contienda han entre si por razon del Feudo.

Contienda acaesciendo entre el Señor, e el

vassallo sobre el feudo; diciendo el Señor (1), que auia fecho el vassallo por que lo deue perder, e el otro dixesse, que non era assi, e que le queria complir de derecho; estonce tal pleyto como este, o otro semejante del, non deue ser librado por el Señor: ante dezimos, que si el Señor ouiere otros vassallos (2) que tengan feudo del, deuen el Señor e el vassallo tomar vno, o dos dellos (3), en que acordassen amos, que lo oyan, e lo libren; e desque ellos assi escogieren, e les dieren poder de lo librar, deue cada vno dellos auer por firme, e estar por lo que ellos judgaren (4). Mas las otras contiendas, que acaescieren entre los vassallos sobre los feudos que tuuieren de vn Señor, el los deue oyr, e librar (5). E si la contienda fuere entre el vassallo, e otro ome estraño, estonce el Juez or-

(4) Año, e dia. Adde cap. prim. in princ. *quæ fuit prima caus. benef. amit.* et procedit non solum in masculino, verum etiam in femina, secundum Bald. in §. *præterea*, si quis feudatarius, de prohib. feud. alien. per Freder. et procedit etiam si antecessor fecisset iuramentum fidelitatis pro se, et successoribus suis, secundum Joannem Andream in cap. *veritatis*, de iurjur. et communiter Doctores Canonistæ, licet contrarium tenet Bald. in l. unica, versic. *excepto*, C. de caduc. tollend. Et non currit iste annus, et dies, nisi à tempore quo filius se immiscuit hereditati paternæ, capit. 1. in princ. et ibi Bald. de capit. Conrad. et quid si post istud tempus dominus vassallum recipiat, vide Glos. in cap. 1. *quo tempore miles*.

(5) Catorze años. Capit. 1. §. *præterea* si quis infeudatus, de prohib. feud. alien. per Freder.

(6) Al heredero del Señor. Adde capit. prim. *quo temp. miles*, ubi text. limitat, nisi iusta causa impediatur, vel iusta absentia: et adverte, quod licet vassallus perderet feudum propter non petitam investituram infra annum et diem, non tamen hoc noceret ejus filiis, vel cæteris agnatis, quando feudum esset paternum, ut tenet Andreas de Iser. in dicto cap. 1. Alvarotus in dicto cap. 1. *decima nona conclusione*, quæ fuit prima causa benefic. amit. quæ opinio est tenenda, licet Bald. post Odofred. voluisse videtur contrarium in cap. 1. *si vassal. feud. priv.* secundum Socin. consil. 66. col. 4. 3. vol. ubi vide per eum ad materiam hujus legis in secundo dubio: et quid si iuramentum fidelitatis fuit præstitum defuncto pro se, et successoribus suis? Vide quæ dixi supra in glos. super verbo *año, e dia*; et vide per Alexand. consil. 79. 1. vol. col. fin.

LEX XI.

Controversia feudi inter dominum, et vassallum debet cognosci per Pares Curia ab eis electos: inter duos autem vassallos debet cognosci per eorum dominum: si verò inter vassallum, et extraneam, per judicem ordinarium est talis causa dirimenda. Hoc dicit,

(1) *Diziendo el señor.* Idem si controversia sit super investitura, vel super violentia facta per dominum vassallo in feudo, secundum Innoc. in cap. *cæterum*, de judic. Bald. in dicto §. *præterea* el fin. *de prohib. feud. alien. per Freder.* vel si vassallus dicat se vassallum, et dominus neget, ut in cap. 1. *de controo. inter vassal. et episc. de benef.*

(2) *Otros vassallos.* Isti dicuntur Pares Curia, ut in cap. 1. et ibi Bald. *si de invest. inter dom. et vassal. lis oriatur*, et debent præstitisse iuramentum fidelitatis, ut possent dici Pares Curia, et cognoscere de causa feudali, Bald. in l. *summa rerum*, col. 5. D. de rer. divis. et dicit

Socinus consil. 12. 1. vol. quod in Regno Francia viget ista consuetudo Parium, et dicit Bald. quod sunt quatuor Curia in feudis: vide eum in cap. unico, *an apud judic. vel cur domin.* Et quid si dominus non habeat alios vassallos, et sic deficiant Pares Curia? Dic, quod tunc cognoscet iudex ordinarius; et idem, si Pares Curia essent necessario producendi in testes, ut tradit Franc. de Aret. in cap. *cæterum*, col. pen. *de judic.* et Francisc. Curt. in suo tract. *feudal.* 7. part. ad fin. et fortè hodie de consuetudine Regni de omnibus istis causis feudalibus cognoscetur in Regalibus Auditoriis, cum videamus de omnibus causis ibi cognosci, et non sit in usu recurrere ad istos iudices feudales; pro quo vide quod notat Bald. in dicto cap. *imperiale*, §. *præterea* si inter duos, *de prohib. feud. alien. per Fred.* Abb. in cap. *novit*, col. 3. *de judic.*

(3) *Vno, o dos dellos.* Adde cap. *imperiale*, §. *præterea* si inter duos, *de prohib. feud. alien. per Fred.* et ibi Glos. notabilis, et ibi vide etiam per Bald. an isti Pares debeant esse de eadem provincia: adde eundem in versic. *si qua controversia, de pace Constant.* Et nota, quod etsi vassallus sit clericus, Pares Curia possunt esse iudices, secundum Bald. in cap. 1. *de controo. feud. apud pares termin.* et etiam licet Pares sint minores ipsis litigatoribus, secundum Bald. in præm. *Decretal.* et sequitur Felin. in cap. *cæterum*, *de judic.* Quid tamen si pares curia nollent, vel non auderent cognoscere, vel alias essent domino nimis favorabiles, vide Andr. de Iser. et Bald. in dicto §. pen. Bald. in cap. 1. *an apud judicem, vel curiam domini.* Et quid si non agatur de feudo jam constituto, sed de constituendo de novo, vide Abb. in dicto cap. *cæterum*: et an isti possint in casu reconventionis super re non feudali cognoscere, vide Bald. in cap. 1. *de controo. feud. apud pares termin.* et in dict. §. *præterea*: et quid si agatur possessorio super feudo, vide Glos. in dict. cap. *cæterum*, et per Bald. in cap. 1. *apud quos controo. feud. debet decid.*

(4) *Estar por lo que ellos judgaren.* Ad quem autem appelletur in causis feudalibus, vide per Inu. et Joan. Andr. in dicto cap. *cæterum*; non possunt tamen isti Pares dominum bannire, ut dicit Bald. *de milite vassal. qui contumax est*, col. 3.

(5) *Et los deue oyr, e librar.* Adde dict. cap. *Imperiale*, §. *præterea*, si inter, *de prohib. feud. alien. per Freder.* et cap. 1. *de controo. feud. apud pares termin.* et dict. cap. *cæterum*, *de judic.* et si questio est inter duos Comites, vel Barones, solus Princeps cognoscit, cap. 1. *apud quem, vel quos controo. feud. debet termin.* vide de hoc late per Francisc. Curt. in suo tract. *feud.* ult. part. vide Gloss. notabil. et ibi per Bald. *de investit. in mari facta*: et nota, quod si non constat de domino, quia litigantes pro-

dinario (6), que oye todos los pleytos, lo deue librar, maguer aquello sobre que han la contienda, sea del feudo. Esso mismo seria, si la contienda fuesse entre vassallos de dos Señores. E lo que diximos en este Titulo, de los vassallos que tienen feudo, entiendese tambien de los vassallos de los otros Señores, como de los que lo tienen de los Reyes. E de todas las otras maneras en que son tenudos los vassallos de guardar a sus Señores, e si fazen yerro contra ellos, que pena merescen; mostramoslo assaz complidamente en la segunda Partida deste libro, do fabla de las huestes, e de las guerras.

de aquel en cuyo poder estouiesse. Pero si el fijo, o el nieto touiesse algun pegujar apartadamente, que le ouiesse dado el padre, o el auuelo, con que ganasse; maguer este pegujar atal fuesse de los bienes del padre, o del auuelo, bien podria dar dello el que lo touiesse, alguna cosa a su madre, o a su hermana, o a su sobrina, o algunos de los otros sus parientes, o parientas, para casamiento, o para otra cosa, que el entendiesse que le era grand menester, que le fuesse guisada, e conuenible, e derecha. E esso mismo dezimos que seria, si le diesse en salario a algund su Maestro, que le mostrasse sciencia, o alguna arte, o menester; mas en otra manera non lo podria fazer. Mas si el padre diesse algo de lo suyo a alguno de los fijos, non valdria (1). Ca el fijo a quien lo diesse, si ouiesse otros hermanos, tenudo seria despues de muerte de su padre, de aduzirla, e meterla a particion (2) con ellos, o de rescibirla en su parte (3), entregandose cada vno de los otros hermanos, de otro tanto como valiesse la donacion que le dio el padre.

(1) *Non valdria.* Non valet donatio facta à patre filio in potestate, ut hic, et in l. 2. C. de inoffic. donat. et l. donationes, quas parentes 25. C. de donat. inter vir et uxor. et hoc est regulare: limita, ut per Bart. in l. frater à fratre, in fin. D. de condic. indeb. et ibi latè per Jason. in utraque lectur. pen. et fin. folio pen. et fin. col. 2. lectur. Hodie tamen de jure Regni tenet donatio facta filio in potestate: et si sit tradita rei donatæ possessio, est irrevocabilis, l. 17. in Ordin. Taurinis; si tamen non interveniat traditio, est revocabilis, tam in filio in potestate, quam in emancipato, ut in dict. l. 17. quam vide cum l. 26. Adverte tamen, quod hoc procedit respectu tertie partis honorum, in qua pater potest meliorare filium, et in quo casu loquitur dict. l. 17. respectu verò aliorum honorum patris jura antiqua remanebunt incorrecta, l. præcipimus 32. C. de appellat.

(2) *Particion.* Hic habes, quod filiusfamilias confert fratribus donationem simplicem sibi à patre factam; quod est contra communem doctrinam Bart. et aliorum Doctorum in auth. ex testament. C. de collat. et per Bart. in l. 1. §. neque castrense, col. 4. D. de collat. bonor. et sic de jure isto Partitaram nulla in hoc erat differentia inter filium in potestate, et filium emancipatum, nam uterque confert simplicem donationem: intellige tamen, ut dicam in gloss. sequenti.

(3) *En su parte.* Hoc idem erat de jure communi: nam donatio simplex facta filiofamilias imputatur sibi in legitimum, ut notat Bart. in l. 1. §. neque castrense, col. 4. D. de collat. bonor. et in l. in quartam, D. ad Leg. Falcid. col. pen. per l. filium, quem habentem, secundum lectur. Azon. C. famil. ercis. et probatur in l. 4. tit. 15. Partit. 6. quæ tamen lex dicit, ita demum hoc procedere, si inter filios emergat inæqualitas, non aliàs, ut ibi, et in l. pen. C. de collat. et sic secundum illam legem deberet ista intelligi, et limitari; aliàs istæ leges essent contrariæ: sed dic, quod ista limitetur, et declaretur per illam, tam respectu imputationis, quam collationis: et hoc nota, quia Rodericus Suarez perpendit contrarietatem istarum duarum legum Partitarum in repetitione l. quoniam in prioribus, fol. 90. col. 4. et non solvit. Hodie tamen per l. 26. in Ordin. Taurinis, cum filius videatur per donationem melioratus, non tenetur conferre, neque computare in eo, quod tertium et quintum bonorum non excedit; et ita intelligatur id, quod habetur in l. 29. ejusdem Ordinam. Tauri.

Fueras ende, si el padre fiziesse Cauallero (4) a su hijo, e le diesse cauallo, e armas, o le fiziesse aprender alguna sciencia (5), o le diesse libros en que la aprendiesse. Ca el donadio que fuesse fecho en alguna de las maneras sobredichas, valdria (6); e non seria tenudo de aduzirlo a particion entre los otros hermanos.

LEY IV.

En que manera puede ser fecha la donacion.

Fazer se puede la donacion en quatro ma-

(4) *Cauallero.* Adde l. 1. §. *nec castrense* 15. et ibi Bart. D. *de collat. bonor.*

(5) *Sciencia.* Adde l. *quæ pater* 50. D. *famil. ercis.* Bart. in l. 1. §. *neque castrense*, 4. col. D. *de collat. bonor.* et l. 5. tit. 15. 6. *Part.* ubi vide quæ dixi.

(6) *Valdria.* Ex isto verbo constat apertè, quod si pater misit filiam ad studium, et dedit ei libros ad addiscendum, quod videtur tales libros sibi donasse, et donatio tenet; de quo vide latè per Bald. in l. *filix cuius*, vers. 3. *quæritur*, C. *famil. ercis.* cujus contrarium voluit Angel. in l. *filix licet*, C. *de collat.* ubi vult, quod isto casu non videtur donare, quia videtur ex necessitate tradidisse, ex quo misit filiam ad studium; et ideò infert, quod tunc tales libri, ut communes dividuntur: quod dictam videtur reprobari hic in ista lege: et cogita, an possit limitari, quando donatio librorum non esset in magna quantitate, ex dictis Bald. in dict. l. *filix cuius*: vide quæ latius dixi in l. 5. tit. 15. 6. *Partit.*

LEX IV.

Fit donatio purè, vel sub conditione, et præsentì, vel absentì. Et tenetur donans, vel ejus hæres rem donatam tradere donatario; deducto tamen ne egeat donator. Hoc dicit.

(1) *Non lo puede fazer.* Adde l. *absenti* 10. D. eod. et l. *nec ambigi*, 6. C. eod. ubi gloss. notabilis (quam sequitur communis Doctorum sententia) dicit, quòd si quidam, qui non fuit ad hoc deputatus nuntius, sed ipse motu proprio voluntate donatoris à se intellectam ipsi donatario declaravit, non videbitur perfecta donatio; et satis probatur hic. Ludovicus tamen Romanus in hoc tenet contrarium, motus per aliqua pulchra fundamenta, consil. 295. volens, quòd dato, quòd non interveniat nuntius, vel epistola, sufficiat ad validitatem donationis, quòd donatarius quocumque modo certificetur, et donationem acceptaverit: et ejus fundamenta breviter etiam reassumit Phil. Corn. consil. 254. vol. 3. col. 1. et tandem dicit non esse recedendum in decisoria à communi opinione: et dicit Paul. de Castre. satis pulchrè in l. *Titia*, §. *idem respondit*, et 2. D. *de verb. oblig.* quòd, etsi continetur in instrumento, *talis donavit tali*, si non dicitur *præsentì, et recipienti*, cum donatio possit fieri inter absentes, non præsumitur præsentia; et si non apparet de acceptatione illius, donatio non valet: ut enim donatio accipiat perfectionem, exigitur consensus donantis, et donatarii, sicut est in cæteris contractibus, qui consensu contrahuntur, l. 1. in fin. D. *de contrah. empl.* l. *consensu* 2. D. *de action. et oblig.* Neque obstat cap. *si tibi absentì*, 17. *de præbend.* lib. 6. quia loquitur in beneficiis, secundum Joan. Fab. in dict. l. *neque ambigi*, vel secundum Archid. in dicto cap. *si tibi absentì*, et etiam videtur velle Gloss. ibi: In casu illo erat qui recipiebat nomine absentis, et fuit investitus. Sed an hodie stante l. *Ordin.* 3. tit. 8. lib. 3. quæ dicit obligationem contrahi inter absentes, donatio fieri possit absentì? Est satis dubium, et versatur communiter in palatiis. Mihi tamen semper visum est, quòd per illam legem non tolluntur prædicta. Movèor ex doctrina Bart. in l. *Illud*, ad fin. C. *de Sacros. Eccles.* ubi in questione Gloss. ibi de donatione facta pauperibus, dicit, quòd si constat, quòd quis contractum donationis vo-

neras. La primera, quando es fecha sin ninguna condicion. La segunda, quando aquel que la da, pone condicion en el donadio. La tercera, quando son presentes en algund logar, el que da, e el que rescibe la donacion. La quarta, quando aquel que quiere fazer la donacion, es en otra tierra. Ca estonce non la puede fazer (1) si non por carta, o por mensajero cierto, en que le embie a dezir señaladamente lo que le da. E quando la donacion es fecha simplemente por carta, o por palabra, mas non es aun entregado aquel a quien

LEY 4.
lib. 10
Novis.
Recop.

luit celebrare, non tenet donatio facta, etiam pauperibus absentibus, ex quo non fuit aliquis præsens, ut etiam Gloss. ibi vult; aut est dubium, et tunc dicit ipse, quòd valebit jure cujusdam voti, seu pollicitationis, et sic sit obligatus personaliter, l. 2. in princ. D. *de pollicitat.* et *de voto*, et *voti redempt.* per totum: et sic, quando quis vult facere contractum donationis, non intendit se obligare, nisi secundum formam à jure traditam super forma, et valore donationis, et sic cessat dispositio dict. l. *Ordin.* Hoc etiam videtur expressè velle Bart. in dict. l. 2. D. *de pollicit.* post Gloss. ibi, dum vult, quòd dispositio l. fin. C. *de Sacros. Eccles.* non procedit in voto, seu pollicitatione, et quòd illa lex loquens in contractibus in casibus specialibus, ubi transfertur sine traditione dominium, procedit in his, in quibus contractus celebratur ex duorum consensu, et sic, quòd illa lex procedat, cum loquitur de donatione, quando intervenit etiam consensus Ecclesiæ, in quam fit donatio. Præterea intentio illius l. *Ordin.* non est tollere formam datam à jure contractibus, qui consensu contrahuntur, ut in dict. l. *consensu*, et in dict. l. 1. aliàs sequeretur absurdum, quòd si quis venderet absentì, et ignorantì, dicitur, quòd per illam legem tenet venditio: solum voluit illa lex tollere formam antiquam stipulationis, et dare vinculum obligationi, qualitercumque aliquis se vellet alteri obligare; non tamen voluit totam formam juris in contractibus, qui consensu contrahuntur, subvertere. Si tamen ex verbis donationis constat, donantem se velle obligare, ut quia promisit non revocare, vel juravit, tunc obligaretur personaliter tali absentì, per illam legem; non tamen dominium rei donatæ in eum transiret, acceptatione donationis non sequuta: et ad hoc etiam bene facit, quòd dicit Decius consil. 226. col. fin. et vide quæ dixi in l. 1. tit. 11. infra ead. *Partit.* in gloss. super verbo *gran pro*. Et advertet etiam, quia si notarius stipularetur, et reciperet donationem nomine absentis, non posset donator revocare, ex dictis Bald. in l. *cum à socio*, ad fin. C. *de jure dot.* Francis. de Aret. cons. 74. col. 4. Guido Papæ decis. 49. Ludov. Gozadi consil. 87. num. 14. Et advertet, quia licet hæc lex requirat præsentiam donatarii, vel in absentia certum nuntium, vel epistolam, ut possit dici perfecta donatio; intelligendum videtur quoad contractum, et donationem, quia non intervenerunt organa media. Si tamen donatarius aliàs certificatus de donatione, donatore in eadem voluntate perseverante (quod præsumitur, nisi constet de revocatione), acceptaverit donationem, vel rei donatæ possessionem acceperit, transfertur in eum dominium: ita voluit singulariter Bald. in dicta l. *neque ambigi*, et isto casu fortè procederet dicta Ludov. Roman. in dicto consil. quia habent maximam æquitatem, et bene faciunt, quæ dixi supra 4. *Part.* tit. 1. l. 10. super gloss. in verbo *non consentien*. Si tamen ante acceptationem donatarii donator revocaret donationem, donatio esset nullus momenti, ut probat text. in l. 2. §. *sed si quis donaturus* 6. D. *de donation.* et tenet Bart. et Paul. de Castre. in dict. l. *absenti*, ubi Paul. respondet ad dict. cap. *si tibi absentì*, Decius in regul. *contractus*, col. 5. D. *de regul. jur.* Sed quid si donator non revocavit, sed mortuus est? an mortuo eo poterit donatarius acceptare donationem? And. de Iser. in §. *donare*, *qualiter hodie feud. alien. possit*, col. 5. tenet, quòd non,

la fazen, tenuto es (2) de cumplirla aquel que la faze, o sus herederos (3). Pero esto se deve entender desta guisa: que si aquel que la donacion ha de cumplir, fuesse tan rico, que aya, de lo que le fincare, tanto de lo suyo (4) que pueda bien biuir, de guisa que non aya que demandar lo ageno; estonce es tenuto en todas guisas, de la dar complidamente. Mas si por auentura non le fincasse (5) de que pudiesse biuir, si lo compliesse, estonce non seria tenuto de cumplir la donacion.

LEY V.

En que manera vale la donacion, que es hecha so condicion.

So condicion faziendo algund donadio vn ome a otro, como si dixesse el que lo faze: Dote tal campo, o tal heredad, si tu padre te sacare de su poder; si la condicion se compliesse, vale el donadio, e si fallasse, non vale. Pero si acaesciesse, que el padre se muriesse ante que el fijo sacare de su poder, como quier que la condicion non se cumplio en la manera que cuydo el que fizo la donacion, vale el donadio; porque la condicion se cumple por la muerte del padre, e sale ende el fijo de su poder. Ca en este caso, e en todos los otros semejantes del, en que sea puesta condicion, en qual manera quier (1) que se cum-

LEY 1,
tit. 1,
lib. 10
Novis.
Recop.

per l. *bonorum*, D. *rem rat. haberi*: et similiter mortuo donatore, non posset ratificari per heredem donatarii in præjudicium heredum donatoris, in quos est dominium translatum ante ratificationem, per text. in l. *si ego* 9. §. *si res*, D. *de jure dot.* et quia ratificatio non posset fieri in præjudicium tertii, cui interim jus, et dominium est quæsitum, etiam ex causa habita a debitore, ut notat Spec. in tit. *de oblig. et solution.* §. 1. vers. *pone obligasti*, et tradit Paul. de Cast. consil. 195. vol. 2. in 2. dubio, incipit, *visis his, que narrantur*: si enim donator ante acceptationem donatarii moriatur, videtur moriendo pœnitere; et sic res non esset integra, quando consensus donatarii accedit, ut in dict. l. *si ego*, et per Joann. de Imol. in l. 2. §. *si pecuniam*, D. *de donat.* Favore tamen dotis non habet locum pœnitentia; ideò moriendo non videtur pœnitere, ut in dict. l. *si ego*, §. 1. declarat Bart. et Joan. de Imol. ubi suprâ.

(2) *Tenudo es.* Concordat cum l. *si quis argentum* 35. C. *cod.* et cum §. 2. vers. *perficiuntur*, *Instit. de donation.*

(3) *O sus herederos.* Et sic donatio ex omni parte est realis, et transit ad hæredes, ut hic, et in dict. l. *si quis*, §. *fin.* et ibi Bald.

(4) *De lo suyo.* In donatione deducitur res alienum, l. *inter eos* 19. §. *fin.* D. *de re judic.*

(5) *Non le fincasse.* Adde dict. l. *inter eos* 19. §. *fin.* D. *de re judic.* et *Instit. de action.* §. *sunt praterea* 36. et Bald. *de notis feudor.* cap. 1.

LEX V.

Donatio alicui facta sub conditione valet, si conditio impleatur, aliàs non. Item donatio alicui facta sub conditione, si pater liberet filius a potestate, impletur, etiam si non per emancipationem, sed per patris mortem efficiatur

pla la voluntad del que la puso, vale el donadio sobre que fuera puesta.

LEY VI.

En que manera vale el donadio, que faze vn ome a otro con alguna postura.

Por cierta cosa, e por señaladas razones se muenen los omes a las vegadas, a fazer donaciones a otros; que si por ellas non se mouiesse, por auentura non farian las donaciones. E esto seria, como si vn ome diesse a otro maravedis, o alguna eredad, diziendo señaladamente, quando se faze la donacion, que lo da, porque este el otro todavia guisado de cavallo, e armas, para fazerle seruicio; o si lo diesse a algund menestral, o a otro ome qualquier, e dixesse abiertamente, que gelo daua por alguna lauor, o seruicio que le fiziesse. E porende dezimos, que si aquel que rescibiere la donacion en la manera sobredicha, cumple la conuenencia, o la postura, o faze aquello por que gelo dieron, vale el donadio en todas guisas. E si non lo cumple, o non lo faze bien, puede apremiarle, que cumpla lo que prometio de fazer, o que desampare (1) la donacion que le fizo. Otrosi dezimos, que dando vn ome a otro viña, o huerta, o eredad, o otra cosa qualquier, en esta manera; diziendo señaladamente, quando faze aquella donacion, que

LEY 1,
tit. 1,
lib. 10
Novis.
Recop.

sui juris: qualitercumque enim impleatur conditio etiam per modum non expressum, sufficit, ex quo disponentis voluntas impleatur. Hoc dicit.

(1) *Quier.* Et sic etiam in contractibus sufficit aliquid fieri per æquipollens, ut hic, et in l. *fin.* C. *de donat. quæ sub modo*: vide quæ notat Bart. in l. *Gallus*, §. *et quid si tantum*, col. 2. et 3. D. *de liber. et post.* et quod dicit Bald. in l. 1. ad fin. 9. col. C. *de Sacros. Eccles.* et in rubr. C. *de exercit.* col. 3. per Jason. in l. *cum seruus*, D. *de verb. obligat.* et per Alex. consil. 137. col. 3. vol. 2. ubi quid in statutis.

LEX VI.

Donatio inter vivos facta sub modo revocatur, si modus non adimpleatur. Hoc dicit.

(1) *Desampare.* Est ergò in electione ejus, qui dedit ob aliquam causam finalem, vel agere ad implementum modi, ut hic, et in l. *legem* 9. C. *cod.* et in l. *si donationis* 3. C. *de contrah. emptio.* vel agere conditione ob causam, ad recuperandum donata sub modo, ut hic, et in l. 1. ubi Gloss. C. *de donat. quæ sub modo*, et ibi etiam Salycet. et an si agat conditione ob causam possit mora purgari, Cyn. Alber. et Salyc. ibi dicunt, quòd sic, tribus concurrentibus; scilicet, quòd lis non sit contestata, et quòd sit infra modicum tempus, et quòd jus donantis non sit factum deterius. Et nota, quòd favòre Ecclesie modus appositus in donatione non censetur in dubio causa finalis, ut in cap. *verum* 4. *de condit. appos.* et ibi per Abb. et per Bald. in l. *dictam legem*, C. *de condit. ob causam*, col. 2. et de legatario modum non implente, vide in l. *si hæres* 11. D. *de condit. causa data*, et l. *Scià* 6. §. *Lucius* 2. D. *de auro, et argen. legato*, et Bart. in l. *quibus diebus*, §. *Termitius*, D. *de condit. et demonstrat.*

dava aquella cosa, porque de los frutos que saliessen della, diessen cosa cierta a algunos omes para gouierno, o para sacar catiuos (2), o para otra razon semejante destas; si aquel que rescibe assi el donadio, cumple aquello por que gelo dieron, vale la donacion; e si non lo cumple, bien lo puede reuocar (3). E qualquier donacion de las que son dichas en esta ley, dizen en latin sub modo; que quier tanto dezir en romance, como donadio fecho so otra manera.

LEY VII.

De la donacion que es fecha a dia cierto, e a tiempo señalado.

Fasta dia cierto (1), o a tiempo señalado, puede ser fecha la donacion; esto seria, como si dixesse el que la faze a otro alguno: Dote tal heredad, o tal cosa, que la labres, e que la esquilmes, e te aproueches della, fasta tal dia, o tal tiempo: e de aquel tiempo en adelante, que la desampares, e que finque a mis herederos; o a otro ome alguno qualquier que nombrasse ciertamente, a quien fincasse. E por ende dezimos, que la donacion que assi fue fecha, valdria fasta aquel dia, o aquel tiempo que señalasse el que la fizo. E de aquel dia en adelante ganarian la possession (2), e el seño-

Ley 1,
tit. 1,
lib. 10
Novis.
Recop.

(2) *Catiuos*. Nota hoc exemplum, nam l. 1. *C. de donation. quæ sub modo* tantum dicit de datis ob causam alimentorum.

(3) *Reuocar*. Et isto casu datur etiam utilis rei vendicatio, ut in dict. l. 1. favore alimentorum, seu pie causæ.

LEX VII.

Valet donatio facta usque ad certam diem; et post diem habebit rem donatam, quem voluit donans, et transit ad eum ejus possessio, et dominium: et si donans neminem expressit, qui haberet post diem, habebunt rem donatam donatoris heredes. Hoc dicit.

(1) *Cierto*. Adde ll. 2. et 3. *C. de donation. quæ sub modo*.

(2) *Possession*. Quid in legato ad tempus alicui relicto, et post tempus alii? Videtur, quod sit idem, cum legatum sit donatio quadam, *Instit. de legat.* in princ. et l. *legatum* 36. D. *de legat.* 2. et adde ad istam legem l. 45. in *Ordin. Taurinis*. Sed quid si ex tenore instrumenti majoriæ novus successor non potest acquirere possessionem honorum majoriæ, non præstito prius ab eo juramento de non alienandis bonis, vel aliis? an tunc procedat dispositio istius legis, et dictæ l. *Taurina*? Advertenda essent verba talis dispositionis, an considerent ipsam acquisitionem, vel acquisitionis effectum: nam si disponunt, quod possessio non acquiratur, videretur fortè dicendum, quod tunc alio ingrediente possessionem ante præstitum tale juramentum, impediret acquisitionem possessionis, etiam postea præstito juramento: bene ad hoc conferunt, quæ habentur in l. *si post mortem* 68. in princ. et §. seq. D. *de legat.* 1. ubi Bart. et Paul. de Castr. In dubio tamen fortè præsumendum est, talia verba apposita respectu effectus, ut videlicet bona non intret realiter, neque his utatur; non verò de acquisitione possessionis, de qua in ista lege, et in dicta l. *Taurina*; cum ista acquisitio tendat in conservationem honorum majoriæ, ad quam intendit, qui talia verba posuit in instrumento majoriæ. Si tamen clarè constaret, quod et istam acquisitionem voluit prohibere, teneret dispositio, et impediretur translatio possessionis, et domini: ex his, quæ notat Paul. de Cast. in l. *nemo potest*, in fin. D. *de legat.* 1. dum dicit, quod testator potest impedire translationem domini rei legatæ. Sed quid si Ecclesia sit in possessione rei, quæ prætenditur esse majoriæ? an adhuc habebit locum ista lex, et dicta *lex Taurina*? Pulchrum dubium est, et fortè dicendum est, quod sic, ex quo lex injectit hoc vinculum, antequàm possessio perveniret in Ecclesiam, ex his quæ notantur in cap. *Ecclesia Sanctæ Mariæ*, 10. de *constit.* et confert optimè, quod notat Bart. in l. fin. D. *ut in posses. legator. esse lic.* Et adverte, quod omnes exceptiones detrabantur proprietati majoriæ, detrahunt et possessioni, Bart. in l. 1. §. *parvi*, D. *quod vi, aut clam*, Abb. in cap. *Item cum quis, de restit. spol.* Sed au illæ, quæ requirunt altiore indagine, reservabuntur judicio pro-

prietatis, juxta l. fin. *C. de edicto Divi Adriani toll.* videtur, quod sic, saltem quando majoria facta fuit in testamento, l. *si in adoptionem* 11. versic. *sed non jure scriptus*, D. *de bonor. pos. contr. lab.* et vide per Bald. in rubrica *de causa posses. et propriet.* et in l. 1. *C. de appell.* et in rubr. *de consuet.* et in cap. *Item cum quis, de restit. spol.* et Alex. in l. *cum hæredes* in princ. D. *de acquir. posses.* et ibi videbis per Bald. quod possidens corporaliter, debet citari: de quo vide per Alex. consil. 82. et consil. 83. 2. vol. et consil. 40. vol. 3. et sunt notabilia consilia in ista materia. Et nota, quod si semel adivit judicem, non poterit postea propria auctoritate intrare possessionem, secundum Bald. in l. 1. *C. de execut. rei judic.* de quo plene in l. *de pupillo* 5. §. *meminisse* 10. D. *de novi oper. nuntiat.* et per Bald. in l. 2. *C. de seruitut.* et Jaso in tract. *de jure emphyt.* et limita, nisi adiverit judicem, ut eum ad occupandum adjuvet, l. 6. *C. quod cum eo*, et ibi Doctor. Et an huic possessori competat interdictum recuperandæ, vide per Bald. in authent. *defuncto, C. ad Tertul.* et Alex. consil. 37. vol. 1. col. pen. Item et huic possessori competit interdictum *ne vis fiat ei*: vide Salyc. in l. *ea lege*, col. 4. *C. de condit. ob caus.*

Quid autem si iste, in quem transit ista ficta, et legalis possessio, ante apprehensionem corporalem transferat auctoritate legis jus suum in alium, et constituat se ejus nomine possidere, vel si ex licentia Principis vendat aliquam rem majoriæ, et constituat se nomine emptoris possidere? an transfertur in alium ista possessio? Bald. quod non, in dict. rubrica *de causa posses. et propriet.* quia duæ fictiones non concurrunt. Sed quid si iste, in quem ex lege transfertur possessio, moriatur ante apprehensionem realem? an transmittat in sequentem vocatum? Et videbatur, quod non, ex dicto Baldi superius relato; videtur tamen, quod auctoritate legis non eadem possessio numero, quæ fuit primo relata, sed alia transferatur in sequentem, et sic non est opus tractare de transmissione. Item, quid si ante mortem possessoris defuncti aliquis occupavit possessionem? an tunc transferatur in sequentem? Et videtur, quod non: quia ubi possessio est apud alium, illa per actus fictos non transfertur in alterum, non interveniente consensu, seu facto illius, penes quem est (dato, quod bene per actus corporeos transferretur). Probat in l. *quomodo* 32. §. 1. D. *de acquir. poss.* conjuncta l. 3. §. *si servus* 10. eod. tit. et hinc est, quod aspectu, et verbis non transfertur possessio, quando alius erat in possessione, ut tradunt Doctor. in cap. 2. *de consuet.* Alexand. dict. consil. 83. col. 1. Lex tamen Tauri 45. aperte decidit contrarium, ibi: *Atunque otro la aya ante tomada en vida del tenedor*. Quid autem si ille, in quem possessio ista legalis transferatur, suspicetur se posse repelli? an perdat possessionem? Et videtur, quod sic, quia nihil est, quod repugnet, l. *clam possidere* 6. §. *qui ad mundinas*, D. *de acquir. posses.* Sed quid si mortuo possessore majoriæ, ingreditur ille in possessionem honorum majoriæ, ad quem non pertinebat, et

rio (3) della, sus herederos del que ouiesse fecha la donacion, o el otro (4) a quien uombrasse para auerla. E si por auentura, quando fizo la donacion, nou señalo (5) en quien fincasse de aquel dia en adelante, dezimos que la deuen auer los que heredan (6) los otros bienes, de aquel que fizo la donacion.

heres defuncti in aliis bonis extra maiorem vult mitti in possessionem honorum majorie ex edicto Divi Adriani, vel agere contra invadentem remedio l. cum querebatur 11. C. unde vi? an poterit? Et certum est per istam legem, et l. Tauri, quod non: quia ille, ad quem pertinet majoria, est qui habet possessionem à lege in eum translata, et ipse debet agere: et videtur idem dicendum ex jure communi, quia cum hic veniat possessio accessorie ad dominium, cessante dominio, cessat possessio, notabilis theoria Bald. in l. cum alienum, col. 1. C. de legat. Sed pone, quod possessor majorie fecit aliquas expensas, propter quas conceditur sibi a jure retentio: an poterit retinere, non obstante dispositione hujus legis, et dictæ l. Taurina? Et videtur, quod sic, per ea quæ notat Abb. in cap. de multa, col. 4. de præbend. et quod notat Bart. in l. quod dicitur, D. de impens. in rebus dotat. factis, et in l. 2. ad fin. D. de appell. recipi. Item quero, an in infantem transferatur ista possessio? Et videbatur, quod non, per l. 1. §. si infanti, D. de acquir. posses. sed credo contrarium esse verius, per id quod notat Paul. de Cast. in l. donatarum, C. de acquir. posses. de possessione, quæ transfertur ficto modo. Sed an transiret ista possessio in eum, qui adhuc est in utero, dixi in l. 3. tit. 23. 4. Part.

(3) *Et el señalo.* Ortum habet ista lex ab his, quæ habentur in l. quoties 3. C. de donat. que sub modo, quæ secundum Doctores ibi non ita late providebat, sicut hic vides providebat istam: nam per illam legem tantum dabatur actio utilis ex stipulatu, secundum unam expositionem, vel conditio ex lege, secundum aliam; quod tamen haberet actionem realem, et quod elapsa die ille, in quem post tempus fuit collata donatio, esset dominus, et transiret in eum dominium, et possessio, non fuit provisum per illam legem, sicut per istam: ideo tene eam menti, quia est valde singularis, et semper allegatur in palatiis. Bene tamen verum est, quod Specul. tit. de locato, §. nunc aliqua, vers. 70. *quiritur* in questione per eum ibi posita extendit dicta l. quotiens ad actionem realem; sed casus Speculatoris est longe diversus ab isto: est enim mirabile, quod sine traditione aliqua iste secundus donatarius adipiscatur possessionem, et dominium contra regul. l. traditionibus 20. C. de partit. et de hoc dicto Specul. vide Decian. consil. 239. pen. et fin. col. et sic quilibet ex nominatis in donatione erit dominus, et non nudus minister: vide Joan. Andr. in addition. ad Specul. tit. de instrum. editio. §. nunc vero aliqua, in additione, quæ incipit per superiora. Et ex ista lege habes, quod succedens in majoria est dominus, et non usufructuarius, et idem vult gloss. notabilis in l. Titia cum testamento, §. fin. in gloss. fin. D. de legat. 2. et Socin. in l. qui Romæ, in prin. col. pen. ad fin. D. de verb. oblig.

(4) *El otro.* Sed an donator possit ante tempus in quo acquiratur secundo donatario, revocare istud onus, seu istud jus competens secundo donatario, est questio multum dubia. Bart. in l. qui Romæ, §. Eliasius, D. de verb. oblig. tenuit, quod sic, etiam si sit donatio facta Ecclesiæ: moveatur per l. 3. D. de servis exportand. et subdit, quod hæres donantis hoc non posset; et idem tenet ibi Alexand. post multa, quem vide. Paul. de Cast. tenet contra Bart. et plerique alii; et opinioem contra Bart. dicit magis communem Guibiel. Benedictus in rep. cap. Raynultius, de testam. super verbo si absque liberis moreretur, la 2. fol. 335. col. 2. ubi refert tenentes istam opinionem: adde etiam Roder. Suac. allegation. 20. ubi allegat istam legem. Ego verò ad hæc opinioem Bartol. quam limitarem, nisi pacto huic appposito in favorem secundi donatarii accederet præsentia,

LEY VIII.

De las donaciones que se mueven los omes a fazer, por razon que non han fijos, como non valen despues que los han.

Mueuense los omes a las vegadas a fazer donaciones, porque non han fijos (1), ni han esperança de los auer (2). E porende dezimos

LEY 6.
tit. 3.
libr. 10
Novis.
Recop.

et consensus secundi donatarii, vel donator fecisset in hoc promissionem in favorem secundi donatarii, seu ex verbis appareat promississe de non revocando, juxta ea, quæ dixi supra eod. l. 4. et adde ad prædicta Decian. consil. 58. et consil. 239. col. 2. ad fin. et col. 3. Bald. in l. cum à socero, C. de jure dotum, et in l. si constante, C. de donat. ante nupt. Socin. consil. 25. vol. 1. in 2. dubit. et Alexand. consil. 27. et 28. col. 2. vol. 5. et quæ dicit consil. 106. et 107. vol. 2.

(5) *Non señalo en quèn fincasse.* Quid si designavit, sed ante tempus quo sibi debuit quæri, mortuus est? Dic, quod manebit penes primum donatarium gravatum de restituendo, ut in l. peter filium 38. §. fideicom. 6. D. de legat. 3. l. unica, §§. 1. et 2. C. de caduc. tollend. Joan. Andr. in dict. addit. tit. de instrum. editioe, §. nunc vero aliqua, in additione quæ incipit per superiora.

(6) *Los que la heredan.* Adde l. fin. C. de legat.

LEX VIII.

Donatio facta propter filiorum defectum, revocatur in totum, habitis filiis legitimis postea natis: si autem habens filios legitimos, donet, non revocatur, si legitima eis salva remaneat; revocatur tamen usque ad legitimam. Hoc dicit.

(1) *Porque non han fijos.* Si ergo haberet filios, vel filium, non videtur, quod haberet locum dispositio hujus legis, ut hic colligitur à contrario sensu, et in l. si unquam 8. C. de revocand. donation. ibi, *filios non habens.* In contrarium tamen videtur l. cum pater 77. §. cum existimaret 29. D. de legat. 2. et quia videtur etiam in isto casu militare eadem ratio, ac si nullum filium habuisset, cum potius velit pater dare bona filiis, quam extraneis, ut in l. cum acerbissimè 30. C. de fideicomis. l. generaliter 6. §. cum autem, C. de instit. et substit. l. cum avus 102. D. de condit. et demon. et in hanc sententiam inclinat Angel. in dict. l. si unquam, eo casu, quo est verisimile patrem non donasse, si scivisset alios sibi nasciturus, ut in exemplo ibi posito per eum; et idem vult Bald. in l. 1. col. 3. versic. *sed quid si tempore donationis, C. de ineffic. donation.* ubi Paul. de Cast. distinguit, an filius natus ante donationem esset odiosus patri, vel non: undè hoc totum residebit in judicio arbitrio, consideratis circumstantiis, an pater, si cogitasset de liberis postea nascituris, donaret, vel non, ut tradit Andreas Tiraquellus in comment. dict. l. si unquam, saper verbo *filios non habens.*

(2) *Ni han esperança de los auer.* Istud verbum ponderat Joannes Bernardus Diaz de Luco, olim Regii Consilii Indiarum collega meus, nunc benemeritus Episcopus Calagurritanus, in regulis, et fallentis suis, in littera d. regula 141. pro communi conclusione Doctorum, quod si potest ostendi, quod donator tempore donationis cogitabit de filiis, non revocabitur donatio per dict. l. si unquam, neque per hanc legem, ut voluit Bart. in l. Titia, §. Imperator, D. de legat. 2. Joan. de Incol. in cap. fin. de donat. quam dicit communem esse sententiam Socin. cons. 53. col. 3. vol. 4. In contrariam tamen partem facit, quia dispositio istius legis, et dict. l. si unquam, non fuit introducta favore donantis, sed filiorum; undè non potest per patrem huic dispositioni renuntiare, ut in l. scire debetis 7. C. ut in posses. legator. l. quod de bonis 15. §. fin. cum simil. D. ad Leg. Falcid. et tenet expressè Oldral. consil. 173. et Joan. And. in addit. ad Specul. tit. de instrum. editioe. §. parvo, in addit. fin. versic. *hoc autem certum est, quæ sequitur Roman. in consil. 269. in fin. tenet etiam Alber. in dict. l. si unquam, ubi*

que si alguno, por tal razon dicsse (3) a otro (4) todo lo suyo, o gran partida dello

dicit, se ita obtinuisse de facto, licet Specul. tit. de instrum. edition. §. porro, versic. *donatio autem firma*, vult contrarium, ponens pro forma, quod promittatur de non revocando etiam in casu supervenientium liberorum. Bart. etiam in dict. §. *Imperator*, col. pen. versic. *quæro utram*, l. *si unquam*, tenet, quod revocationi, quæ potest fieri per dict. l. *si unquam*, potest renunciari per donantem; non tamen querelæ inofficiosa: donationis, quæ introducitur favore filiorum; quod est maximi effectus, nam per l. *si unquam* revocatur donatio in vita patris, et per patrem; revocatio tamen, quæ fuit per querelam inofficiosa: donationis, non fit in vita patris, sed post mortem ad petitionem filiorum: nam nullum jus habent in vita patris, ut in l. fin. et ibi notat Bart. D. de liber. agnosc. et si dicatur, quod eveniet inconveniens, et damnum filiis in vita patris propter alimenta, si forte sunt pauperes, dicendum est, secundum Cyn. Rayn. et Joan. de Imol. in dict. §. *Imperator*, quod in illum, in quem transeunt bona per donationem, transibit hoc onus alimentorum, ut in l. *si quis a liberis* 5. §. fin. D. de liber. agnosc. et opinione Bart. dicit veriorum Ludov. Roma. consil. 26. movetur prout Bart. ex cap. *quicumque*, 17. q. 4. ibi, *cum filios non haberet, neque speraret*, prout etiam sunt verba nostræ legis, et ex aliis, quæ poteris videre per eum: et ita tenet Socin, dicens esse communem opinionem, quod possit renunciari, consil. 147. incipit *visa facti contingentia*, vol. 2. col. fin.

(3) *Dicsse*. Et sic non haberet locum ista lex in venditione, vel alio contractu oneroso, sed in contractu gratuito donationis: quod intellige, nisi venditio esset facta modico pretio, secundum Bald. in dict. l. *si unquam*, et in l. 1. C. de pactis, et adducit latè Socin. consil. 215. col. 1. et 2. vol. 2. Quid si donetur pro dote alicujus puellæ ab alio quam à patre? an revocetur talis donatio ex supervenientia liberorum? Habui de facto, et defendi, quod adhuc habeat locum ista lex, et dict. l. *si unquam*, quia adhuc talis pro dote datio dicitur mera liberalitas, et donatio, ut in l. fin. §. *si à socero* l. D. que in fraud. creditor. l. 1. §. *accedit* 13. C. de rei uxori. action. cum siml. et in terminis adducebam consil. Alex. 71. vol. 4. et nunc in commento hujus legis vide Andr. Tiraquel. idem tenentem, et allegantem dict. consil. Alex. in dict. suo commento l. *si unquam*, super verbo *donatione largitus*, num. 193. ibi, *duodecimo ista dotis mentio*, vide ibi. In donatione verò ob causam, quæ respiceret favorem donantis, quatenus respiceret, et valor causæ concurreret, non haberet locum ista lex, ut tenet Ang. in dict. l. *si unquam*, et Alex. consil. 40. vol. 4. dicitur Andr. Tiraquel. in dicto verbo *donatione largitus*, num. 122. In donatione etiam remuneratoriâ non haberet locum ista lex, neque dicta l. *si unquam*, ut tenet Ang. notabiliter ibidem, et Decius, qui alios recitat, consil. 20. et dictus Andreas in dicto verbo *donatione largitus*, num. 11. usque ad num. 94. ubi multa dicit, et declarat quinque declarationibus: adde Decium consil. 366. col. pen. Et in donatione mutua, seu reciproca, an habeat locum ista lex, vide eundem Andr. Tiraquel. in dicto verbo, ubi de aliis multis in hac materia. Et an habeat locum ista lex in filia renuntiante juxta formam cap. *quomodo pactum, de pactis* lib. 6. vide Decium consil. 181. in fin. Et quid in legato facto, an revocetur per supervenientiam liberorum, vide Alex. consil. 31. vol. 3. et Bart. in l. pen. D. de confirm. tutor. Et an procederet ista lex in donatione juris nondum delati, vide Socin. consil. 39. vol. 3. Et quid si filius major renuntiet majori, et velit, ut succedat secundogenitus? au si primogenito postea nascatur filii, possit petere majoriam, decides ex notatis per Paul. de Cast. et alios in l. *si actioem, C. de pactis* et ex his, quæ habentur in cap. unico, *de eo, qui fidem fecit agnato de feudo paterno*.

(4) *A otro*. Quicumque sit ille, sive libertus, sive extraneus: et sic cessabant opiniones, nam Azo in summa, C. de revocand. donat. tenebat, l. *si unquam* non procedere, si donaretur alii, quam liberto: idem tenuerunt Guill. de Cug. et Cyn. in l. 1. C. de inoffic. donat. quam opinionem dicebat procedere in puncto rationis Socin. in dict. consil. 53. Com-

munis tamen opinio post Gloss. in dict. l. *si unquam*, erat in contrarium, quam sequitur ista lex. Quid tamen si donaretur filio proprio? Dic, quod tunc non revocatur, nisi usque ad debitum honorum subsidium, l. *si totus* 5. C. de inoffic. donat. Bart. in dict. §. *Imperator*, col. 1. et idem, si donaretur Ecclesie, vel pio loco, ut in cap. *quicumque*, ubi text. cum Gloss. 17. q. 4. Bart. in §. *Imperator*, supra alleg. Sed an revocabunt filii postea nati per querelam inofficiosa: donationis, vel ex dispositione hujus legis, vel dictæ l. *si unquam*? Pendet decisio, an in donatione facta filio jam nato pater de aliis filiis nascituris cogitavit, vel non, juxta ea, quæ dixi supra in gloss. 1. Et quid si donatio facta jam nato erat magna, non tamen excedit valorem tertie, et quinte partis honorum, et partem legitimæ talis filii? an filii postea nati revocabunt talem donationem? Videtur, quod non: quia pater visus fuit talem filium jam natum meliorare in dicta tertia, et quinta honorum, ut in l. 26. in *Ordin. Taurinis*. Dicitur tamen Dominus Episcopus Caburgitanus in loco supra allegato, in gloss. 2. tenet contrarium, imò quod revocabitur donatio, et reducitur ad æqualitatem cum aliis filiis, et non habebit talis filius unicus majorem partem, ex dicta consideratione quod visus fuit pater meliorare eum: nam cum esset unus filius tantum, non cadit, quod videatur meliorare: quia non debet præsumi illa prædictio, neque melioratio respectu nasciturorum, quorum merita nondum novit, et quia facultas meliorandi intelligi debet, pluribus filiis extantibus, inter quos cadere possit affectio, et prædictio; quæ cessat, quando unicum tantum habet: et licet nihil alleget, ad hoc potest allegari text. in §. *datur, Instit. de assignat. libertor.* ubi habetur, quod illa facultas (de qua in illo tit.) assignandi libertum, datur ei, qui duos pluresve liberos habet, et ibi glossa parva dicit, quod in unico filio hoc non est necesse; et facit etiam text. in l. *cum pater* 77. §. *hæreditatem* 4. in fin. D. de legat. 2. ibi: "Virgines autem inter eos fieri, qui eo tempore vixerint, cum de aliis eligendi potestas non fuerit." Præterea, cum ista revocatio fiat ex præsumpta mente patris donantis, qui, si alios sibi filios nasciturus cogitasset, non tantum filio unico, quem habebat, donaret, sed æqualitatem inter eos servaret; non potest dici, quod dictus filius unicus videatur melioratus à patre: et sic opinio dicti Domini Episcopi auctoritate summa æquitate, et veritate, et ego credo esse veram in hoc. Subdit etiam dictus Dominus Episcopus, in tantum hoc procedere; quod si pater unice filia: donationem magnam pro dote fecisset, supernascentes filii, non relicto sibi tertio, donationem usque ad suam legitimam revocarent; neque in hoc secundum eum gener videbitur deceptus, etsi prætendat causam onerosam: cum imputet sibi, qui non providit in casu supernascentium liberorum, neque ignorare debuit dispositionem dict. l. *si unquam*. Neque huic ultimæ conclusioni adversari dicit l. 20. in *Ordin. Tauri*, qua cavetur, quod ad hoc ut dicatur dos inofficiosa, debeat considerari, quod excedat legitimam, et tertiam, et quintam partem honorum: quia, secundum eam, illa lex loquitur, quando dos venit moderanda per querelam donationis, seu dotis inofficiosa: non autem quando revocatur ex dispositione dictæ leg. *si unquam*, et hujus nostræ legis: et subdit istud esse rationi, et æquitati consonam, et per hoc evitari parentum quorundam affectiones indiscretas, ut ibi latius per eum. Cui ego in hoc non assentio, nam cum talis dotis datio à patre fiat, judicatur non mera donatio, sed ob causam, ut probatur in l. *cum multe* 20. C. de donat. unde nup. et ibi Gloss. et Bal. col. 2. l. *Pomponias Philadelphus* 35. D. *famil. cresci*, unde talis donatio non revocatur per invidiam sequentium liberorum: ita tenet Jaso consil. 171. et ante eum Socin, cujus ipse meminit, consil. 147. incipit *visa facti contingentia*, col. fin. vol. 1. et novissime Tiraquell. in dict. commento suo, vers. *donatione largitus*, num. 196. Pro opinione tamen Domini Episcopi facit, quia licet pater testator ex paterno oficio dotare filium, non tamen potest negari, quia exercet liberalitatem, et donationem in filium, ut probatur in l. 2. ibi, *parentum munificentia*, C. de bonis, quæ liber. facit etiam opinio illa quam plurimum Docto-

(5), que si despues (6) ouiesse fijo, o fija, de su muger legitima (7), con que casassē despues (8),

rum, in taxanda dote filie metam esse legitimam, ut tradit Salic. in authent. *res que*, 2. notabil. *C. com. de legat.* et Alexand. qui alios refert consil. 69. vol. 1. et vide hodie novam pragmaticam factam in Cariis de Madrid, anno Domini 1534. petitione 101. quod ergo dat ultra legitimam, non ex debito, sed ex liberalitate facit; ergo habebit locum ista lex, et l. *si unquam*; ad quæ tamen potest responderi, non esse veram illam opinionem, quod in dote filie meta sit legitima, sed considerata est dignitas filie, et quantitas facultatum patris, et numerus liberorum, ut in l. *si filie pater* 43. D. de legat. 3. l. *quæro* 60. cum l. *si quando*, D. de iure dot. l. 5. tit. 7. 6. *Partida*, ubi textus notab. et tradit latè Socin. consil. 288. col. 7. cum seq. vol. 2. Decius consil. 26. et consil. 180. et dos, quam pater assignat filie, iudicanda est competens, cum nullus melius, quam pater sciat capere consilium pro filia, l. *neque in ea*, D. de adulter. Præterea, si pater volens acquirere generum divitem, et potentem, det dotem filie, etiam excessivam, dictis considerationibus attentis, non potest negari, quin faciat suum negotium, et utilitatem sibi, et suæ familiæ: ergo donatio est ob causam, et sic non procedit dispositio huius legis, neque l. *si unquam*; quod tamen cessat, quando extraneus donaret causa dotis, ut supra dixi: tunc enim cessant istæ utilitates, et causæ, et mera liberalitas exercetur. Posset tamen salvari opinio Domini Episcopi, quando pater desperans de aliis liberis, et cum posset dotare filiam minori dote cum marito illo, cum quo contraxit, dedit sibi amplio rem dotem, considerans se nullum alium filium habere: tunc, quia exercet donationem simpliciter, et cessant dictæ, vel consimiles considerationes, nil mirum si tunc revocetur donatio in eo, quod dos fuit excessiva.

(5) *O gran partida dello*. L. *si unquam*, unde ista sumitur, dicit aliquam partem; unde verificari videtur in qualibet parte etiam minima, ut alias dicit Gloss. in Clem. 1. in verbo *aut earum parte, de foro compet.* Bald. tamen in l. 1. *C. de inoffic. donat.* et in l. *sicut certi*, et in l. *si cum vel in utero*, *C. de testam. milit.* tenet, quod requiratur, ut saltem pars sit dimidia, per l. *nomen filiarum* 164. §. *partitionis*, D. de verb. signif. Bart. verò in dict. §. *Imperator* tenet, quod verificetur, etsi donat quis rem particularem, et sic non quotitativè, et Franciscus Curtius senior consil. 1. col. 6. adducit auctoritatem Baldi, et Joan. de Imol. quod saltem sit quarta pars bonorum. Ego hoc relinquere arbitrio iudicantis, et sic, quod donatio ascendat ad talem portionem, vel res particularis donata, quod non esset verisimile se donaturum, si de liberis cogitaret: et hoc tenet Joan. Bapt. de Sancto Seve. in dict. l. *si ut certi*, et l. *si cum vel in utero*, dicens, ita vidisse iudicari in Civitate Senarum, et tenet Franciscus de Aret. in l. *Titius*, in princ. D. de liber. et posth. Socin. in dict. consil. 53. col. 5. et istud voluit ista lex, cum dicit *gran partida*, licet posse dici, quod imò hoc verbum innuat, quod requiratur, ut donatio sit majoris partis bonorum, ut in l. *propter litem* 21. et ibi Bald. de excus. tutor. sed tenendum est, quod dixi, cum ista materia tendat ad præsumptam mentem donantis, et quia aliud est dicere *plurima parte*, ut in dict. l. *propter litem*, aliud *magnam partem*; de quo etiam vide Andr. Tiraquell. in commento illius l. super verbo, *omnia, vel partem aliquam*, num. 27. cum sequent.

(6) *Si despues*. Sive modico intervallo, sive magno postea nascentur; dum tamen de liberis tempore donationis non fuit cogitatum, ut quia fortè maritus diutius ab uxore prægnante abfuisset, quæ statim post donationem peperit filium, argum. D. de captivis, l. 1. et idem, si tempore donationis habebat filium, quem tamen ignorabat se habere, ex mente, et sententia huius legis, et probatur in l. *sicut certi* 9. et in l. *si cum vel in utero* 10. *C. de testam. milit.* et l. *Titius* 25. §. *Lucius*, D. de liber. et posth. et est de mente Bart. in repet. l. 1. 2. quest. principali, *C. de Sacrosanct. Eccles.* tradit dictus Andr. Tiraquell. in commento dict. l. *si unquam*, super verbo *filios non habens*, num. 14. et 15.

(7) *De su muger legitima*. Non ergo procedit dispositio

hujus legis in filiis adoptivis, neque in spiritualibus quos donator de sacro fonte levavit, neque in monasterio in quo donans ingrederetur, neque in filiis naturalibus, etiamsi ex rescripto Principis legitimum: de adoptivis voluit expressè Paul. de Cast. in l. 2. *C. si quid in fraud. patron.* Alexand. consil. 40. vol. 4. Decius consil. 399. de spiritualibus patet, quia isti non succedunt patribus spiritualibus, ut notat Anton. et Abb. in cap. *tanta, qui filii sint legit.* tradit dictus Andr. Tiraquell. in dict. l. *si unquam*, super verbo *suscepit liberos*, num. 21. cum sequent. de Monasterio tenet Alber. in dict. l. *si unquam*, Francisc. de Aret. in l. 1. col. 7. D. de testam. et tradit dict. Andreas super dicto verbo, num. 36. et 37. vide ibi num. 42. an revocet saltem usque ad legitimam: de filiis naturalibus tenet Oldreal. consil. 278. incipit *dicit quantum ad claustrales* in 3. *dubio*, per l. *qui libertinus*, §. pen. D. de operis libert. et l. *generaliter*, §. *cum autem, C. de instit. et substit.* sequitur Tiraquell. ubi supra num. 45. Ripa tamen ibi quest. 28. vult contrarium, ex præsumpta voluntate donantis, quæ fuit ratio dict. l. *si unquam*. Ista lex Partitarum favet primæ opinioni, ut dixi in princ. huius gloss. et idem dicit Tiraquellus, esse de filio naturali respectu matris donantis, num. 51. si tamen essent tales filii naturales, qui matri possent succedere ex testamento, et ab intestato, veluti qui non sunt ex damnato coitu; videtur, quod per istos revocetur donatio, ex quo etiam dicere possunt inofficium testamentum matris: vide ibi per eum, et l. 9. in *Ordin. Tau-ri*, et adde quæ notat Alex. consil. 40. vol. 4. 4. *dubio*: de filiis natalibus restitutus, vel per Principem legitimatis, quod donatio prætextu eorum non revocatur, tenet Salic. in dict. l. *si unquam*, Bald. in l. 1. col. pen. *C. de inoffic. donat.* et in l. 2. *C. si quid in fraud. patron.* et in cap. *innotuit, de election.* ubi contrarium dicit esse, si legitimeretur talis filius per subsequens matrimonium: nam per istum revocatur donatio: vide de his latè per dictum Andream super dicto verbo, num. 58. et 59. cum multis sequent. et Decium consil. 307. col. fin. et latè consil. 366. Adverte tamen, quia ista lex videtur decidere, quod imò et per legitimum per subsequens matrimonium non revocetur donatio, dum dicit: *Que si despues ouiesse fijo, o fija de su muger legitima con que casasse despues*: vult enim ista lex, ut requiratur filium natum esse ex uxore legitima, et sic quod tempore conceptionis nascatur ex uxore legitima: quia qualitas adjuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi, l. *in delictis* 4. §. *si detracta* 3. D. de noxal. l. *si extraneus* 6. D. de condic. ob causam: et sic innuit secus esse, si non nasceretur ex uxore legitima, licet postea ex subsequenti matrimonio legitimeretur: neque est de hoc mirandum, cum etiam attenda sola dispositione juris communis. Alexand. in l. *Gallus*, §. *et quid si tantum*, col. fin. D. de liber. et posth. hoc idem videtur tenere, motus hac ratione, quod huiusmodi legitimitas non trahitur retrò in præjudicium legitime nati, ut notat Joann. And. in regula, *sine culpa, de reg. jur.* lib. 6. et in cap. *tanta qui filii sint legit.* quia tamen hoc est rigidum, cogitandum super hoc relinquere: vide quæ dixi in l. 1. tit. 13. *Part. 4.* in gloss. super verbo *non legitimos*.

(8) *Con que casasse despues*. Hoc dicit, quia certum est, quod de filiis natis de tali uxore, donator tempore donationis non cogitavit. Non tamen intelligas, quod si ex uxore, quam tempore donationis habebat, nasceretur, quod idè donatio per istos non revocaretur: nam idem esset de eis dicendum, si et similiter appareret, de eis donantem tempore donationis non cogitasse, cum militet eadem ratio; et ita tenet Bald. in dict. l. *si unquam*, in casu positione: et in dubio, an præsumat cogitasse de liberis, vel non, vide Bart. in dict. §. *Imperator*, col. pen. versic. *quæro, quid si in dubio*. Et nota quod in eo, qui non potest opinari, quod naturaliter sit habiturus filios, sed est desperatus se posse habere eos; tunc licet de filiis cogitaverit, habebit locum huius legis dispositio, secundum Socin. consil. 126. vol. 3. col. 2. versic. *aliquando, et tertio*, et hoc ex ratione, in qua fundata est ista lex, et dicta l. *si unquam*: vide ibi per

que luego (9) que los ha, es reuocada (10) por ende la donacion, e non deve valer en ninguna manera (11). E si por aventura alguno que ouiesse hijos legitimos, quisiesse fazer donacion a otro, puedelo fazer en tal

manera, que todavia finque en saluo a los hijos la su parte legitima, tambien en vida (12) de su padre, como despues de la su muerte. E la parte legitima es, segun dize en el Titulo del establecimiento de los herederos. E si

eum, qui dicit hunc casum non reperisse à Doctorib. decimum: et subdit ibi col. 4. quòd promissio de non revocando propter liberos suscipiendos, et renuntiatio dictæ l. si unquam videtur intelligenda respectu filiorum, et de filiis alienatione, ut probatur in l. nomen 34. §. 1. et ibi Gloss. in verbo prope, D. de legat. 3. notat Bald. in l. fraus, D. de legib. Et an ista prohibilio, quòd parentes non donent, neque in ultima voluntate legent ultra quintam, intelligatur de ipsis bonis parentum, et proprietate eorum tantum, an etiam comprehendat fructus quos in vita parentes habent de suis propriis bonis, ut sic fractus in hoc judicentur, sicut cætera bona? Est palestrum dubium, et non meminimus me vidisse per aliquem tactum, nisi per Socin. consil. 93. vol. 1. incipit circa primum præsentis consultationis articulum in 3. dubitatione, ubi arguit ad utramque partem, et tandem concludit, quòd idem sit iudicium de fructibus sicut de cæteris bonis, deducto eo, quòd attinet ad necessitatem victus, attenda personæ qualitate, et dignitate, juxta notata per Gloss. et Doct. in l. maritum, D. solut. matrim. l. plenum 12. §. equitii 4. D. de usu, et habit. et loquitur ibi Socin. in casu suo multum conformi ad leges nostri Regni, ubi per statutum fuerat augmentata legitima filiorum, et parenti tantum licebat disponere de quarta parte honorum: movetur ipse, quia lex generaliter loquitur, ergò generaliter debet intelligi, l. 1. §. et generaliter, D. de legat. præstand. cap. si Romanorum, 19. distin. non enim minus dicuntur bona fructus percepti ex bonis quam ipsa bona, quæ à beando dicuntur, l. subsignatum 39. §. bona, D. de verb. signific. neque in eis potest dari ratio differentiar: et cum verba statuti non repugnent, sed proprie verificentur, verificari et debet dispositio, l. 1. §. si is qui novem 19. D. de executor. et confirmatur hoc per casum, quem dicit singular. in l. fin. vers. pen. D. de requirendis reis, ubi patet, quòd dispositio illius tituli, per quem immobilia, et mobilia absentis citati annotantur, et conscribuntur, ut si veniat intra annum recuperet, interpretantur per illum testam, ut vendicat sibi locum in fructibus postea perceptis illo anno, qui inter mobilia computantur: adducit etiam dictum Baldi in cap. 1. in fin. princ. de pace tenenda, quòd publicatio mobilium, quæ fit ob pacis violationem, vendicat sibi locum in fructibus: adducit etiam l. Paulus 29. §. 1. D. de pign. et l. quamvis 3. C. in quibus caus. pign. vel hypoth. tacit. contrah. cum concord. ibi allegat in gloss. et quòd fructus augment ipsam rem, l. item veniant 20. §. 3. vers. fructus, D. de petit. hered. et dicit Jacob. Butr. in l. jubemus, C. ad Trebel. quòd fructus censentur res hereditariæ, sicut et reliquum patrimonium: et quia ejusdem naturæ debet esse augmentum: sicut et ipsa res principalis, l. etiam si 8. C. de jure dot. l. si convenit 18. §. si nuda, et quòd ibi Bart. dicit, D. de pignor. action. l. fin. C. de frument. urbis Constantinopol. lib. 11. allegat etiam alia, quæ ibi poteris videre: et ad finem etiam subdit bonum verbum, ista non esse ita amare recipienda, ut et si parens aliquantò magnas expensas fecisset in victu, et aliquos fructus erogasset in pios usus, deberet fieri imputatio in illam quintam, vel quartam partem in casu suo; sed si deberet superesse notabilis quantitas, ita quòd verisimiliter, si non invenitur, parens in alias personas præsumat verosimiliter erogasse. Contra ista tamen dicta Socin. urget textum notabilis, et ibi Bald. in l. cum oportet 6. §. non autem 2. C. de bonis quæ liber. ubi habetur, quòd pater, qui habet usumfructum in bonis adventitiis filii, potest istam usumfructum donare, et relinquere, cui voluerit, neque ex hoc filii poterunt intentare querelam inofficiosæ donationis: et sic licet isti fructus sint bona patris, disponit tamen de eis liberè, ut ibi patet: urget etiam dictum Didaci de Segura in rep. l. 1. §. si vir, col. 26. D. de acquir. posses. ubi motus ex dicto Gloss. in l. generaliter, §. plane, in verbo ex aliqua causa, in fin. D. de fideicommissis. libertat. insert,

(9) Que luego. Et sic, non expectata morte donantis, ut filius sic revocet; imò et ipse pater statim potest, ut hic, et apertius in dict. l. si unquam, ubi gloss. fin. filius tamen vivente patre non posset agere ad revocationem, secundum Cin. et Joan. Fab. in l. 1. C. de inoffic. donation. Si tamen egeret filius, recursum haberet contra donatariam ad alimenta, ut in dict. l. si quis à liberis 5. §. fin. D. de liber. agnose. Mortuo tamen patre, filius revocabit, sicut et pater poterat, licet et pater in hoc nullam declarationem suæ voluntatis fecisset, secundum Alberic. in dicta l. si unquam, ex quo lex ipso jure revocavit.

(10) Es reuocada. Ipso jure, ut hic dicitur, et notat Gloss. dict. l. si unquam, et si possessio per constitutum fuit translata in donatarium, redit in donatorem constituto ipso resoluta, secundum Philipp. Decium consil. 366. ad fin. quia constitutum sequitur naturam ejus actus, cui apponitur, Bald. in l. ex testamento, ad fin. C. de fideicommissis. et in cap. 2. de feud. dat. in vicem leg. commissor. et adde, quòd revocabitur donatio, etsi sit jurata, ut notat Bart. in dict. §. Imperator in fin. et est communis Doct. conclusio.

(11) Manera. Id est, revocatur in totam, ut in dict. l. si unquam, et quia licet filii postea nati decedant, donatio non reconvalescit, secundum Alberic. ibi, et Bart. in dict. l. Titia, §. Imperator, col. pen. vers. quæro, pone filii sunt nati, D. de leg. 2. licet Alberic. in l. 1. D. de assig. libert. argum. illius legis contrariam inferebat.

(12) En vida. Id est, neque in vita, neque in morte donabit, vel legabit ultra legitimam: vide l. 28. in Ordin. Tauri, ubi habetur, quòd vigore diversarum Legum Fori permittentium donari posse in vita per parentem, habentem filios legitimos, quintam partem, et etiam in morte posse legari extraneis, vel pro anima quintam, parens non potest nisi unam tantum quintam donare, vel legare, sive in vita, sive in morte; et licet illa lex loquatur, quando donat, vel legat descendentes, à fortiori si extraneis; et sic per illam legem tollitur illa antiqua Doctorum Hispanorum dubitatio, an vigore illarum legum Fori possint parentes disponere de duabus quintis; de qua questione vide Roderic. Suarez in calce comment. sui super l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testam. qui tamen ad decisionem oblitus est hujus legis Partitarum, ex qua satis probatur, quòd non possit disponere parens ultra unam quintam partem, sive in vita, sive in morte, ut salva sit legitima filiis, quæ est hodie omnia bona, excepta quinta: et satis probat ista lex, hoc procedere, sive disponat parens per modum quotæ, sive particularium rerum donationes faciendò in vita: et dicit Roder. ibi unum bonum verbum, quòd ubi pater in vita non donasset quintam per modum quotæ, sed fecisset aliquas particulares donationes modicas (ut fit quotidie), quòd non consuevit attendi, ut tempore mortis habeatur consideratio ad diminuendam quintam partem honorum, quam pro anima legasset, propter illas particulares modicas donationes factas à patre in vita: quia esset hoc quodammodo ligare manus patris, ut indulceret interdictio distributionis, et administrationis honorum; quòd, secundum eum, non esset procul ab iniquitate; et nihil allegat ad hoc, nisi consuetudinem, et absurditatem, quæ aliàs resultaret. Et certè, quando esset modicus excessus, et filii parùm gravarentur in legitima ex donationibus minutim factis in vita, æquum videtur hoc

el padre fiziere mayor donacion, puedenla reuocar los hijos, fasta en la quantia de la su parte legitima (13).

LEY IX.

Fasta que quantia puede fazer ome donacion de lo suyo; e de lo que demas fiziere, que sea reuocado.

Emperador, o Rey, puede fazer donacion, de lo que quesiere, con carta (1), o sin carta,

quòd si pater habens plures filios uni eorum donavit bona sua ita inofficiosè, quòd postea alii filii revocaverunt hanc donationem, tanquam inofficiosam per tit. *de inoffic. donat.* remanente apud hunc filium donatarium legitima parte sua, et tertio, et quinto bonorum: quòd hoc casu fructus, quos percepit talis filius respecta illius partis, quæ ei auferatur per alios fratres, non tenebitur restituere, arg. l. *ea deum* 6. C. *de collat.* Sed si rectè inspiciantur, ista non obstant: nam in his casibus fructus non percipiuntur ex re patris, ut sic eodem jure censeantur, prout vult Socin. sed proprietates bonorum adventitiorum est filii; et etiam dominiam rerum donatarum filio, ut in casu Dilaci de Segura, est ipsius filii: et sic non potest dici, quòd talis fructus sit de bonis patris, neque in suo patrimonio: quia ex quo exiit dominium ab eo per donationem, fructus ex re donata non fuerunt sui, et ut dicit Bald. in l. *fin.* C. *de usucap. pro donato*, fructus, et accessiones rei non dicuntur propriè donari, quia non cadunt in contractu secundum formam contractus, et idè, secundum eum, non augent quantitatem donationis, neque requirunt insinuationem, l. *in adibus*, §. *ex rebus*, et ibi Gloss. D. *de donation.* Et sic remanent vera dicta Socini cum istis duabus limitationibus; scilicèt, si pater donet usumfructum, quem habet in bonis filii: quia ista donatio non revocabitur per querelam inofficiosæ donationis, prout dicit Bald. in dict. §. *non autem*: item si fructus proveniant ex re alteri donata, et tradita; quia tales fructus non augent rem donatam, ut dicit Gloss. in dict. §. *plane*, et probatur in dict. §. *ex rebus*, nec fuerunt in bonis patris: tene ista menti, quia quotidiana sunt.

(13) *Legitima.* Habes hic, quòd donatio inofficiosa, facta in præjudicium filiorum jam natorum, revocatur per querelam inofficiosæ donationis usque ad legitimam tantum, et non in totam: super quo de jure communi fuerunt diversæ opiniones inter Azon. et Hugolin. Glossatores, ut dicit Gloss. in l. *C. de inoffic. donat.* in gloss. mag. 5. q. et opinio Hugolini ibi recitata, distinguuntis inter donationem inofficiosam, re et consilio factam, vel re tantum, magis communiter per Doct. ibi approbatur, et ita attestatur Socin. consil. 126. col. 1. vol. 3. Hæc lex approbat opinionem Azon. ut nulla facta distinctione, tantum usque ad legitimam revocetur; quam opinionem etiam tenuit Bald. in dict. l. 1. col. 4. et sub dubio fortè dicit ibi Paul. col. 3. istam opinionem fore meliorem. Et adde ad istam legem, quòd neque remunerando potest parens donare in præjudicium legitimæ filiorum: et sic donatio etiam remuneratoria revocatur usque ad filiorum legitimam, ut voluit Gloss. et ibi notant Fulg. Paul. de Castro, et Jaso in authent. *unde si parens*, C. *de inoffic. testam.* licèt secus sit in liberto, ut in l. *vicius* 9. D. *si quid in fraud. patron.* Quid autem si pater alienet bona in fraudem filiorum titulo oneroso? an filii revocent usque ad legitimam? Vide Bart. in l. *non usque adeo*, D. *si quis à parente fuer. manum.* et latius Bald. in l. 2. versic. *quæro an filius*, C. *si quid in fraud. patron.* Paul. de Cast. in l. *Imperator*, D. *ad Trebel.* Joau. And. in addit. *ad Spec.* tit. *de reb. Eccl. nup. alien.* super parte *cæterum*, l. 2. Alexand. consil. 57. vol. 5. Et an filii possint in casu, in quo pater dilapidat bona, petere ut eis assignetur aliqua possessio patris pro alimentis? Vide Bald. in dict. l. 2. versic. *sed pone pater*: et quid de bonis, quæ

e valdra. Esso mismo dezimos que puedan fazer los otros omes, quando quieren dar algo de lo suyo al Emperador, o al Rey. Ca guisa da cosa es, que como ellos pueden fazer donaciones por carta, o sin ella, que los omes pueden dar a ellos lo que quisieren, en essa misma manera. Pero dezimos, que quando el Emperador, o el Rey, faze donacion a Iglesia (2), o a Orden, o a otra persona qualquier, assi como de Villa (3), o de Castillo, o de otro logar en que ouiesse Pueblo, o se poblasse despues (4); si

pater perdidit in ludo, an revocent filii usque ad legitimam? Vide Bald. in l. 1. C. *si quid in fraud. patron.* et Angel. in suo tractat. *malific.* in parte *metidore de mali dati*, col. 3. et per Jason. in l. *in executione*, §. *fin.* D. *de verb. oblig.*

LEX IX.

Valet donatio sine insinuatione usque ad quingentos morapetinos auri; et ultra non valet, nisi cum licentia, et scientia iudicis loci, ubi fit donatio: tamen in donationibus factis à Principe, vel à privato Principi, non requiritur insinuatio; nec in dote, nec in donatione propter nuptias, quantumcumque sit in summa; nec in donatione pro redemptione captivorum, aut refectione Ecclesiæ, vel domus, aut hospitalis. Et si Imperator donat alicui Villam cum suis iuribus, non intelligitur concessisse monetam, nec merum imperium; nisi specialiter concedat. Et si specialiter concedit, nihilominus tenetur facere pacem, et guerram pro eo donatarius, et erunt appellationes Principis. Hoc dicit.

(1) *Con carta.* Quando donatio excedit quingentos solidos, requiritur scriptura, ut hic, et in l. *donatio* 25. et in l. *pen.* C. *ead.* notat Gloss. in cap. 1. *de censib.* lib. 6. fallit in donatione, quam facit Princeps privato, vel privato Principi, quæ neque requirit scripturam, neque insinuationem, ut hic, et in l. *sancimus* 34. in princ. versic. *exceptis*, et in authent. *ibi posita*, C. *ead.*

(2) *A Iglesia.* Habes hic, juncto verbo, quod est infra ead. l. ibi, *Justicia de sangre*, quòd in generali donatione, seu concessione castris, seu loci, non venit merum imperium; etiamsi donetur Ecclesiæ. Cujus contrarium in donatione facta Ecclesiæ per Principem, tenuit Din. in quodam suo consilio relato per Joan. Andr. in addit. *ad Spec.* tit. *de jur. omn. judic.* in additione super verbo *pastoralis*, et tenuit Oldral. consil. 252. incipit *ad questionem*, per fundamenta, quæ ibi videbis: et hoc idem, quod in ista lege in hoc disponitur, tantum etiam est per l. *Ordin.* tit. 9. l. 2. lib. 5. quæ facta fuit ad declarationem hujus legis, et l. *pen.* tit. 15. *Part.* 2.

(3) *Villa.* Villa, et castra sunt quædam nomina, quæ in se continent jurisdictionem, et honorem, et districtum, et jus patronatus: vide Bald. in cap. unico, col. 3. *de capit. qui curiam vend.* Bart. in l. 1. §. *sive autem*, D. *de novi operis nuntiat.* et dicuntur villa, ædificia sine muris, ut patet *Levitic.* 25. c. v. 31. et dicit Bart. in extravag. *ad reprimendum*, in gloss. super parte *provincie*. Et an posset Rex homines suos stipendiarios alterius facere, ita quod transseant in ejus dominio, tradit Lucas de Penna concludens, quòd non, in l. unica, C. *de capit. civ. censib. exim.* lib. 11. quod nota ad l. *de Valladolid.* et limita, ut in l. 51. tit. 18. *Partit.* 3. Quid autem si Rex donavit mihi castrum, reservatis sibi quibusdam vassallis, quod castrum multiplicatum est postea in hominibus, et magnitudine? quæritur, ad quem pertinebit illud augmentum? Dic, quòd distinguendæ sunt familiæ, undè processerunt: quia progenitores suos suffecti sequi debent, ut C. *de agric. et censit.* l. *cum scimus* 22. lib. 11. ita Bald. in c. 1. §. *si quis de manso*, col. 3. versic. *sed pone, de controu. invest.*

(4) *Despues.* Posset hoc fieri absque alia auctoritate superioris, ut notat Bald. in l. *ex hoc jure*, D. *de justit. et jure*: licet enim ædificare villas, et castra in loco proprio,

Ley 2, tit. 7, libro 10, Novis. Recop. quando gelo dio, otorgo por su preuillejo, que gelo daua con todos los derechos (5) que auia en aquel logar, e deuia auer, non sacando ende ninguna cosa; entriendese, que gelo dio con todos los pechos, e con todas las rentas, que a el solian dar, e fazer. Pero non se entiendo, que el da ninguna de aquellas cosas que pertenescen al señorio del Reyno (6) señaladamente, assi como moneda (7), o justicia de sangre (8). Mas si todas estas cosas fuesen puestas, e otorgadas (9) en el preuillejo de la donacion, estonce bien passaria al logar, o a la persona, a quien fuesse fecha tal donacion; saluo ende, que las alçadas (10) de aquel logar deuen ser para el Rey que fizo la

donacion, e para sus herederos; e deuen fazer guerra, e paz (11) por su mandado. Otrosi dezimos, que todo ome puede fazer donacion por carta, o sin ella, dando quanto quisiere, para sacar catiuos (12), o para refazer alguna Iglesia (13), o casa derribada; e por dote, o por donacion que se faze por razon de casamiento. E avn dezimos, que si algund ome quisiere fazer donacion a alguna Iglesia, o a logar religioso, o a Ospital, que lo puede fazer sin carta. Pero si quisiere dar a otro ome, o a otro logar, puedelo fazer sin carta fasta quinientos maravedis de oro (14). Mas si quisiere fazer mayor donacion (15) de lo que es sobredicho en esta ley, lo que fuesse dado

ut in l. *quicumque* 3. C. de fundis limitroph. lib. 11. tamen tale castrum, sic in loco proprio edificatum, nullam habet jurisdictionem; sed ille, qui est dominus Civitatis quoad jurisdictionem, est dominus illius castri, l. *nulli* 28. C. de Episcop. et Cler. l. *qui ex vico* 30. D. de municip. est enim edificium ejus jurisdictionis, cujus est solum, secundum illam regul. *quidquid edificatur*, etc. secundum Bald. in l. 1. versic. *in initio*, D. de offic. prefect. urb. col. 2. in fin. ubi ipse ponit notabilem questionem, ad cujus decisionem confert ista lex: ponit enim, quod Princeps donavit mihi locum publicum, puta talem montem, et ibi ego castrum edifico, cui deuto pro territorio totum montem: queritur, an castrum sit meum, et an habeam jurisdictionem, ac si Princeps donasset mihi sub nomine universali, scilicet territorii: cujus resolutio est, quod si Princeps donat sub nomine territorii, venit jurisdictio, et castrum est meum quoad proprietatem, et jurisdictionem, ut in l. *pupillus* 239. §. *territorium* 8. D. de verb. signific. si autem donasset, non expresso nomine universali, dicit Bald. quod non venit jurisdictio in concessione: quia merum, et mixtum imperium nominatum est concedendum, l. 1. D. de offic. ejus cui est mand. jurisd. et hoc idem videtur velle idem Bald. in l. *a procuratore*, C. mand. ubi dicit, quod nihil commune habet proprietas fundorum cum jurisdictione. Hæc tamen lex innuit, quod si donatio talis loci fuit cum omnibus juribus, quæ ibi Rex habebat, quod venit jurisdictio causarum civilium, non tamen merum imperium, facit l. *si quando* 2. C. de bonis vocant. lib. 10. sed tamen adhuc limitarem hoc, et intelligerem, quando sub nomine universali donaret, ut etiam hic innuit, cum dicit, *villa, o castillo, o otro logar*; et sic, quod sit ejusdem qualitatis, et universalitatis. Sed quid si aliquis fecit majoriam ex facultate Regis, vel legis, et inter cætera bona assignavit filio majori, et cæteris vocatis jurisdictionem alicujus castri, vel villæ? an ex hoc videatur donare majoriæ omnia alia jura, et redditus villæ? Et videtur, quod non per supradicta, et quæ habentur, et notantur in cap. unico, de capit. qui eur. vend. et potest induci ad hoc bonus text. in l. *alimentorum* 11. D. de assign. libert.

(5) *Los derechos*. Habes hic, et infra, cum dicit, *entendiense*, quid comprehendatur in donatione Principis, cum dicit, *cum omnibus juribus*; adde l. *si quando* 2. et ibi Lucas de Penna, et Joann. de Plat. C. de bon. vacan. lib. 10. vide etiam Paul. de Cast. in l. *pro parte*, D. de servit.

(6) *Del Reyno*. Quæ sunt ista, habes hic, et in l. penult. tit. 15. Part. 2. et ibi dixi.

(7) *Moneda*. Intellige, et declara, ut in dict. l. pen. tit. 15. Part. 2.

(8) *De sangre*. Est ergo de regalibus merum imperium, ut hic vides, et dicit Oldral. consil. 252. quod communiter dicitur per Legistas, merum imperium adherere ossibus Principis, quod nullo modo potest a se abdicare, et fuit dictum quorundam antiquorum, ut refert Joan. And. in dictis addit. ad Spec. in verbo *pastoralis*, tit. de jurisd. omnium judicium.

Tom. II.

(9) *Otorgadas*. Habes hic, quod Rex potest alicui concedere ea, quæ sunt regalia, et idem habetur in dict. l. pen. tit. 15. 2. Partit. quod nota, nam Lucas de Penna in l. *contra publicam*, C. de re milit. lib. 12. super hoc latè insistit, quod Rex non possit concedere regalia in perpetuum; imò neque ad tempus, nisi ille cui concederetur, esset multum proba persona, et utilis Regno: quod tamen talis concessio ad vitam Regis concedentis tantum valeat, habes in dict. l. penult. secundum quam ista est limitanda, et vide quæ dixi in l. 10. tit. 18. 3. Partit. in concessione vero meri imperii, vide quod habetur in dict. l. 2. tit. 9. lib. 5. Ordin. Regal. ubi et de donationibus castrorum, et villarum: an autem is qui reperitur in possessione regalium, de quibus hic, cogatur ostendere titulum suæ possessionis, videas per Lucas de Penna ubi supra, quod sic; et nisi ostendat, licitè compellitur ad restitutionem eorum: adde l. 4. tit. 1. lib. 2. l. 2. tit. 1. lib. 3. Ordin. Regal. et intelligit, et limitat Lucas de Penna ubi supra, quando lis est cum Rege, vel ad ejus petitionem instatur, ut ostendatur titulus; secus si questio sit inter privatos.

(10) *Que las alçadas*. Adde l. pen. tit. 15. Part. 2. et quæ dixi in l. 22. tit. 13. ead. Part. in gloss. super verbo *o le embargassen*, et quæ habentur in cap. *venientes* 19. de jurejur.

(11) *Guerra, e paz*. Adde l. pen. tit. 15. Part. 2. et quæ dixi in dict. l. 22. tit. 13. ead. Part. in glos. super verbo *o no le fiziessen hueste*.

(12) *Para sacar catiuos*. Adde l. pen. C. eod. et l. fin. C. de jure dot. et authent. *eo decursum*, C. de donat. ante nupt. ubi ista habentur.

(13) *Eglesia*. Approbat opinionem Pilei glossator, de qua per Joann. Andr. in addition. ad Spec. tit. de instrum. edition. §. *porro*, super verbo *illud*, quam ibi sequitur ipse; et eandem opinionem tenet Bart. in l. *illud*, C. de Sacrosanct. Eccles. sed Bald. in dict. l. *illud* tenet opinionem contrariam, scilicet, quod donatio facta Ecclesie ultra quingentos aureos exigat insinuationem, et videtur de mente Gloss. in l. *sancimus*, in princ. super verbo *quingentorum*, C. eod. et istam opinionem tenet etiam Salic. et Paul. de Castr. in dict. l. *illud*: ideò tene menti istam legem.

(14) *De oro*. Arbitror esse castellanos aureos hujus Regni; quod patet ex his quæ notat Paul. de Castr. in l. *quicumque*, col. 3. C. de servit. fugit. et in l. fin. in prin. ubi in individuo loquitur de istis quingentis aureis, C. comm. de legat. et ex his quæ notat Joan. de Plat. in l. *quotiens*, C. de suscept. et archer. lib. 10. in rubric. C. de veter. numism. potest. lib. 11. et Abb. in cap. *conquerente*, de offic. ordin. adde quæ dixi in l. 2. tit. 11. 3. Part.

(15) *Mayor donacion*. Sed quid si faciat pactum de non petendo aliquod debitum excedens dictam summam? an eget insinuatione? Joan. Andr. in addit. ad Speculat. tit. de instrumen. editione, §. *porro*, in addit. magna tenet, quod non, et Salic. in l. *creditori*, C. de pactis; Gloss. tamen tenet contrarium in l. *si quis obligatione*, D. de regul. jur. et Bart. in l. *Modestinus*, D. de donation. et est magis

demas, non valdria. Fueras ende, si lo fiziesse con carta, e con sabiduria (16) del mayor Judgador de aquel logar (17), do fiziesse la donacion.

LEY X.

Como por razon de desconoscencia se puede reuocar la donacion.

Desconoscientes son los omes a las vega-

communis opinio, secundum Alexand. in dict. l. *creditori*; ubi Jaso, et Socin. Quid autem si quis remittat penam caducitatis? an egeat insinuatione? Vide Bald. quod non, in cap. 1. in princ. *quid juris si post alien. vassal. feud. redem.*

(16) *Con carta, e con sabiduria.* Non ergo sufficeret presentia tabellionis, et testium; sed requiratur etiam presentia iudicis ultra notarium: ita dicit Paul. de Cast. in l. *acta* 45. D. *de re jud.* et sequitur ibi Alexand. et ante eos hoc tenuerunt Cin. et Bald. in l. fin. *C. qui admitti*, quos ipsi non allegant, ubi etiam tenet Jaso dicens se ita consuluisse; et dicit Paul. de Castr. in dict. l. *acta*, quod si aliud diceretur, omnia jura loquentia de insinuatione essent inania, cum de qualibet donatione conficiatur instrumentum: et quotidie practicatur in isto Regno, ut quando donatio excedit 500. aureos, insinuetur coram Iudice, et opponitur in palatiis de isto defectu, neque unquam fuit receptum, ut sufficeret instrumentum notarii: dicendum est tamen, quod donatio sic excedens, si fiat in actu coram Iudice, sufficiat, cum acta desiderant Iudicis presentiam, ut in dict. l. *acta* 45. et in l. *sive apud acta* 28. *C. de transaction.* et hinc est, quod inventarium, quod fit apud acta, dicitur insinuatum, Bald. in auth. *si omnes* in fin. *C. si se, ut ab haered. abstineat*; si tamen extra acta fiat donatio, etsi fiat cum tabellione, et testibus, vel cum testibus, requiritur, quod postea illa donatio insinuetur coram Iudice: quia insinuatio fit, non solum cum presente Iudice fit donatio, sed etiam si post factum instrumentum donationis Iudici intimetur, ut probatur in l. *donatio* 25. *C. eod.* et ibi Ang. et eod. tit. l. *in hac* 30. ubi etiam notant Bald. et Angel. et comprobatur ex notatis per Joann. Andr. in tit. *de instrumentorum editione*, §. *porro*, in additione magna super verbo *subscribat*. Sed quid si tabellio, coram quo conficitur instrumentum donationis, esset Iudex, et tabellio? Vide Alexand. consil. 157. vol. 2. incipit *viso instrumento donationis*, col. 1. et 2. ubi tenet, quod tunc sustinebit tabellio vicem duorum, et coram ipso sufficit insinuari, ex quo est Iudex. Sed an requiratur, quod Iudex approbet expressè donationem, vel sufficiat, quod tantum sibi intimetur? Glos. in auth. *ut non fiant pignorationes*, §. *illud quoque*, collat. 5. in verbo *gestis manumentorum*, tenet quod requiratur expressa Iudicis approbatio: et per illam glos. ita tenet Guiliel. in l. *illud*, *C. de Sacros. Eccles.* qui etiam dicebat, in insinuatione requiri causae cognitionem, ne donans decipiatur, *C. eod.* l. *data* 27. et potest, et debet interrogari de causis, quare patrimonium suum sic exhaurit; et dicta Guiliel. recitat Bald. in l. *si consul*, *D. de adoptione*. 1. lectur. 2. col. vers. *tertia questio*. Contrarium tamen tenet Bart. in l. *Modestinus*, *D. de donat.* et Bald. in dict. l. *illud* dicit de hoc esse casum in l. fin. *C. de prael. decurion.* lib. 10. qui textus hoc non bene probat, quia non loquitur, ut donatio esset excessiva; et quod illa lex hoc non probet, licet rationem non assignet, dixit Joann. de Plat. in l. 1. *C. de apochis public.* lib. 10. in fin. primae col. seu princ. 2. Opinio Bart. et aliorum, quod non requiratur decretum, videtur probari hic, cum dicit, *con sabiduria*; una tamen casu procedere posset opinio Glos. et Guiliel. scilicet, quando insinuatio esset contradicta per aliquos oppositores, veluti conjunctos donanti, qui dicerent ex levitate, vel ex turpi causa factam esse donationem, ut declarat Bald. quem vide in l. *nec quicquam*, §. *ubi decretum* 1. col. 2. *D. de offic. praesul.*

das, contra aquellos que les dan algo, o les fazen alguna gracia (1); e porende touieron por bien los Sabios antiguos, que non fincassen sin pena, e establecieron quatro razones, que por qualquier dellas deve perder la cosa que le fue dada. La primera es, quando aquel que rescibe el donadio, es desconosciente contra aquel que gelo faze; faziendole grand desonrra de palabra (2), o accusandole (3) de algund

(17) *Del mayor judgador de aquel logar.* Nota hanc legem declarantem, coram quo Iudice debeat fieri donationis insinuatio: de jure communi non erat ita clarum, ut in l. *in hac* 30. *C. eod.* et in authent. *de defensor. civit.* §. *nulla*, et notat Joann. Andr. in dict. addition. *ad Specul.* de qua in gloss. praecedenti.

LEX X.

Propter ingratitudinem donarii commissam vituperando, vel de crimine capitali, aut famoso, vel ex quo, si probaretur, perderet donator majorem partem honorum, accusando, vel percutiendo, aut magnum damnum in bonis inferendo, sive mortem donatoris tractando, revocat donationem: sed si post donationem factam filio, mater secundò nubat, non revocat donationem; nisi filius de ejus morte laboret, vel si percutit eam, seu ut ipsa perdat majorem partem honorum laboret: et si donator vivens non fuit conquestus de ingratitudine ad revocandam donationem, ejus haeres non possunt hoc facere. Hoc dicit.

(1) *Alguna gracia.* Quid si donetur propter benemerita? Videtur, quod non revocetur, cum illa non sit propriè donatio, ut in l. *Aquilinus* 27. *D. de don.* et facit l. *si pater* 34. §. 1. eod. tit. ubi Gloss. et Gloss. hoc etiam vult in l. fin. *C. de revocand. donat.* et tenet Abb. in cap. fin. *de donat.* col. pen. In contrarium tamen arguit Bald. in cap. 1. col. pen. vers. *dicit Dominus Jacob de Ravenna*, quod demerita ultima magis praeponderant, quam merita praecedentia, quia ultima culpa nocet, l. *si et per emptorem* 51. *D. de action. empt.* sed tene, quod praedixi: quia probatur in dict. l. *si pater* 34. §. 1. ubi Gloss. hoc tenet, et adde Jason. in l. *ex hoc jure*, col. 13. *in secundo effectu obligationis antidotalis*, *D. de justit. et jure*. Et nota etiam, quod dos data non revocatur praetextu ingratitudinis per patrem, secundum Bald. in l. fin. col. 3. *C. de dotis promiss.* Bald. et Imol. in l. *post dotem*, col. 7. *D. solut. matr.* Jaso in §. *fuerat*, col. 22. *Instit. de action.* quod in patre verum videtur, eò quia tenetur ad dotandum, l. *capite* 19. *D. de ritu nupt.* et sic non potest dici gratia; in extraneo tamen, cum sit gratia, et donatio saltem respectu mulieris dotatae, videtur contrarium dicendum: ad hoc faciunt, quae dixi supra eodem l. 8. in glos. super parte *diesse*. Quid autem si in aliqua dispositione majoriae caveatur, prout aliquando fit, quod inobediens patri, vel possessori majoriae, privetur successione? an procedat etiam in illo inobediente, qui non primo loco, sed ulteriori sperabat succedere, vide text. in l. fin. *de bonis libert.* et facit l. *Tullius* 25. et ibi Bartol. *D. de testam. milit.* quod non: quod fortè posset limitari, nisi sit nepos major, cum ille in omnem casum, cessante morte ejus, vel culpa, debet succedere: facit l. *viso* 27. *D. de bonis libert.* et l. *si quis incesti* 5. *C. de incest. nupt.* et vide in l. *Diui fratres* 17. *D. de jure patron.*

(2) *De palabra.* Ita intelligebat Joann. Andr. in c. fin. eod. titul. nam de personalibus injuriis statim subdit: et idem dicit, si eum fugavit, vel carceratum tenuit, etiam sine manus injectione, secundum eum, et Alberic. in l. fin. *C. de revocand. donat.* et per istam legem, et per dict. cap. fin. patet, non esse necesse, ut saepe inferatur injuria verbalis, vel realis, prout dixit Faber in §. *sciendum*, *Instit. de donat.* motus per verbum *effundat* positum in dict. l. fin.

(3) *Acusandole.* Tene menti, nam non reperies hoc ita expressum de jure communi, et vide l. *qui cum major* 14.

yerro, por que ouiesse de rescebir muerte, o perder algund miembro, o cayesse en enfamamiento, o perdiessse la mayor partida de lo suyo, si le fuesse prouado: ca, como quier que otro alguno pueda dezir contra la persona del que faze el donadio, non lo puede dezir, ni deue, el ome que rescibe el algo del. La segunda es, faziendole tuerto de fecho, metiendo manos yradas (4) en el. La tercera es, faziendo grand daño (5) en sus cosas. La quarta es, si se trabaja en alguna manera de su muerte. Mas si muger alguna (6), auiedo fijo de su marido, despues de la muerte del faze donacion (7) al fijo, e se casa con otro; como quier que diximos de suso, que son quatro razones, por que puede ome reuocar la donacion: en tal caso como este non son mas de tres. El primero es, si despues de la donacion se

trabajo de la muerte de la madre. El segundo, si metiere en ella manos yradas. El tercero es, si se trabaja de fazerle perder todos sus bienes, o la mayor partida dellos. E por qualquier des- tos tres casos sobredichos puede tal madre re- nocar la donacion que ouiesse fecho a su fijo. Estas razones de desconoscencia, que dezimos en esta ley, puedelas poner, e razonar, aquel que fizo la donacion. E si el se callare ende en su vida, sus herederos (8) non la pueden re- traer, nin querellar despues.

LEY XI.

De las donaciones que fazen los omes seyendo enfermos; quales deuen valer, e quales non.

A las vegadas fazen los omes donacio-

§. *si libertus* 6. D. de bonis libert. et in aliis §§. illius leg.

(4) *Manos yradas*. In dict. l. fin. et cap. fin. dicit *im- pias manus*; et sic non procederet hoc, si se defendendo, vel aliás percutit donatorem, ut in cap. *ad aures* 10. et in cap. *in quibusdam* 12. de penis, et in cap. *si vero* 3. §. penult. et fin. de sententia excommunicat. et tenet Joan. Andr. in dict. cap. fin. idem si jocose, secundum eum, qui et subdit idem esse, si ignoravit illum esse donatorem; cum ingratitude in ignorante notari non possit, l. *si ignorans* 50. D. local. cap. *si vero* el 2. de sententia excommunicat. habebit tamen locum, secundum eandem, hæc lex; etsi manu propria non percutit, sed per alium percuti faciat, cap. *si quis suadente* 17. quæst. 4. juncto cap. *mulieres* 6. in fin. de sententia excommunicat. et idem dicit, si non manu, sed pede percutiat.

(5) *Grandi daño*. Proccedit etiam si non fiat in tota sub- stantia, vel majori parte: quia et in minori potest grave damnum inferri; unde hoc erit in arbitrio iudicis, secundum Joan. Andr. in dict. cap. fin. col. fin. et dicit probari in cap. pen. eod. tit. Et quid si damnum non fuit sequutum, fuit tamen attentatum? Joan. Andr. ibi inclinatur, quod isto casu non habeat locum ista pena revocationis: neque obstat li- tera sequentis casus, quia ipsa illatio periculi ibi est delictum consummatum.

(6) *Alguna*. Concordat aulh. *quod mater*, C. de reco- cand. donat.

(7) *Donacion*. Quid si promisit de non revocando, etiam prætextu ingratitude? Vide quæ dixi in l. 67. tit. 18. Part. 3. Et quid si fuerint plures donatarii unius rei individua? an commissa ingratitude contra unum tantum revocetur donatio in totum? Vide in argum. l. *si quis hæc lege* 30. §. *quotiens* 4. et ibi Gloss. D. *qui, et à quibus*, et per Gloss. et Alberic. C. de libert. et eorum liber. l. 2.

(8) *Sus herederos*. Adde dict. l. fin. C. de revoc. donat. et cap. fin. isto tit. et l. 1. et l. *his solis* 7. ubi Bald. C. de revoc. donat. et facit l. *omnimodo* 30. in princ. C. de inoffic. testam. et l. *non tantum* 3. §. *si emancipatus* 5. D. de bonor. possess. contra tab. l. 1. in fin. D. ad Syllan. l. 2. et l. *divi fratres* 17. D. de jure patron. l. *Procula* 26. D. de probat. Limita nisi donator fuisset conquestus, dum vivit, l. *ea quæ à patre* 7. C. de restitut. milit. vel injuriam ad animum revocasset, l. fin. C. de injur. vel coepisset, vel præparasset se ad revocationem, vel dum venisset ad mo- vendum hujusmodi litem, mortuus est, l. *postumus* 6. §. fin. D. de inoffic. testam. l. *scimus* 36. in fin. C. eod. tit. Item limita nisi ex pacto apposito, vel aliás propter talem ingratitude donatio revocaretur ipso jure; nam tunc transiret in hæredem, etiam querela non preparata: quia injuria, quæ trahit secum executionem, transit in hæredem, ut notatur in l. 3. §. *quod ait prætor*, D. *quod quisque jur.* et tenet in terminis Bald. in §. *insuper*, col. fin. versic. ex

Tom. II.

his etiam, de prohib. feud. alien. per Freder. et sequitur Florentin. in dict. c. fin. ubi vide. Joan. de Imol. col. 6. ad fin. nütitur impugnare hoc dictum: præcedens tamen opinio est verior, et communis, quam et tenet Bart. in dict. l. 1. ad fin. primæ col. D. de privac. delict. Alvarotus, et Card. Alex. in dict. §. *insuper*, Socin. consil. 66. col. pen. vol. 3. Limita etiam, si donator ignoravit causam ingratitude; vel si scivit, non habuit tempus competens ad agendum, argum. cap. *cum in veteri* 52. de elect. et cap. fin. de dona- tion. et ejus, quod notat Gloss. in l. *fideicommissum*, C. de fideicommissis. et in l. *sororem*, C. de his, quibus ut indign. secundum Joan. Andr. et Abb. in dict. cap. fin. super gloss. fin. Item limita, et intellige istam legem in hoc quod dicit, quod sit opus, quod donator revocet propter ingratitude in donatione perfecta, et aliás irrevocabili: si enim de sui natura esset revocabilis usque ad mortem, ut illa quæ fit per viam majoriæ, vel donationis in tertia honorum, juxta leges Regni, tunc videtur, quod ipso jure revocetur, argum. l. 3. §. fin. D. de adimend. legat. Limita tamen hoc, nisi prælegatum, seu donatio revocabilis haberetur loco institu- tionis; quia tunc necessaria esset exhæredatio in filio: quia quando prælegatum, seu divisio honorum facta per patrem, est ita magna, quod videtur succedere loco institutionis, seu hæreditatis relicte, judicatur tanquam institutio, non tam- quàm legatum, Bart. in l. *Marcellus*, D. ad Trebel. Et nota, quod in casu, quo revocatur, licet superveniat postea calumitas magna filio, ex quo diceretur pater miserus filio, non tamen reintegratur donatio, l. *non putavit* 8. §. *post- liminio autem* 9. D. de bonor. possess. contra tabul. An autem contra hæredem donatarii ingrati possit donator agere, Gloss. in dict. cap. fin. videtur velle, quod non, ex quo ta- ceat donator in vita donatarii, et idem vult gloss. fin. in dicta l. fin. et sequitur ibi Cin. Bald. Angel. Joan. Andr. et Abb. in dict. c. fin. nam ista actio dicitur quasi actio in- juriarum, quæ tendit ad vindictam: igitur, si non fuit in- tentata, neque competit contra hæredem, neque hæredi, l. *cum emancipati* 2. §. *emancipatus filius* 4. D. de collat. bonor. et quod notatur in l. *si ille* 62. ubi Joan. de Plat. C. de decurion. lib. 10. In contrarium tamen facit, quod habetur in l. fin. C. de adulter. de muliere decedente ante motam quæstionem adulterii, quod nihilominus marito competit jus contra hæredem mulieris: et solve, ut per Joan. de Imol. in dict. cap. fin. col. 7. ex ejus dictis collige, quod si donatario non fuisset res tradita, sed promissa; tunc poterit exceptione se tueri donator contra hæredem donatarii.

LEX XI.

Donatio causa mortis infirmatur, si donatarius moritur antequam donans, aut penitet donantem, aut si convales- cit de infirmitate: et donatio causa mortis fieri potest ab eo,

nes (1), estando cuytados en enfermedades, o temiendo otros peligros, de que non cuydauan estorcer: e por ende queremos aqui fablar de las tales donaciones. E dezimos, que la donacion que ome faze de su voluntad, estando enfermo, temiendose de la muerte (2), o de otro peligro, que vale (3). Pero tal donacion como esta puede ser reuocada, en tres maneras (4). La primera es, si se muere ante aquel a quien es fecha, que el otro que la fizo. La segunda es, si aquel que la fizo, guaresce de aquella enfermedad, o estuerce de aquel peligro, por que se mouia a fazer la donacion. La tercera es, si se arrepiente ante que muera. Ca tal donacion como esta puede ser fecha por todo ome (5) que ha poder de fazer testamento: e deuese fazer (6) delante cinco testigos (7) a lo menos. E maguer diximos en el Titulo de los Testamentos, que el fijo que esta en poder del padre, non puede fazer testamento (8); con todo esso bien puede fazer tal donacion como esta, con otorgamiento (9) de su padre: e sera

valedera. E sobre todo dezimos, que si el ome fiziesse donacion, por premia que le fiziesse, o por miedo (10) que ouiesse, que le matarian, que tal donacion como esta, que non valdria.

TITULO V.

DE LAS VENDIDAS, E DE LAS COMPRAS.

Vendida, e compra, es vna natura de pleyto, que vsan mucho a menudo los omes entre si, porque es cosa que non pueden escusar. Onde, pues que en el Titulo ante deste fablamos de las donaciones, queremos aqui dezir de las vendidas, e de las compras. E mostraremos, que cosa es vendida. E quien son aquellos que la pueden fazer. E en que manera puede ser fecha. E de que cosas. E a quien pertenesce el pro, o el daño, de aquello que es vendido, si se empeora, o se mejora. E que cosas, e que pleytos son aquellos, que deuen guardar, e fazer, entre los que venden, e

qui habet testamenti factionem; et debet fieri coram quinque testibus: et filiusfamilias licet non posset facere testamentum, potest facere donationem causa mortis de parentis consensu: item non tenet donatio vi, vel metu facta. Hoc dicit.

(1) *Donaciones.* Nota tamen, quod appellatione donationis non semper venit donatio causa mortis: quia non est proprie donatio, l. 1. §. 1. D. eodem: unde dicit, quod si istud verbum ponatur permissivè, tunc non includitur donatio causa mortis, l. si filius, D. eodem; si verò ponatur prohibitive, ut si statutum dicit, quod mulieres non possunt donare, tunc includitur donatio etiam causa mortis, Bald. in cap. 1. in princ. num. 26. de prohib. feud. alien. per Præder. et facit ad legem Regni prohibentem mulierem contrahere sine licentia viri, quod neque possit donare causa mortis. In contrarium tamen facit l. final. C. de donat. causa mortis. Fortè potest dici, quod si ista donatio fiat pacto, vel stipulatione; quia tunc accedit magis contractui, quam ultimæ voluntati, exigatur mariti consensus: si verò fiat sine pacto; quia tunc magis accedit ultimæ voluntati, non exigatur: hæc distinctio colligitur ex dictis Bald. in l. 1. C. de donation. caus. mort. Et quod donare sit contrahere, vide l. si donationis 7. et ibi Gloss. C. de his quæ vi metusve causæ.

(2) *De la muerte.* Debet ergò in donatione hac fieri mentio mortis, vel periculi, ut dicatur donatio causa mortis: neque enim eo ipso, quod moriens donet, videtur donare causa mortis, ut in l. Seja 42. §. final. D. de donation. causa mortis; ita dicit Azo C. cod. in summa: si tamen ex actis de hoc constaret, staremus certo, ut notat Bartol. in l. quæ dotis, col. 2. D. soluto matrim. et in dubio, ubi fit mentio mortis, præsumitur donatio causa mortis, ut in dict. l. Seja 42. §. final. l. Seja 11. D. de dote præleg. Gloss. in l. mortis causa, §. Tilia, D. de donation. causa mortis, Cin. et alii in l. 2. C. de jure dot. et vide in materia text. notab. in cap. de his 4. de sepultur. et Alexand. consil. 81. vol. primo, et consil. 14. eod. vol. et consil. 78. vol. 4. incipit visis, quæ allegantur, et consil. 81. primo vol. et Socin. consil. 53. vol. 1. et consil. 232. secundo vol. Et in donatione causa mortis facta per eum, qui de propria vita desperavit, tacite intelligitur conditio, si de illa infirmitate decesserit, licet secus si in hæredis institutione, secundum Bald. in l. fin. C. de posthum. hæred. insti. Et hæc verba, dono tibi post mortem meam, vel,

utere bonis meis post mortem meam, an inducat donationem causa mortis, vel inter vivos? Vide Bald. in l. si mortis, et in l. in donationibus, C. ad L. Falcid.

(3) *Que vale.* Sed an transeat dominium sine traditione, vide Bald. in l. si mortis, C. ad Leg. Falcid.

(4) *En tres maneras.* Adde §. 1. Instit. de donation. et l. non omnis 19. D. si certum petatur, l. Senatus 35. de donation. causa mortis, et repetit donator causa mortis fundum donatum cum fructibus, l. cum quis 12. D. de condit. causa data, et potest agere contra emptorem, qui emit à donatario eo vivente, secundum Bart. in l. illud §. 1. D. de donat. causa mortis.

(5) *Todo ome.* Sed an minor, qui donat causa mortis, debeat jurare, ut valeat? Vide Bald. sub dubio forte, quod sic, quando donat promittendo in §. item sacramenta, col. 3. de pace juram. firmanda.

(6) *Fazer.* Et an donatio causa mortis requirat præsentiam donatarii, vide Gloss. quæ istam quæstionem disputat in l. 1. C. de donat. caus. mort. et concludit, quod sic: sed distingue, ut ibi latius per Salic. post Din. et vide l. inter mortis 38. D. eod. et quod notat Bald. in l. 3. vers. modo formatur talis quæstio, C. qui testam. fac. pos.

(7) *Cinco testigos.* Adde l. fin. C. de donation. caus. mort. sed an præsumatur donare inter vivos, quando non adhibuit tot testes, vide Socin. consil. 232. vol. 2. incipit multum eleganter, col. 1.

(8) *Testamento.* Hodie per l. Tauri 5. potest filiusfamilias ætatis legitimæ condere testamentum.

(9) *Con otorgamiento.* Adde l. tam is 25. §. 1. D. de donat. caus. mort. et limita, ut in cap. licet 4. de sepultur. lib. 6. sed an exigatur mors utriusque, patris scilicet, et filii, ut isto casu donatio causa mortis confirmetur, Gloss. dicit, quod sufficit mors solius filii, in l. pen. C. de donat. caus. mort. super quod distingue latius, ut ibi per Bald. et Salic. vide etiam Bart. in l. 2. §. 1. D. de donation. col. fin. et in l. qui prelio, ubi Gloss. D. de donat. caus. mort.

(10) *Por miedo.* Adde l. si donationis 7. C. de his quæ vi metusve causæ.

compran. E sobre todo esto mostraremos, por quales razones se puede desfazer la vendida, despues que es fecha.

LEY I.

Que cosa es vendida.

Vendida, es vna manera de pleyto que vsan los omes entre si; e fazese con consentimiento de las partes, por precio cierto (1) en que se auienen el comprador, e el vendedor.

LEY II.

Quien puede fazer vendida, e quien non.

Aquellos omes dezimos que pueden comprar, e vender, que son atales que se pueden obligar (1) cada vno dellos, el vno al otro. E

TITULUS V.

LEX I.

Est venditio unus modus pacti, quo multum homines utuntur cum partium consensu certo pretio inter eumentem, et vendentem interveniente. Hoc dicit.

(1) *Por precio cierto.* Nulla enim est venditio sine pretio, ut hic, et in l. 9. infra eod. §. *pretium* 1. *Instit. de empt. et vend.* ubi Joan. Fab. pulchre dicit, quod licet exhibeatur instrumentum, in quo venditor contineatur se vendidisse certo pretio, non tamen declaratur, non valeret, neque sufficeret talis confessio; et idem, si testes de venditione ita deponerent contra venditorem, licet secus esset contra tertium, ut notat Bald. in l. 1. *C. de rebus alien. non alien.* et tradit Alexand. consil. 18. vol. 1. et Socin. consil. 208. vol. 2. col. 2. incipit *visis actis*. Et procedit ista lex, etiam si venditor dicat, quod vendit justo pretio; nam ex quo pretium non declaratur, non tenet venditio, secundum Joan. de Imol. in l. *sciendum*, col. 2. D. *de verb. oblig.* neque obstat l. *si fundus* 16. §. fin. D. *de pignor.* quia ille est casus specialis. Sed an daretur hoc casu actio prescriptis verbis, si emptor, vel locator fructus est re? Azo in summa *Instit. de location.* tenet quod sic per §. *qua de causa*, eod. tit. quem refert, et sequitur Bald. in l. *contractus*, col. 3. *C. de fide instrum.* et succederet tunc arbitrium boni viri in declarando pretium ex qualitate rei, ut declarat Bald. novel. in tract. *de dote*, fol. 11. col. 1. in princ. Jaso in l. *cum stipulatus*, col. 7. in princ. D. *de verb. oblig.* vide tamen text. in l. *si merces* 25. in princ. D. *locat.* et ego ex mente Azon. per dict. §. *qua de causa*, *Instit. de locat.* intelligerem re vendita jam consumpta, vel percempta in potestate emptoris; alias non succederet arbitrium boni viri in declarando pretium rei, seu pretium ejus usus, et commodi, quod emptor, qui nunc allegat defectum pretii, habuit, ex illa re. Cogita, quia Doctores non tangunt.

LEX II.

Hi possunt emere et vendere, qui possunt ad invicem contrahere, et obligari: et ideò inter patrem, et filium in potestate constitutum, non valet venditio, quia una persona reputantur; nisi de Castrensi, vel quasi Castrensi peculio. Hoc dicit.

(1) *Obligat.* Prosequitur dicta Azon. *C. eod.* in summa, col. fin. vers. *contrahitur autem venditio*, vide l. 4. tit. 11. infra ead. *Part.*

porende, lo que vendiesse el padre al fijo que tiene en su poder, o el fijo al padre, non valdria, porque non pueden fazer obligacion entre si. Ca, como quier que sean dos personas segun natura, segun derecho son contadas por vna (2). Mas si el fijo ouiesse ganado alguna cosa, de aquellas ganancias que son llamadas castrense, vel quasi castrense, segun diximos en el Titulo que fabla del poder que han los padres sobre sus fijos, de tales cosas como estas bien podria fazer vendida a su padre.

LEY III.

Como ninguno non deve ser apremiado, de vender lo suyo,

Fuerça, nin premia non deve ser fecha a ninguno, de vender (1) lo suyo, ni otrosi, de comprar si non quisiere: e si alguno la fiziesse a miedo (2), non valdria. Pero si dos

(2) *Por una.* Adde l. fin. in fin. *C. de impuber. et aliis substit.* et quæ notat Gloss. in l. 2. *C. qui atate*, lib. 10. et Alexand. consil. 48. vol. 1. col. 1.

LEX III.

Nemo invitus compellitur vendere, nec emere; et si metu, vel vi fecerit, non valet; si tamen servus sit communis, et socius velit ei dare libertatem, potest dare socio pretium arbitrio bonorum virorum: et idem, si contra jus dominus servum malè tractaret, ut vapularido, vel famem ei dando: alias nemo compellitur regulariter emere, nec vendere, et si compellitur, non valet. Hoc dicit.

(1) *De vender.* Adde l. *invitum* 11. *C. eod.* et l. *nec emere* 16. *C. de jure deliber.* et utrobique videbis fallentias aliquas in Gloss. et per Jason. in l. *neque emere*, ubi Alber. aliquos casus fallentiae ponit notatos, scilicet in l. *Julianus* 13. §. *idem* *Celsus* 17. D. *de action. empti*, et l. 2. *C. de commun. rerum alien.* et casum in l. 1. *C. ut nemi. lice. in empt. specier. se excus.* lib. 10. et l. 1. *C. de metallar. et metall.* lib. 11. et subdit, quod alios casus fortè curiosus lector poterit reperire. Ego ex studiis meis collegi casum in l. *si fundum* 35. cum l. sequent. D. *mandat.* alium in l. 2. *C. de debitor. civit.* lib. 11. et ibi Bart. et Joan. de Plat. alium in l. *communi dividundo* 7. §. fin. D. *commun. divid.* adde l. *cursum ambularem* 22. et ibi Joan. de Plat. versic. *item allegatur*, *C. de cursu publ.* lib. 12. adde Joan. Andr. in addition. *ad Spec. tit. de empt. et vendit.* §. *prius*, in additione super parte *Celsus*, adde alios duos casus in l. 11. tit. 9. lib. 5. *Ordin.* versic. *los maravedis de juro que compraron*, et in fine illius l. adde alium casum in l. 19. tit. 4. lib. 6. *Ordin. Regal.* adde etiam, quod compellitur quis vendere ob necessitatem reipublicæ, argum. l. 1. in fin. *C. de caduc. tollend.* notat Angel. in §. fin. *Instit. de donation.* adde etiam l. *si quis sepulcrum* 12. in princ. D. *de religio. et sumptib. funer.* per quam legem dicit ibi Guiliel. et sequitur Florian. quod si religiosi non habeant locum ad habitandum congruentem, vel sufficientem, quod possunt petere, quod loca sic concedentia eis assignentur: et ea ratione cogitur vicinus vendere domum, quia favore publicæ utilitatis compellitur quis vendere rem suam, et idem tenet Barth. Cepol. in suo tract. *de servit. urban. prædior.* cap. fin. qui alios refert: sic et alias dicebat Joan. Andr. in addition. *ad Spec. tit. de execut. sentent.* in princ. quod ad erectionem furcæ compellitur quis vendere solum suum.

(2) *A miedo.* Adde l. *si donationis* 7. *C. de his quæ vi, metusve causa*,

omes ouiesse vn sieruo de so viuo; e el vuo dellos lo quiesse aforrar, e el otro non, aquel que lo quiesse franquear, bien podria comprar (3) la parte del otro, maguer non gela quiesse vender; e dandole precio conueniente (4), e guisado por el, segun aluedrio de dos omes buenos, podriale apremiar por el Juez del logar, que lo resciba, maguer non quiera, e desampare el sieruo, porque pueda ser franqueado. Esso mismo decimos que seria si alguno ouiesse su sieruo, a que fiziesse premias malas, e sin guisa; como si le diesse poco de comer (5), o si le firiesse de malas feridas, o le mandasse fazer alguna cosa contra razou (6), e contra derecho. E por qualquier destas razones, o otra semejante dellas, pueden apremiar segund derecho a su señor, que lo venda; e es tenuto el señor de vender-

(3) *Comprar.* Adde l. 1. §. *his itaque*, C. de communi seruo manum. et §. fin. *Instit. de donat.* et l. 2. tit. 22. *Part. 4.*

(4) *Precio conueniente.* Non ergo habet locum taxatio de qua in dict. l. 1. §. *ne autem*, C. de communi seruo manum. Vide quæ dixi in l. 2. tit. 22. *Part. 4.* in *Glos. super parte por precio derecho.*

(5) *Poco de comer.* Adde l. 6. tit. 21. *Part. 4.*

(6) *Contra razou.* Ut si dominus urgeret ancillam ad impudicitiam, et castitatis violationem secum, vel cum alio, ut in l. 2. in princ. et ibi *gloss. 1. D. de his, qui sunt sub, vel alien. iur.*

LEX II.

Non potest tutor rem pupilli vendere, nec alienare, nisi in causa necessaria, et cum iudicis decreto: nec potest rem pupilli emere, nisi iudice auctorizante, vel cum alterius contentoris consensu: et quamvis sic emerit, restituetur, si est læsus, ad quatuor annos post legitimam ætatem. Hoc dicit.

(1) *Estos tales.* Idem dic de curatoribus, l. 2. C. de præd. minor. et D. de rebus eorum in rubrica, et per totum, et l. 60. tit. 18. *Part. 3.* et quæ ibi dixi: et l. 18. tit. 16. *Part. 6.*

(2) *Enagenar las cosas.* Jargè hic accipitur pro quacumque specie alienationis, l. non solum 4. C. de præd. min. l. fin. C. de rebus alien. non alien. et tenet Azo in summa, C. de præd. minor. col. 2. et comprehendit etiam hypothecam, l. 1. in princ. cum *Gloss. ibi D. quæ res pign. oblig. possunt*, et l. si consensus 7. D. quibus mod. pign. vel hypoth. sol. l. 1. §. fin. cum l. seq. D. de rebus eorum. Posset tamen tutor, vel curator pro observantia contractus liciti, quem facit in rebus minorum, generaliter obligare bona minoris, sicut et potest prælatos, ut in cap. nulli 5. de reb. Eccles. non alienand. et ibi Host. Joan. Andr. Card. et Abb. et tradit Alexand. consil. 118. col. pen. vol. 5. vers. *insuper*, ubi dicit istam esse magis communem opinionem. Sed licet hoc procedat in prælato, in quo non videtur prohibita generalis, sed specialis hypotheca tantum, ut in dicto cap. nulli 5. et in §. nos igitur 1. in authent. de non alienand. aut permut. rebus Eccles. collat. 2. et ibi *Gloss. in tutore*, vel curatore non crederem in generali hypotheca includi immobilia, si non fieret cum decreto iudicis, per prædicta, et per text. in l. pen. C. de his, qui ven. atat. impetr. et quia esset eadem ratio: nam ita ex hypotheca generali veniretur ad distractionem rei immobilis, sicut ex specialis, prout etiam in prælato dicebat Anton. et Joan. de Imol. in dict. cap. nulli, et adde D. de rebus eorum in rubr. et Joan. de Plat. in l. 2. C. de præd. decur. lib. 10. et vide *Gloss. et Bald. in l. curator, C. si res alien. pign. data sit.*

(3) *Las cosas.* An intelligatur etiam de mobilibus juxta dispositionem l. lex quæ tutores 22. C. de admin. tut. vi-

lo, maguer non quiera: assi como diximos en la quarta Partida deste nuestro libro, en el Titulo que fabla de la libertad.

LEY IV.

Como los Guardadores non pueden comprar ninguna cosa, de los bienes de los huerfanos que tienen en guarda.

Tutores son llamados en latin, los que son guardadores de los menores de catorce años. E estos talès (1) non deuen enagenar (2) las cosas (3) de los huerfanos; fueras ende, quando les fuesse tan gran menester (4), que non podrian al fazer, o por gran pro. dellos (5): e estonce se ha de fazer con muy grand sabiduria (6), e con otorgamiento del Juez (7)

detur, quòd non, sed tantum de immobilibus, ut in l. 18. tit. 16. *Part. 6.* Cogita, quia lex ista generaliter loquitur: et licet dicta l. 18. tantum excipiat servos antiquos, idem videtur in aliis rebus mobilibus, quæ utiles essent, et servari possent, ut in dicta l. lex quæ tutores: et ratio suadet, ne sit in potestate tutoris solius mobilia pretiosa alienare, cum hæc immobilibus æquiparentur, juxta notata per *Glos. in cap. tua, de his, quæ fiunt à prælat. sine consens. capit.* et in cap. unico, de cler. agrot. lib. 6. An tamen possit pignoriare mobilia ad utilitatem minoris, vide in l. 8. tit. 13. infra ead. *Partida.*

(4) *Gran menester.* Ut si urgeret æs alienum, l. 1. in princ. §. 2. versic. *quod si forte, de reb. eorum*, l. 18. tit. 16. *Part. 6.* ubi ponit alias causas; vel si pupillus ali non possit aliudè, ut in l. sancimus 22. C. de Sacros. Eccles. et tenet Bart. in l. magis puto, §. in primis, ad fin. D. de rebus eorum, et *Gloss. ubi vide alios casus in l. ob æs 12. C. de præd. minor.*

(5) *Pro dellos.* De jure communi tantum videtur permitti propter æs alienum, ut in dicta l. 1. §. 2. vers. *quòd si forte æs alienum*, D. de rebus eor. undè Joan. de Plat. in l. fin. in addit. C. de jure reipub. lib. 11. assignans differentiam inter pupillum, et civitatem, dicit, quòd pupillus non vendit rem immobilem, nisi urgente debito, sed civitas vendit pro suo commodo, licet debitum non sit, l. fin. C. de vendend. rebus civit. lib. 11. Ista lex vult, quòd etiam pro magna utilitate minoris res immobilis possit distrahi, sicut et fit in rebus Ecclesie, cap. sine exceptione, 12. quæst. 2. notat *Gloss. ead. causa et quæst. in summa*: et fortè in hoc ista lex sequuta est dictum *Speculat. tit. de emption. et vendition. §. nunc dicendum restat*, versic. *hoc quoque*, ibi, aut ob evidentem utilitatem pupilli: et adde *Gloss. in l. quæcumque, C. de bonis, quæ liber. et ibi Bald.*

(6) *Con muy grand sabiduria.* Id est, cum cognitione causæ, l. magis puto 5. §. non passim 9. D. de rebus eor. l. ob æs 12. C. de præd. minor. tradit *Specul. tit. de emption. et venditione, §. nunc dicendum*, versic. *hoc quoque*. Decius, qui alios allegat consil. 403. col. 2. ad fin. et ibi habetur, quæ debeant intervenire in ista causæ cognitione: et dicit ibi *Spec. quòd ubi decretum iudicis reperitur interpositum, præsumitur omnes solemnitates fuisse adhibitas*: tradit etiam Joan. de Imol. consil. 98. Quod tamen est limitandum, nisi ex brevitate temporis arguatur, decretum fuisse interpositum sine causæ cognitione, ut consuluit notabil. Petr. de Anchar. consil. 83. incipit, *visis diligenter actis, et actitatis*, quam decisionem dicit singularem Jaso in l. nec quicquam, §. ubi decretum, col. 17. D. de offic. procon. super, quo adde, quæ ipse dicit ead. col. versic. *nota et secundo diligenter*; et quod notat *Gloss. in l. 2. C. de fide et jure hasta fiscal. lib. 10.*

(7) *Otorgamiento del Juez.* Adde dict. l. 1. §. 2. D. de

del lugar (8). Pero dezimos, que ninguno de los guardadores non puede comprar ninguna cosa, de las que fueren de aquel (9) que tienen en guarda; fueras ende, si lo fiziesse con otorgamiento (10) del Juez del lugar, o de alguno (11) otro que lo ouiesse otrosi en guarda, tambien como el. E aun ha menester, que aquello que desta guisa comprare del, que sea a pro del huerfano, e non a su daño. Ca, si engañado se fallasse el menor por razon de tal vendida, puedela desfazer despues que fuere de edad complida, fasta quatro años; assi

como dezimos en las leyes (12) que fablan de la guarda de los menores, e de los bienes dellos.

LEY V.

Como los Adelantados, ni los Juezes ordinarios, non pueden comprar ninguna cosa, en aquella tierra en que han poder de judgar.

Adelantado (1), o otro Juez qualquier (2) que sea puesto para judgar (3), o para fazer justicia en alguna tierra, o en alguna Ciudad, o Villa, non puede comprar (4) he-

rebus eor. et dict. l. *ob as* 12. *C. de præd. minor.* requiruntur ergò tria, ut dicit Gloss. in dicta l. 1. *judicis decretum*, et *causa alienandi*, et *præsentia tutoris*, vel *curatoris*: adde l. 60. et quæ ibi dixi tit. 18. *Part. 3.*

(8) *Del lugar.* Non aperit cuius loci, an domicili, vel ubi res sita est; et videtur quòd loquatur de iudice domicili, et adde l. *magis puto* 5. §. *illud* 12. *D. de rebus eor.* Lex tamen si *prædium*, *C. de præd. minor.* exigere videtur, quòd sit iudex loci, ubi rex est, ubi Cyn. Alber. et Bald. tenent, quòd uterque sit iudex competens: idem tenet Bald. in l. 1. *C. de contrah. empt.* neque ista lex hoc videtur negare.

(9) *De aquel.* Adde l. *cum ipse* 5. *C. contrah. emptione*, et l. *si in emptione* 35. §. *fin.* *D. eod.* Hodie per l. *Ordin.* tit. 5. lib. 5. neque publicè, neque clam licèt tutori, vel curatori emere res minorum; sed an per illam legem corrigatur ista, ita quòd neque liceat tutori emere rem pupilli, etiam cum auctoritate iudicis, vel alterius contutoris? Videbatur, quòd sic, quia in casu illius legis non poterat tutor alias emere, nisi auctorante alio tutore, vel iudice: quia ipse non potest sibi suam auctoritatem interponere, l. 1. in fin. *D. de auctor. tutor.* et ita intelligit Angel. et Alber. in dicta l. *cum ipse.* Contrarium tamen, imò, quòd illa lex non corrigat istam, videtur verius: nam et de iure communi antiquo, secundum communem opinionem, tutor, se auctorante, potest emere à pupillo majore infante palam, et bona fide, ut notat Bart. in l. *pupillus*, §. *fin.* *D. de auctor. tutor.* et per Doctor. signanter Salic. in dicta l. *cum ipse*, *C. de contrah. emptione.* istum ergò casum tantum corrigit illa nova lex; si ergò emat bona fide cum auctoritate iudicis, vel alterius tutoris, poterit, ut hic habetur; super quo latius distingue, ut per Bart. in dict. §. *fin.* dict. l. *pupillus*, et per Salic. et Paul. de Cast. in dict. l. *cum ipse.*

(10) *Con otorgamiento.* Intellige, si res mobilis esset; alias, si immobilis, utrumque requireretur, auctoritas scilicèt tutoris, et decretum iudicis, ut declarat Bart. in l. *si curatorem*, *C. de in integr. rest. minor.* et vide Bart. in l. 1. *D. de rebus eor.* et quid si tutor esset minus legitime constitutus, an sufficiat decretum iudicis cum tali minus legitimo tutore, vide Specul. tit. *de tutore*, §. *generaliter*, col. 3. ubi notabiliter.

(11) *O de alguno.* Vide Gloss. in l. 2. §. *tutor*, *D. pro emptore*, et quod ibi dicit Paul. de Castro.

(12) *En las leyes.* Vide l. 5, et 8. tit. *fin.* *Part. 6.*

LEX VI.

Præses, aut Iudex non potest emere per se, vel per alium, nec familiares ejus in loco suæ jurisdictionis, nisi necessaria pro victu, et vestitu; benè tamen potest rem vendere sui patrimonii ante habitam. Hoc dicit.

(1) *Adelantado.* Hic est, qui de iure communi dicitur Præses provincie, ut habetur in l. 22. tit. 9. *Part. 2.* Sed quid de Consiliariis Principis, an possint emere res subditorum, vide l. *fin.* *C. de rescind. vendit.* ubi Gloss. et Bald. dicit, quod non, ubi et Alber. post Odofred. dicit, quod illa lex obviat haratariis illorum, qui conversantur in Curii

dominorum, ne sub prætextu emptionis fraudes committant: et quia malè servantur, secundum eum, fiant in Curii, et officiis haratarie multæ. Aliqui verò intelligunt illam legem in rebus privatorum, quæ subhastantur à fisco, ut Proceres Curie, et Consilarii Principum illas non emant: et istam lecturam refert, et sequitur ibi Salic. Quid tamen sit de jure, contrarium videmus servari de facto: vide quæ dicam infra in gloss. sequenti.

(2) *Juez qualquier.* Sive sit de majoribus iudicibus, sive de minoribus, l. 1. *C. de contract. iudicum*, l. *principalibus* 33. *D. si cert. petat.* l. *non licet* 46. et l. *qui officii* 62. *D. isto tit.* l. *si per impressionem* 11. *C. de his, quæ vi, metusæ caus.* vel sive sit iudex perpetuus, vel ad certum tempus. De iure tamen communi magis communis est opinio, quod ista prohibitio non habeat locum in iudicibus perpetuis, per text. in l. *præsidis* 34. ibi: *Quia perpetui sunt*, *D. si cert. petat.* et tenet Bart. et magis communiter Doct. in l. *principalibus*, eod. tit. Bald. in l. *solent*, §. *non vero*, *D. de offic. procons.* et idem dicunt de officiali ad beneplacitum: quia propter incertitudinem æquiparatur perpetuo, Gloss. in Clement. 2. *de rescript.* tradit Jas. in dict. l. *principalibus*, col. 2. et secundum hoc videmus Auditores Regalium Cancellariam quotidie emere, et contrahere cum provincialibus: quia licèt lex Regni præcipiat, quod tales Auditores non intelligantur nominati, nisi ad unum annum, ut in l. 4. tit. 4. lib. 2. *Ordinam.* ex quo jubentur servire elapso anno ad beneplacitum Principis (ut in Ordinationibus Regalis Audientie Vallis Oleti), et de consuetudine Principis est, quod non solet illos removere, iudicantur perpetui, secundum Angelum in l. *eos qui*, *C. si certum petatur.* Licèt tamen hoc de facto servetur; atenta tamen ista lege, quæ generaliter loquitur, videtur, quod dicti Auditores, neque alii iudices etiam perpetui, vel ad beneplacitum, non possint emere, neque contrahere cum subditis, juxta dispositionem hujus legis; et quia dicta l. *præsidis*, per quam Doct. moventur, hoc non probat, nisi in officialibus præsidis, qui essent perpetui, in quibus non est eadem ratio prohibitionis, vel saltem non tanta, sicut est in ipsis iudicibus: nam de facili per præsidem possunt corrigi oppressiones talium officialium, quod non ita de facili fit in factis iudicibus: et crederem de iure veriorem opinionem Guiliel. in dict. §. *non vero*, et Salic. in dict. l. *principalibus*, qui tenuerunt, iudices etiam perpetuos includi in hac prohibitione; imò plus possunt terrere officiales, seu iudices perpetui, quam temporales, præsertim attentis verbis generalibus hujus legis, quæ nullam faciunt distinctionem: quia tamen consuetudine opinio communis est recepta, fortè defenderentur propter consuetudinem, impressione per eos facta cessante.

(3) *Para judgar.* Non ergò procedit ista prohibitio in officiali habente administrationem sine jurisdictione, et ita tenet Bart. in l. *aufertur*, §. *quod à præside*, *D. de iure fisci*: exactores ergò tributorum non includuntur sub hac prohibitionem; licèt contrarium voluit Gloss. in l. *pen.* in parte *possessoribus*, *C. de exactor. tribut.* lib. 10.

(4) *Comprar.* Latior prohibitio est in dict. l. 1. *C. de contract. iudic.* et dict. l. *principalibus* et in *Capitulis Correectorum*, cap. 2. Sed an hæc prohibitio extendatur ad alios

redamiento, ni casas, el, ni otro por el (5), ni otrosi ninguno de su compañía (6) en aquella tierra, ni en aquel lugar, sobre que son apoderados (7). Fueras ende las cosas que non podrian escusar, assi como lo que ouiessem menester, para comer (8), o para heuer, o para vestir. Pero si qualquier destos sobredichos ouiesse alguna heredad, o otra cosa que ouiesse heredado de su padre, o de alguno de los otros parientes, o ganado en otra manera ante que le ouiessem escogido para este officio, bien la puede vender (9) a los de aquel lugar.

En que manera se deve fazer la vendida, e la compra.

Compra e vendida se puede fazer en dos maneras. La vna es con carta, e la otra sin ella, E la que se hace por carta, es quando el comprador dize al vendedor: Quiero (1) que sea desta vendida, carta fecha (2). E la vendida que desta guisa es fecha, maguer se auengan en el precio el comprador, e el vendedor, non es acabada, fasta que la carta sea fecha, e otorgada: porque ante desto puedese arrepen-

contractus, quàm emptionis, vel aliàs positos in istis legibus, videtur, quod sic ex eadem ratione: quia timor est impressionis: e ita etiam Jaso in dict. l. *principalibus* in princ. dicit de cæteris contractibus, et facit l. *statu liberi* 29. §. 1. ibi: Quoniam Lex duodecim tabularum emptionis verbo, D. *de statu liberi*. Et extendit istam legem, etiam si palam, et bona fide emat, et etiam cum auctoritate alterius administratoris, secundùm Gloss. in dict. l. 1. et tenent Bald. et Salic. in l. *quisquis*, C. *si cert. petat.* et sequuntur Doct. communiter in dict. l. *principalibus*, ubi Jaso col. 3. 7. limitatione; licet contrarium voluit Andr. de Iser. *de feudo guardie* in vers. fin. et ibi dicit, quod si iudex emeret à magno viro sibi subdito, de quo certum erat, quod eum non timebat, neque poterat timere, neque habuerit causam, vel negotium coram eo, neque aliquis de suis, dum fuit officialis; ex quo cessat ratio prohibitionis, cessabit ipsa prohibitio: quod dictum est notabile, et illud reasumpsit Paris de Puteo in suo tractat. *syndicatus*, fol. 36. vers. *contrahere*; sed non credo verum: quia licet cesset timor impressionis, adsunt aliæ rationes prohibitionis, de quibus in dictis locis: et quia divites potentes in multis indigent iudicibus.

(5) *Ni otro por el.* Imò ex interpositione personæ præsumitur major fraus l. *pupillus* 5. §. fin. D. *de auctor. tutor.* adde l. fin. in fin. C. *de contract. judic.* et dict. l. *eas* 3. C. *si cert. petat.*

(6) *De su compañía.* Adde dict. l. *principalibus*, ibi: *Qui circa eos sunt*, et in rubrica C. *de contract. judic.* et nisi hoc fuerat dictum, prohibitio facta principali non extenderetur ad domesticos, et familiares, secundùm Bald. in l. 1. C. *si rector provincie* per illum text.

(7) *Son apoderados.* Etiam si modicum sit officium, l. *si per impressionem* 11. C. *de his quæ vi, meliusve caus.* et ex hoc verbo patet, quod non procedit prohibitio, quando contrahit cum non subditis extra jurisdictionem, Gloss. et ibi Salic. in l. *quisquis*, C. *si cert. pet.*

(8) *Para comer.* Adde dict. l. 1. C. *de contract. judic.* et l. *solent* 6. §. fin. D. *de offic. procons.* ubi et Bald. dicit de equis in quibus equitent: nam non debent ire pedites. Limita etiam si contraheret de licentia Principis, ut dict. l. 1. et l. *non licet*, et si emeret res paternas, quæ fuerunt confiscatæ, ut in dict. l. *qui officii* 62. D. *de contrah. empt.* vel si acciperet donationem remunerationis causa, l. *Aquilus* 27. et ibi Bart. D. *de donat.* Et quid si contractus esset juratus? Dic quod non firmabitur juramento: quia tamen hoc prohibetur odio creditoris, servandum est juramentum, et postea repetendum conditione sine causa, vel habita absolutione à juramento, secundùm Bart. in l. *si quis pro eo*, col. 4. in princ. vers. 4. *dixi*, D. *de fidejussor.* Neque potest huic juri renuntiari: quia jure prohibitivo non potest renuntiari, ut tenent Doctores moderni, signanter Decius in dict. l. *principalibus*. Si tamen ei aliquid legaretur, vel relinqueretur in ultima voluntate, posset accipere, l. *non dubium* 16. et ibi Bart. C. *de testam.* l. *militis* 9. §. fin. D. *de re militari.*

(9) *Vender.* Videbatur contrarium, ex quo omnia con-

tractus cum subditis est prohibitus, et quia erat eadem ratio, et timor impressionis; idè tene menti istam legem, et ad præsens non memini de consimili in jure communi: imò, ut dicit Azo C. *de contract. jud.* in summa, potest magistratus donare, et vendere, ut ait Placentinus; licet in venditione, secundùm Azon. non adeò prompta sit ratio: tene ergò menti istam legem, quæ vult, quòd non possit vendere, nisi tantùm isto casu.

LEX VI.

Emptio et venditio fit dupliciter: in scriptis, vel sine scriptis: si autem partes conveniant, ut fiat scriptura, non perficitur, nisi fiat cum litteris, et testibus: si autem non fit mentio de scriptis, perficitur venditio, cum partes convenerint de pretio, etiamsi arra non interveniat. Hoc dicit.

(1) *Quiero.* Approbat opinionem Azon. C. *de fide instrum.* in summa, col. fin. et sic, quòd in dubio videtur contrahi in scriptis, quando in contractu, vel ante contractum conveniant, quòd indè scriptura fiat; quæ etiam fuit opinio Placentini, et approbat Gloss. *Instit. de empt. et vendit.* in princ. in verbo *conficiuntur*, et in l. *contractus* super verbo *in scriptis*, C. *de fide instrum.* et hanc tenet Specul. tit. *de empt. et vendit.* §. 1. vers. *sed si dictum*, Cyn. Nicol. de Matha, et Bald. in dict. l. *contractus*. Contrarium opinionem, imò quòd non videatur contrahi in scriptis, nisi quando agitur, ut aliter contractus non valeat, tenet Bart. in dict. l. *contractus*, et in l. fin. et authent. *ibi posita*, C. *si cert. petat.* ubi et hoc tenet Bald. et latius Salic. qui ibi multùm egregiè tangit istum articulum, et concludit, quòd non ex hoc solo, quòd conveniant scripturam fieri, dicatur contrahi in scriptis, nisi sint aliqua conjecturæ, per quas aliàs appareat, quòd partes voluerunt contrahere in scriptis; et idem Salic. tenet istam partem in dict. l. *contractus*, 2. quæst. Angel. etiam consil. 156. incipit *domina Angelina*, circa fin. Joan. Fab. Angel. de Aret. in princ. *Instit. de empt. et vendit.* col. 2. Fabianus de Monte in tract. *empt. et vendit.* 9. quæst. principali, vers. *tertio quaritur*, et istam attestatur communem opinionem Decius consil. 340. *pro resolutione dubiorum*, col. 2. Tene ergò menti istam legem, et nota eam in practica; et quòd ista opinio, quam ista lex elegit, in puncto rationis sit verior, comprobatur ex dicto Paul. de Castr. in l. *cum res*, col. 1. C. *de probation.* ubi adducit rationem, quia cum agatur, quòd instrumentum debeat fieri, notarius in instrumento apponet diem instrumenti; et ita partes tacitè videntur egisse, cum non possit rogari, nisi de his, quæ in præsentia ejus sunt, et sic oportet, quòd denuò in præsentia notarii contrahant, et prius non dicitur factus contractus. Limitarem tamen istam legem, nisi ex aliquibus conjecturis constaret de intentione partium, quòd noluerunt per hoc in scriptis contrahere, sed voluerunt tantùm scripturam ad probationem, ut tradit Francis. de Aretio consil. 159. incipit *longa est disputatio secundo dubio*. Decius dict. consil. 340.

(2) *Carta fecha.* Intellige, quando ad substantiam eon-

tir qualquier dellos. Mas despues que la carta fuesse fecha, e acabada con testigos, non se podria ninguno dellos arrepentir, nin yr contra la vendida, para desfazerla. E sin carta se podria fazer la vendida, quando el comprador, e el vendedor se auienen en el precio, e consienten amos en ello; assi que el comprador, e el vendedor se pagan cada vno de la cosa, e del precio, non faziendo mencion de carta. Ca estonce dezimos que seria acabada la vendida que assi fiziessen, maguer non diesse señal (3) ninguna el comprador al vendedor, por que serian ambos tenudos de complir el pleyto, que assi ouiessem puesto.

LEY VII.

Quien deve ganar la señal que fue dada por razon de compra, si la vendida non se acabare.

Señal dan los omes vnos a otros en las compras, e caesce despues, que se arrepiente

tractus hoc fuit volitum; secus si ad illius probationem, ut in dict. 1. *contractus*, ubi Bald. et Salic. et secundum Bald. ibi, quando à principio fuit dictum de scriptura, colligitur animus contrahendi in scriptis: vide tamen, quod post Salic. dicit Aret. *Instit. de empt. et vendic.* in princ. Sed quidquid sit de jure communi, opinio Azon. posita in dict. 1. *contractus*, approbatur hic, et vide Salic. notabiliter loquentem in authent. *sed novo jure*, pen. col. C. *si cert. pet.* et Joan. Fabr. in dict. princ. *Instit. de empt. et vendic.* et Decium consil. 11. col. 1. et 2. et consil. 340. col. 2. et consil. 159. et Socin. consil. 32. vol. 3.

(3) *Señal.* Adde l. *quod saepe* 35. in princ. D. *de contrah. empt.* et *Instit. de empt. et vendit.* in princ.

LEX VII.

Ante traditionem rei venditæ, arris datis, potest emptor penitere, et perdit arras: et si venditor peniteat, reddat eas duplicatas: si tamen arræ dentur etiam pro parte pretii, non est locus penitentia. Hoc dicit.

(1) *Despues.* Per hoc videtur approbari opinio Azon. C. eod. in summa, versic. *illud autem*, col. 4. quod emptor non potest agere ad interesse contra venditorem; etiam quando contractus venditionis fuit perfectus; sed satis est, quod venditor perdat arras: quia sic tacite videtur actum inter contrahentes, ut arrarum amissione, et duplicatione sint contenti; et hujus opinionis fuit etiam Angel. in dict. 1. *contractus*, C. *de fide instr.* in fin. versic. *ultimo scias*, et etiam Salic. ibidem col. fin. qui dicit, ita practicari, et adde l. 2. tit. 10. lib. 3. *Foro. Legum.* Communis tamen opinio de jure communi est in contrarium adherentium opinioni Joan. de qua in gloss. *Instit. de empt. et vendit.* §. 1. super parte *compellitur*, et in dict. 1. *contractus*, quam tenet Bart. in l. *prædica*, D. *de action. empti*, et in l. 1. §. *dixerit aliquis*, D. *de publican.* Bald. in dict. 1. *contractus*, et in l. *unica*, C. *de sentent. quæ pro eo, quod interest*, col. pen. Joan. Fabr. et Angel. in dict. §. 1.

(2) *Del precio.* Adde l. 2. C. *quando liceat ab empt. disced.* et adverte, quia loquitur ista lex, quando arra datur in pecunia; quia si esset in specie aliqua, tunc non ita conveniret, ut cederet pro arra, et pro parte pretii: et sic reprobat ista lex opinionem illorum, qui dicebant, quod quando arræ dantur in pecunia numerata, in dubio videantur datæ nomine arrarum, et pro parte pretii, prout refert Bald. in

alguno. E porende dezimos, que si el comprador se arrepiente despues que da la señal, que la deve perder. Mas si el vendedor se arrepiente despues deve tornar la señal doblada al comprador, e non valdra despues (1) la vendida. Pero si quando el comprador dio la señal, dixo assi; que le daua por señal, e por parte del precio (2), o por otorgamiento (3), estonce non se puede arrepentir ninguno dellos, ni desfazer (4) la vendida, que non vala.

LEY VIII.

Como la vendida puede ser fecha, maguer el comprador e el vendedor non sean en la tierra, quando la fizieren.

Estando delante el comprador e el vendedor, pueden fazer la vendida: e avn podria ser fecha, maguer el vno estouiesse en vn lugar, e el otro en otro, por cartas, o por mandaderos, consintiendo ambos a dos en vno (1) en la vendida, e pagandose el comprador de

1. *si fundus*, D. *de lege commiss.* exigitur ergò, ut licet arræ dentur in pecunia, exprimat, quòd et sint pro parte pretii, hoc est, pro arris, et pagamento, ut vulgò dicitur, ut sic non liceat penitere: adde Alberic. in l. 2. C. *quando lice. ab empt. disced.*

(3) *O por otorgamiento.* Id est, non dentur nomine arrarum, sed in signum perfectionis contractus: et nota multum istud verbum, nam non vidi (si bene memini) simile verbum in jure communi, nisi dicas, quòd et hoc vult l. *quod saepe* 85. in princ. D. *de contrah. emptio.*

(4) *Ni desfazer.* Et si habet facultatem rei tradendæ, præcisè tenebitur ad tradendum venditor, et emptor ad pretium, ut probatur hic, et tenet Bart. in l. 1. D. *de action. empti*, ubi Gloss. ponit opinionem Marti. et tenet Bald. in l. *unica*, col. pen. C. *de sent. quæ pro eo, quod interest*, ubi dicit istam esse communem opinionem, et idem Bald. in cap. 1. §. *si facta, si de feudo fuer. contrah. inter domin. et agnat.* et Gloss. in §. *pretium*, *Instit. de empt. et vendic.* et adde l. 7. tit. 7. ad fin. 7. *Part.*

LEX VIII.

Contrahitur venditio etiam inter absentes per procuratorem ad hoc constitutum, vel per nuntium, vel epistolam, etiam si res non sit in presentia. Hoc dicit.

(1) *En vno.* Habes hic, quod consensus vendentis et ementis debet intervenire simul: adde Gloss. in l. 1. D. *contrah. empt.* et in l. *consensu* 2. D. *de action. et oblig.* non tamen vitabitur, etsi consensus interveniat ex intervallo ex parte ementis, ut voluit Gloss. in l. *si stipuler*, §. *si in locando*, D. *de verb. oblig.* quod limitat, et intelligit ibi Joan. de Imol. quando altera pars sibi dedit tempus ad deliberandum, vel quando consentit tali responsioni: et idem fortè si non contradicit, arg. l. *si filiusfamilias* 16. D. *ad Maced.* aliàs autem secus videretur, ne sequatur absurdum, ne quis impediatur disponere de re sua, si teneretur expectare responsum ex intervallo, et quia non est verisimile, quod volerem etiam impediri super dispositione rei meæ, neque bonus vie hoc verisimiliter arbitraretur: in istis autem contractibus bonæ fidei venit id, quod verisimiliter bonus vir arbitraretur, facit l. *in bonæ fidei* 7. D. *de eo, et oblig. quod cert. loco*, l. *vir bonus* 18. D. *judic. sole.* bene facit ad prædicta, quod decidit Albericus post Marti. Sillam. in l. *remitti*, D. *de jurejur.* et l. 3. cum Gloss. et ibi Bald. C. *de repud. hered.*

la cosa, e el vendedor del precio. E avn dezimos que se podría fazer la vendida, maguer non este la cosa delante (2) del comprador, e del vendedor, consintiendo ambos en ella, segund que es sobredicho.

LEY IX.

Como deve ser nombrado el precio ciertamente en la vendida.

Cierto (1) deve ser el precio, en que se auienen el comprador, e el vendedor, para valer la vendida: ca si el vendedor dixesse: Vendote esta cosa, por quanto tu quisieres (2), o por quanto yo quisiere; la vendida que en tal manera fuesse fecha non valdria. Pero si el comprador e el vendedor se auienen en otro ome alguno (3), metiendolo en su mano, que el señalasse el precio, por quanto sea vendida la cosa; estonce, señalando el precio (4) aquel en cuya mano lo ponen, valdra la vendida. E si este, en cuya mano lo meten, señalasse el precio desaguísadamente, mucho mayor, o menor de lo que vale la cosa, estonce deve ser endereçado el precio segun aluedrio (5) de omes buenos. Mas si aquel en cuya mano lo meten, muriessse (6) ante que señalassen el precio, estonce non valdria la vendida.

LEY X.

En que manera puede valer la vendida, maguer non fuesse y nombrado precio cierto.

Acordandose el comprador, e el vendedor,

(2) *La cosa adelante.* Adde l. 1. C. de contrah. empt. et ibi dicit Bald. quòd in solutione gabellæ inspicitur locus contractus, et non locus ubi res est sita: vide de hoc legem Quaterni gabellarum 101. quæ aliter disponit, et l. 103.

LEX IX.

Debet de pretio certæ rei convenire contrahens: non enim valet venditio, si pretium confertur in voluntate alterius contrahentium: sed in voluntate tertii potest conferri; et si ille injustè arbitretur, recurritur ad arbitrium bonorum virorum: sed si antequàm arbitretur, decedat, non valebit venditio. Hoc dicit.

(1) *Cierto.* Adde l. 1. et quæ ibi dixi suprâ eod.

(2) *Quanto tu quisieres.* Idem si dicat quanti æquum putaveris, l. quod sape 35. §. 1. D. eod. et idem si commercium conferatur in arbitrium alterius contrahentium, ut in l. in vendentis 13. C. eod. si tamen accidentale aliquid contractus conferretur in arbitrium alterius contrahentium, tenet: et si sit in mora arbitrandi, recurritur ad iudicem, ut D. eod. l. hæc venditio 7. et ibi Bart.

(3) *Ome alguno.* Et sic in certo homine; secus si esset incertus, ut in l. fin. C. eod.

(4) *El precio.* Adde dict. l. fin. C. eod. et Instit. eod. §. pretium 1. vers. sed nostra.

(5) *Aluedrio.* Adde l. si coita 75. et l. societatem 76. vers. arbitratorum, et l. unde si Nervæ 79. D. pro socio: et sufficit enormis læsio, licet non sit ultra dimidiam justii pretii, dict. l. unde si Nervæ, et hoc relinquitur iudicantis arbitrio, secundum Cyn. et Ang. in dict. l. fin. et nota verba hujus legis hic, dum dicit desaguísadamente mucho mayor, o menor: in modico enim lædere posset arbitrator, l. Pomponius 13. §. recepisse 2. D. de recept. qui arbitr. et vide per Bart. in dict. §. arbitratorum.

de vender el vno al otro alguna cosa, por tantos dineros, quantos el comprador touiesse en alguna arra, o saco, o maleta, o otra cosa qualquier, valdra la vendida, si fueren (1) y fallados algunos dineros, quantos quier que sean; maguer non ouiesse tantos, quantos podría, o valdria aquella cosa. Mas si por aventura non fallassen y ninguno, estonce non valdria (2) la vendida: porque la vendida non se puede fazer sin precio. Otrosi dezimos, que si alguno ome vendiere a otro alguna cosa, auiniendose ambos, que la pudiesse auer el comprador por tanto precio, quanto la ouiera aquel que la vende, valdra otrosi la vendida; si fallaren en verdad, que la ouo comprado, el que la vende assi. Mas si fallassen que la ouiera de donadio, o que la auia heredado, o en otra manera qualquier que non fuesse por compra, estonce non valdria la vendida.

LEY XI.

De que cosas puede ser fecha la vendida.

Compra, o vendida pueden los omes fazer, tambien de las cosas que non son (1), ni papparecen, como las que son, e se pueden mostrar. Esto seria, como si vn ome vendiesse a otro el fruto de alguna sierua, que estouiesse preñada, o de bestia; o de alguna viña, o tierra, o de otra cosa semejante destas. Ca, como quier que la cosa non parece avn quando la

(6) *Muriessse.* Adde dict. l. fin. et dict. §. pretium, versic. sed nostra: mors tamen alterius ex contrahentibus non obstaret, l. si pactum 9. D. de probat. l. 1. C. ut actio ab hæred. et contra hæred. Quid tamen si bona venditoris ante declarationem arbitrii confiscantur, vide per Bald. in dict. l. fin. col. 5. versic. ulterius quæro, et ibi per Salic. per quos vide de intellectu l. quotiens, §. fin. D. de novation.

LEX X.

Valet venditio facta pro nummis, qui sunt in certo loco; aut pro tanto pretio, quantum constitit venditori: sed si pro nullo pretio emptor emit, non valet. Hoc dicit.

(1) *Si fueren.* Et sic non dicitur incertum, quod ex relatione ad aliud potest certificari, ut hic, et in l. hæc venditio 7. §. hujusmodi, D. de contrah. empt. undè si aliquis emat centum castrones, qui sunt apud macellatorem, dicens, quòd emit quanti valent; tenebit emptio, quia cum sciatur pretium, quo macellator alios castrones vendit, non dicitur pretium incertum, secundum Alberic. in dict. §. hujusmodi.

(2) *Non valdria.* Concordat cum l. si quis cum fundum 26. D. de act. empt. et vend. et hoc, quia est falsa demonstratio in substantialibus venditionis: nam si esset in accidentalibus, non vitaret, ut in l. si divortio 21. D. de verb. oblig. secundum Bald. in dict. l. si quis cum fundum.

LEX XI.

Partum certi animalis potest quis emere; sed si nihil pariat, non tenetur emptor ad pretium solvendum, nisi suo periculo emit. Item possum emere factum retis; et licet nihil capiatur, solvat pretium. Hoc dicit.

(1) *Non son.* Regulariter tamen emptio sine re, quæ

vende, con todo esso vale la vendida; pues que señalo la cosa onde deve salir el fruto (2), sobre que se faze la vendida. Pero si aquella cosa de que se faze la vendida, non diesse (3) fruto ninguno (4) de si, estonce non seria tenuto el comprador, de darle el precio; fueras ende, si la ouiesse comprado a su ventura (5). Otrosi dezimos, que podria ome comprar la cosa que non fuesse avn cierta; esto seria, como si algun ome pescasse, o caçase, e dixesse otro alguno: Darte he tanto precio, por la primera cosa que pescares (6), o caçares: ca si el otro gelo otorga, como quier que non sabe que es aquello que vende, valdra la vendida. Otrosi dezimos, que si el comprador dixere que quiere atender a su ventura, si sacasse alguna cosa el pescador de la primera vez, si prisiessse, o matasse el pescador alguna cosa, fasta ora cierta del dia, o en todo el dia; estonce, maguer non preuda ninguna cosa, tenuto es el comprador, de darle el precio quel prometio.

LEY XII.

Como vale la vendida, que es fecha de fructo de sierua, o de yegua, o de otra cosa semejante.

Engañosamente queriendo vender yn ome a otro el fructo de alguna sierua, o yegua, o de otra cosa semejante, diciendo que era preñada, sabiendo que era mañera, vale la vendida, como quier que es fecha con engaño.

veneat, esse non potest, l. nec emptio 8. D. eod. l. 1. D. de rerum permut. et intellige, sive de re demonstrativa, ad oculum, sive ad intellectum; ut si vendatur tertia pars pro indiviso talis prædii, vel homo in genere, vel equus incertus, seu decem cadi olei, ut in l. si debitor 39. §. 1. D. eod. et l. convenit 65. et tradit Azo C. eod. in summa.

(2) *Salir el fruto.* Et sic sufficit, quòd sit res, ex qua possit produci quod emitur, ut hic, et dict. l. nec emptio 8. et l. interdum 73. in princ. D. de verb. oblig. sic et aliàs sufficit aliquid esse aptitudine, l. sufficit 56. D. de condict. indeb. per quam legem dicit Joan. de Imol. in l. 2. col. 2. D. de public. judic. quòd potest judicari aliquod crimen esse capitale, ex quo inspecta ordinata dispositione facta super ipso crimine, possibile est capitalem pœnam posset intelligi.

(3) *Non diasse.* Inest enim tacita conditio, si fructus nascantur, l. 1. in fin. D. de condit. et demonstr. l. si debitor 39. §. verisimile, D. eod.

(4) *Ninguno.* Nam si aliquem dedisset, ille erit emptus, ut in dicto §. verisimile.

(5) *Su ventura.* Tunc enim emptio consistit in sola spe, et videtur emi ut alea, dict. l. nec emptio, ad fin.

(6) *Pescares.* Adde l. si jactum 12. D. de action. empt. et ibi Bart. et eod. tit. l. ex empto 11. §. fin.

LEY XIII.

Vendens dolo, seu fraudulentè fructum prægnantis ancillæ, seu vineæ, cum re vera non esset, tenetur ad estimationem fructus, vel ad interesse: quia valet venditio. Hoc dicit.

Tom. II.

Pero el vendedor tenuto es, de dar al comprador la estimacion que podria valer el fructo de la sierua, o de la yegua, o de refazerle todos los daños que le vinieron por esta razon. El esso mismo dezimos que seria, si vendiesse el fructo de alguna viña, o de algunos arboles, o de otra cosa semejante; sabiendo que non leuava fructo, o faziendo maliciosamente algun engaño, por que non leuasse. Ca tenuto es de darle la estimacion de los fructos, con los daños que le vinieron ende, porque non los ouo.

LEY XIII.

Como puede ome vender el derecho que espera auer en los bienes de otro.

Esperança (1) han los omes a las vegadas, de heredar los vnos los bienes de los otros. E esta esperança puede ser en dos maneras. La vna es, quando alguno ha fuizia de heredar los bienes de algun su pariente; seyendo tan propinco, que haya de heredarle, si acaesciere que fine sin testamento, todo lo suyo. La otra es, quando han fuizia, que le establecera alguno por heredero. E porque y ha algunos omes, que quieren vender tal esperança como esta sobredicha, o derecho que atienden auer; dezimos, que lo non pueden fazer, si nombrassen (2) las personas de aquellos que han fuizia de heredar. Fueras ende, si fuere la vendida con otorgamiento, e con plazer dellos mismos (3); e que duren todavia en este pla-

LEX XIII.

Si quis in alterius mortem captet, non valet venditio futuræ successionis certi hominis, nisi eo consentiente, et usque ad mortem in consensu perseverante: incerti autem hominis valet. Hoc dicit.

(1) *Esperança.* Spes enim succedendi alteri appellatur spes, ut hic, et in l. fin. C. de pactis; non tamen est legitima spes: et est ratio secundum Bart. in l. post emancipationem, §. illud, D. de liber. legat. quia nullum jus est fundatum in tali spe; neque filius habet jus in hereditate patris, vivente patre, l. pretia rerum, 63. D. ad L. Falcid. et dicit Angel. in l. spes, C. de donation. quòd debet spes esse fundata super aliquo existendi fundamento; aliàs dicitur vana spes: undè si spero me Titio successorum, cum nullum habeam fundamentum, non appellatur spes; sed si Titius esset mi pater, vel avus, tunc justè spero: quia talem successionem obsequio mihi paro, l. nec ei 17. §. 3. D. de adoption. et ex prædictis infert Bart. in dict. §. illud, quòd si quis remittit jus, quod habet, vel habere sperat, prout apponitur in contractibus, videtur remittere jus, quod habet, vel habere sperat de futuro, ex causa tamen de præsentì; aliàs non dicitur spes, quæ non est fundata de præsentì: vide ibi per eum: alibi dixit Bald. quòd in jure nostro non dicitur spes, nisi illa, quam jus fovet, in cap. si quis miles, Impetrator Lotharius, Eugenio Papa, et universo populo, col. 3. alibi etiam in eleganti questione dicit Bald. quòd jus spei aliàs alii tollere non potest, in cap. 1. col. 2. versic. quaro hic pone, quod sunt tres fratres, de alien. feud. pater.

(2) *Si nombrassen.* Adde l. donari 29. §. fin. D. de don. et l. 9. tit. 9. inf. ead. Part. et l. 33. tit. 11. ead. Part.

(3) *Dellos mismos.* Permittit hoc lex propter confidentiam

zer, fasta que mueran. Mas si non los nombrassen (4), poderlo y au vender en esta manera, diziendo assi; que todas las ganancias, o derechos, que les han de venir por razon de heredamiento, onde quier que les vengán, que las venden: e a quien, e por quanto. E por esta razon (5) defendemos, que non vala tal vendida, en que fuessen nombradas las personas de aquellos que ouiessen fuizia de heredar; porque los compradores de tal esperanza, o de tal derecho, como de suso es dicho, non ayan razon de se trabajar de muerte de aquellos cuyos son los bienes por cobdicia de los auer.

LEY XIV.

Como deue valer, o non, la vendida que fuesse hecha, de molino, o de casa, o de otro edificio derribado, o arboles arrancados.

Vendiendo vn ome a otro casa, o molino, o otro edificio qualquier, si lo que assi vendiesse, fuesse derribado, o quemado, o destruydo en alguna otra manera, non lo sabiendo el comprador, non valdria (4) la vendida; maguer aquel que lo vendiesse, cuydasse que era sano quando lo vendiesse, e non supiesse que era quemado, nin derribado: esso mismo dezimos que seria, si le vendiesse algunos arboles (2) que fuessen en esta misma manera, que fuessen en otro lugar; que non valdria la vendida, si los arboles fuessen cortados, o

tiam, quam habent isti, qui consentiunt, de paciscentibus de non captanda eorum morte, secundum Bald. in l. fin. in princ. *C. de pactis.*

(4) *Non los nombrassen.* Quid si in mente eorum sit intentio de certa persona, sed in fraudem non nominant? Dic, quod secus esset, et haberetur, ac si nominarent, l. *fraus* 30, D. *de legib.* et tenet Bald. in l. fin. col. fin. *C. de pact.*

(5) *Razon.* Adde l. fin. in fin. *C. de pactis*, cap. 1. et 2. *de concess. præbend.* et cap. *de testanda* 2. et cap. *de captanda* 3. *de concess. præbend.* lib. 6. et ex ista ratione dicebat Socin. consil. 53. vol. 3. incipit *miror*, quod in *præsenti*, quòd neque ad officia sæcularia non potest dari spectatiua, etiamsi daretur generaliter non exprimendo de officio certi hominis: sicut esset etiam in beneficiis Ecclesiasticis, cap. *constitutus* 11. *de concess. præbend.* cuius dictum refert Decius in dict. l. fin. *secundo notabili*, ubi tenet contra Socin. quando spectatiua daretur super officiis hominis incerti, ut hic, et in dict. l. fin. permittitur in hereditatibus; ergò idem dicendum in officiis sæcularibus: vide de hoc in l. 12. et 13. tit. 2. lib. 7. *Ordin. Regal.* ubi prohibentur dari spectatiuæ ad officia sæcularia, et l. 18. tit. 15. lib. 2. *Ordin. Regal.*

LEX XIV.

Emens scienter rem destructam tenetur de pretio: si autem ignoranter, siquidem venditor ignoret, et est totaliter destructa, vel maior pars, non valet venditio; si minor, valet, licet deducatur de pretio deteriorationis æstimatio: si autem scit venditor, non valet, si est totaliter destructa; et tenetur emptori ad interessa, super quo jurabit emptor in litem cum taxatione judiciali. Hoc dicit.

quemados, o arrancados en la sazón que los vendió. Otro tal dezimos que sería, si aquella cosa que assi fuesse vendida, fuesse quemada, o derribada, la mayor parte della. Mas si fuesse la menor parte (3) della quemada, o derribada, estonce valdria la vendida. Pero deuen fazer sacar del precio, quanto asmaren que vale la cosa menos, por razon de aquello que era quemado, o derribado, a la sazón que fue fecha la compra. Pero si a sabiendas vendiesse vn ome a otro alguna cosa, que era quemada, o derribada, diziendo el que la vendia, que era sana; non vale la vendida (4), porque non se puede vender la cosa que non es. Pero este que la vendió assi, es tenuto de pechar (5) al comprador todos los daños quel vinieron por esta razon; por engaño que hizo a sabiendas, vendiendo lo que sabia que non era. Mas si la cosa que le vendiesse assi, a sabiendas, fuesse quemada, o derribada, della, e non toda, estonce valdria la vendida. Mas sería tenuto el vendedor, de pechar al comprador el menoscabo, e los daños quel venieron por esta razon. E deue ser creydo sobre ellos con su jura (6), con estimacion del Juegador. Otrosi dezimos, que si algund ome vendiesse a otro, alguna cosa que fuesse quemada, o derribada, della, e non toda, (7); e el comprador supiesse que era atal, e non lo supiesse el vendedor (8); que estonce tenuto sería el comprador, de pagar el precio todo. Mas si aquel que vendiesse la cosa quemada, o derribada, por tal qual es, faziendolo en-

(1) *Non valdrin.* Sed quare non durat venditio respectu areæ, quæ est maxima pars domus, licet sit combusta, l. *quæ res* 98. §. *aream* 8. D. *de solution.* respondeo, quòd hic non emit contemplatione soli, sed respectu ædificii tantum; et idèò cùm nihil supersit de eo, cuius contemplatione emit, non tenet venditio: et facit ad istos census modernos, qui venduntur super vineis, vel domibus, qui imponuntur ratione ædificiorum, et arborum, et vitium; ut destructis ædificiis, seu arboribus, non debeatur census respectu areæ: vide quod habetur, et notatur in l. 1. *C. de iure emphyt.* et per Alexand. consil. 112. vol. 1. et dixi infra eod. *Part.* tit. 8. l. pen. in gloss.

(2) *Algunos arboles.* Adde l. *arboribus* 58. D. eod. et quid si emerentur fructus alicujus territorii, qui tempore emptionis erant devastati, vide Bald. in l. 2. *C. de contrah. emptio.*

(3) *La menor parte.* Idem si esset dimidia pars, ut in dict. l. *si domum* 57. D. eod.

(4) *Non vale la vendida.* Si ergò tempore emptionis res empta erat tota destructa, non tenet venditio, nulla facta distinctione scientiæ, vel ignorantie venditoris, et emptoris.

(5) *Es tenuto de pechar.* Hoc addit ista lex ad l. *domum* 57. D. eod.

(6) *Con su jura.* Nam cùm venditio tenuit ex quo tota res non erat destructa, et actio ex empto sit bonæ fidei, juratur in litem, ut in l. *in actionibus* 5. D. *de in litem jurando.*

(7) *E non toda.* Nam si tota esset perempta, nulla distinctione facta, non tenet venditio, ut dixi supra et probatur in dict. l. *domum*, ubi etiam Bald.

(8) *E non lo supiesse el vendedor.* Hoc dicit, quia si

tender (9) al comprador, estonce valdria la vendida.

LEY XV.

Como ome libre, o cosa sagrada, o santa, o lugar publico, non se puede vender.

Ome libre (4), e la cosa sagrada, o religiosa, o santa, o lugar publico, assi como las plaças, e las carreras, e los exidos (2), e los rios, e las fuentes que son del Rey (3), o del comun de algun Concejo, non se pueden vender, nin enagenar. E como quier que diximos de suso, que la cosa sagrada, o religiosa, o santa, que se non puede vender; razon y a, en como se podria fazer vendida della. E esto sería, como si vn Aldea (4), o otro lugar, vendiessen con todas sus pertenen-

uterque sciret, rem venditam pro parte esse destructam, compensaretur dolus ex utraque parte, et non daretur actio ex empto, quia inter dolosos contractus bonæ fidei non proficit, ut in dict. l. domum; teneret tamen venditio pro ea parte, quæ extaret, ut dicit Gloss. in dict. l. domum, in verbo nihil actum: vel dic, ut in gloss. sequenti.

(9) *Faziendolo entender.* Vult ista lex, quod ad hoc, ut venditor rei destructæ agat ad totum pretium contra emptorem, requiritur non solum, quòd emptor sciat rem esse destructam, imò etiam quòd venditor hoc sibi dicat, et per venditorem certioretur; et sic limitabis reg. cap. eum qui certus 31. de reg. jur. lib. 6. Vel dic, et melius, quòd si emptor sciret domum esse destructam, seu combustam, non exigatur, quòd ulterius per venditorem certioretur; imò tali casu, cum uterque scivit, tenebit venditio, et venditor agat ad totum pretium, ex quo scienti non fuit facta injuria, neque dolus, l. 1. §. si intelligatur 6. D. de ædilit. edict. regul. scienti 27. de reg. jur. lib. 6. l. pacisci 31. D. de partib. videtur enim, tunc vendi area, vel talis, qualis res est. Tene ergo menti istam legem, quæ in casu, in quo venditor scilicet, et emptor scivit rem destructam, vult, quòd venditio teneat in totam, et sic deviat ab his, quæ habentur, et notantur in dict. l. domum.

LEX XV.

(3) *A peños.* Si tamen nullo pignore constituto debitor pascisceretur cum mutuante, ut si non solverit hinc ad mensem, talis res, vel domus debitoris sit empta creditori pro debito, valerit pactum, ut est text. notab. in l. fin. D. de contrah. empt. Bald. in cap. 1. col. 2. versic. *quero utrum valeat, de feud. dat. in vicem legis commissor.* Sed an istud pactum possit fieri cum fidejussore, dicendo, "si non extraxero te ab obligatione ista, pignus, quod pro indemnitate tibi dedi, sit tuum loco indemnitatis," Bald. in dict. cap. 1. versic. *set nunquid*, col. 1. tenet, quod sic, et quod speciale sit in his, qui pro alio obligantur, ut hoc modo seruentur indemnes, et dicit esse casum in dict. l. fin. in princ. et quod hoc tenet Gloss. in dict. cap. 1. in gloss. l. in fin. Sed adverte, quia Glos. non ponit exemplum, ut Bald. scilicet, quod pignus sit datum ipsi fidejussori, neque etiam in casu dict. l. fin. fuit datum fidejussori, sed creditori; et ideo tenendum est contrarium in casu Bald. et ita vult Alber. in dict. l. fin. in princ.

(4) *Los que prestan.* Ex verbo isto innuitur, quod istud pactum legis commissorie in pignoribus reprobetur, quando pignora darentur ex causa mutui; et sic non si ex aliis causis daretur pignus pro debito. Sed dicendum est contrarium, cum indistincte pactum istud reprobatur in pignoribus, ut in l. 1. et fin. C. de pactis pignor. et probatur in l. fin. in princ. D. de contrah. empt. et in l. Callippo 45. D. de solution. et tenet Angel. in l. si fundus, §. fin. D. de pignor. et quia magis frequentatur in pignoribus ex causa mutui, ista lex posuit hoc exemplum: adde cap. *significante 7. de pignor.* Sed an favore dotis valeat istud pactum in pignore dato, si dos non solvatur viro infra tale tempus? Vide Bald. in dict. cap. 1. de feud. dat. in vicem leg. commissor. et Bald. novel. in tract. de dote, fol. 22. col. 3. versic. *quingagesimum primum privilegium*, ubi tenet, quod sic. Et an possit renuntiari huic juri, scilicet, quod non tenet pactum legis commissorie in pignoribus? Gloss. et Salic. in l. 1. C. de pactis pignor. tenent, quod non, et idem tenet Joann. de Imol. in dict. cap. *significante*, col. 4. quia introductum est odio creditoris: neque firmabitur hoc pactum juramento, licet jurans propter juramentum teneatur ad observationem pacti, secundum Bart. in l. si quis pro eo, col. 4. D. de fidejussor. et in l. Sejus, et Agerius, D. ad Leg. Falcid. et late per Joann. de Imol. quem vide in cap. *significante*, col. 5. et 6. de pignoribus.

(5) *Quando estouiessen.* Ex hoc innuitur, quod valet istud pactum appositum ex intervallo, l. Titius 34. D. de pignor. actio. et intellige, ut per Gloss. et Bart. in dict. l. *quamvis*, D. de solution.

LEX XLII.

Pactum appositum de restituenda re vendita, quando-cumque pretium redderetur, est servandum: aliis pena committitur, et ea commissa, remanet res penes emptorem; nisi fuerit apposita rato manente pacto: quia tunc restitueretur res, et si eam non habet emptor, solvet interesse. Hoc dicit.

(1) *Quando quier.* Sed usque ad quod tempus potest

LEY XLII.

De los que venden por cierto precio a otros alguna cosa, con condicion quel vendedor, o su heredero, la puedan cobrar tornando el precio.

Por cierto precio vendiendo vu ome a otro alguna cosa, poniendo tal pleyto entre si en la vendida que quando quier (1) que el vendedor (2), o sus herederos (3), tornassen el

Ley 1.
tit. 1.
libr. 10
Novis.
Recop.

offerri pecunia vigore hujus pacti? Super hoc sunt opinio-nes: nam quidam dicunt, quod semper, alii usque ad triginta annos, alii usque ad quadraginta, ut refert Alber. in l. 2. C. de pactis inter empt. et vendit. Jaso in l. petens, C. de pactis, col. 4. versic. *circa ista*, vult, quod huic juri prescribatur triginta annis, referens, ita decidisse Angel. consil. 55. incipit *Guillelmus, et Franciscus*, et idem tenet ibi Philip. Dec. col. 2. neque dicit ob stare l. *quod si nulli*, §. *si quod ita 22.* versic. *si vero concenerit*, D. de edit. edicto, ubi habetur, quod si concenerit, ut in perpetuum redhibitio fiat, valet conventio: et per illum text. ita tenet in pacto de retrò vendendo Fabian. in suo tractat. de empt. et vendit. in 3. quæst. septimæ q. principalis, et Andr. Sycul. consil. 51. col. 10. vol. 1. Fulgos. consil. 123. incipit *S. et P. cives*, quia ille §. ut ibi declarat Angel. non procedit in prescriptione odiosa, que inducta est merè in odium negligentis, ut est prescriptio triginta annorum, cui non potest renuntiari, ut etiam tenet Bart. et est communior Doctorum opinio in l. nemo potest, D. de legat. 1. et huic opinioni Angel. Jason. et Decii, videtur adherendum, quia ut dicit Bald. in cap. 1. col. 2. super verbo *quandocumque, de feud. dat. in vicem leg. commissor.* de plano fatendum est, quod juri offerendi prescribitur, quando est præambulum juris agendi, l. fin. C. de bonis auctor. judic. possid. et fortè hodie per l. 63. in Ordin. Tauri prescriberetur huic juri spatio viginti annorum, cum ista sit actio personalis, ut in dict. l. 2. C. de pactis inter emptor. et vendit. Poteris tamen hoc limitare tripliciter. Primò nisi tempus esset præfixum à partibus, infra quod possit redimi: nam tunc sive sit majus triginta annorum, sive minus, illud attendetur: de majori tenet dictus Fabian. ubi suprâ, et quia aliud videtur renuntiari in totum prescriptioni, aliud, tempus statutum prorogare: facit Gloss. authent. *quas actiones, C. de Sacros. Eccles.* et facit l. *sicut in annos 3.* D. quib. mod. ususfr. amittatur, et quod notat Angel. in l. *centesimus*, in fin. princ. D. de verb. obligat. Joan. Faber. in l. *sicut*, in fin. C. de præsc. 30. vel 40. annor. de minori tenet Decius in dict. l. *petens*, post Angel. in quodam consilio, et Socin. consil. 241. vol. 2. ultima charta, versic. *præterea*. Secundò limita, nisi contractus diceretur usurarius, Decius ubi suprâ post Bald. in quodam consilio, quem ibi ipse refert: et idem dicerem, et sic tertio limita-bitur; si esset enormitas læsionis in prætio simul cum pacto de revendendo: quia cum, secundum opinionem multorum, præsumatur contractus usurarius, si cum hoc jungatur pactum de redimendo perpetuo; servandum esset etiam 30. annis elapsis, et nota bene. Quid tamen si præfixo certo termino conveniat inter partes, quod non obstat termini præfixi contrahentibus lapsus, quousque inter se super hoc conveniant super majori termino dando, ut vidi de facto? Et dicendum est, quod tunc non obstat lapsus termini, ut in simili tradit notabiliter Paul. de Cast. consil. 11. col. fin. vol. 1. incipit *viso libello*, et probatur in Clement. *quandiu, de appellat.*

(2) *Que el vendedor.* Et an jus competens ex hoc pacto possit cedi alii per venditorem, Angel. in l. *ad officium*, in fin. D. *commun. divid.* tenet, quod non, et est multum notandum: cogita tamen super veritate hujus dicti.

(3) *Herederos.* Licet hoc non fuerat expressum in pacto, sed tantum de venditore, hoc jus competeret hæredibus, secundum Gloss. communiter approbatum in dict. l.

precio al comprador, o a los suyos, que fuesen tenudos de tornarle (4) aquella cosa que assi vendiese; dezimos, que si tal pleyto fuere puesto en la vendida, que deve ser guardado: e si el comprador, o sus herederos, non quisieren guardar el pleyto, nin tornar la cosa, assi como es sobredicho, si pena fuere puesta en el pleyto, deuela pechar. E si el vendedor, o sus herederos, quisieren rescibir la pena (5) deuese partir de la cosa vendida; fueras ende, si el pleyto fue puesto, que tornasse la cosa, e pechasse (6) la pena. E si pena non fue puesta en el pleyto, entonce el comprador (7) es tenuto de tornar la cosa en

todas guisas (8), si es en su poder; e si en su poder non es (9), deve pechar (10) al vendedor todos los daños, e los menoscabos, que le vinieron porque non torno aquella cosa, que assi auia vendida.

LEY XLIII.

Que si el vendedor pone con el comprador, que non venda, nin empeñe cosa a omes señalados, deve ser guardado.

Castillo, o torre, o casa, o otra cosa qualquier, vendiendo vn ome a otro, a tal pleyto que el comprador, nin sus herederos (1)

ley 1,
tit. 1,
lib. 10
Novis.
Recop.

2. ubi vide per Doct. quando jus offerendi transeat ad hæredes, et in l. *si decem cum petero* 48. D. de verb. oblig.

(1) *De tornarle*. Nota bene, quòd licet non dicatur, quòd teneatur revendere, sed tantum reddere, adhuc cogitur emptor præcisè ad tradendum rem, ut patet ex ista l. circa fin. cum dicit, *et comprador es tenuto de tornar, etc.* neque liberabitur solvendo interesse; et sic deciditur hic illa quæstio, in qua laboravit Socinus consulendo consil. 253. vol. 2. in causa domini Joan. Francisci in 3. dubitatione: si tamen promiserat tantum revendere, et non reddere, tunc liberaretur præstando interesse, cum teneatur ad merum factum, ut per Bart. in l. *si fidejussor*, §. fin. D. de legat. 1. et tradit Socin. in dict. consilio.

(5) *Quisieren rescibir la pena*. Innuit, quòd si venditor nolit agere ad penam, sed ut res vendita sibi reddatur ex pacto, quòd posset; et ita est dicendum, quia et per stipulationem penalem non novatur actio ex vendito ad revendum, et poterit venditor eligere, quam vult, ut in l. *prædia* 28. D. de action. empt.

(6) *Tornasse la cosa, e pechasse*. Adde l. 34. tit. 11. ead. Part. et quæ ibi dixi.

(7) *El comprador*. Quid si ipse emptor vendidit rem alii? an si primus venditor offerat pretiam primo emptori, vel secundo, possit agere, ut sibi reddatur res? Videbatur, quòd non, cum actio, que datur ex hoc pacto, sit personalis, et non realis, ut in dict. l. 2. *C. de pactis inter emptor. et vendit.* unde non competit contra singularem successorem, ut in l. fin. D. de contrah. emptio. In contrarium tamen, imò, quòd detur primo venditori utilis rei vindicatio contra secundum emptorem, facit text. in l. *si cum venderet* 13. ubi bonus text. D. de pignor. action. et per illum text. in pacto de retrò vendendo hoc tenet ibi Paul. de Cast. et per l. *lex vœtigali* 31. D. de pignor. tenet etiam Cumanus in l. 1. in fin. D. de donat. et tenet etiam Socinus consil. 80. vol. 3. in quæstione, *quæ vertitur inter illustrissimum Ducem, etc.* licet contrarium voluit Alex. consil. 10. vol. 1. cui respondet Socin. in dict. consil. Et certè dictum Pauli, licet stricto jure, non posset fortè defendi, quia l. *si cum venderet*, in qua fundatur dictum Pauli, intelligitur, quando creditor non vendat rem, sed jus suum pignoris; et sic nil mirum si debitori domino competat rei vindicatio, ut respondet Alexand. in dict. consil. 10. Præterea longè interest, an agat creditor contra eum, qui emit a suo creditore, qui videtur à debitore emisse cum illo pacto, juxta notata in l. 1. *C. creditorem eviction. pign. non deb.* et in l. *si ob causam* 13. *C. de eviction.* quo casu præcisè emptor tenetur ad rem ratione pacti de revendendo, ut hic; an agat contra secundum emptorem singularem successorem, contra quem nullam habet actionem, neque realem, neque personalem, ad tradendum. Dictum tamen Pauli de Cast. maxima æquitate fulcitur, licet non possit de stricto jure defendi, et vide infra eadem l. in gloss. fin. Et quid si emptor emit à duobus venditoribus simul cum isto pacto, et unus tantum ex eis velit recedere partem suam? an cogatur emptor? Videtur, quòd non, per text. in l. *quod autem*, §. fin. cum duobus seq.

D. de in diem addict. et per istam legem ita tenet Bart. in l. *si quis alium*, D. de solution. ubi et Paul. de Castr. Bart. etiam in l. *cui usufructus*, D. de usufruct. legat. et idem tenet Fabian. de Monte in dict. suo tractatu *empt. et vend.* 2. q. 7. q. principalis, et Joan. de Plat. in l. fin. *C. de agricol. et mancip.* lib. 11. et addit Paul. de Cast. in dict. l. *si quis aliam*, hoc procedere, etiam si unus ex venditoribus paratus sit totum recedere, et refundere totum pretium; quòd nota: et idem tenet latè Socin. consil. 16. vol. 4. incipit anno Domini, et adde Bald. in dict. l. 2. *C. de pactis inter emptor. et vendit.* latè Jaso in l. *stipulationes non dividuntur*, col. 13. D. de verb. oblig. Et nota, quòd si emptor, qui emit sub tali pacto, obliget rem emptam, antequàm sibi recematur, resolvitur jus pignoris, si venditor recemat; quia ex necessitate res transit ad venditorem, ut notat Bart. in l. *in diem*, D. de aqua plu. arcend. et in l. *si res*, D. quib. mod. pign. vel hypot. solv. et in l. 7. §. *sed et Marcellus*, per illum text. D. de in diem addict. Alexand. consil. 45. vol. 5. in causa, et lite, col. 2. Et quid si sunt plures hæredes emptoris, et unus possidet illam rem solummodo, vel communiter cum aliis? an ille condemnari debeat ad totius rei restitutionem? Vide Socin. in dict. consil. 253. dubit. 4. ubi concludit, quòd sic.

(8) *Guisas*. Dic, ut dixi in gloss. præcedenti super verbo *tornasse*, in ead. l.

(9) *En su poder non es*. Intellige, dolo, vel culpa, seu facto emptoris, ut in l. *si hominem* 79. D. de rei vindicat. et l. *si sercum* 91. §. 1. vers. *idemque*, D. de verb. oblig. nam re perempta ante moram, non teneretur, l. *si ex legati causa* 23. cum simil. D. de verb. oblig. et quid si ex necessitate distraxerit, vide l. *item si verberatum* 15. §. 1. D. de rei vendic.

(10) *Deve pechar*. Si ergò res devenit in alium, convenitur emptor ad interesse, ut hic, et facit contra dictum Paul. de Castr. in dict. l. *si cum venderet*, ut dixi suprâ ead. l. in gloss. super parte *et comprador*; licet ista lex non concludat, quia posset intelligi, ut utrumque jus habeat venditor, vel agendi ad interesse contra primum emptorem qui rem alienavit, vel utili rei vindicatione contra secundum emptorem, ut dixit Paul. cujus opinio tunc de jure procedere posset, quando pactum de revendendo conciperetur verbis directis, scilicet, ut tali casu res sit inempta, ut declarat idem Paul. in l. *si à te*, *C. de pactis inter empt. et vendit.*

LEX XLIII.

Non valet pactum inter venditorem, et emptorem, ut res, quæ venditur, certis personis non alienetur, et si contra fiat, dominium redeat ad venditorem: incurrit tamen penam, si fuerit apposita; et si non fuit apposita, tenetur ad interesse. Hoc dicit.

(1) *Nin sus herederos*. Non ergò prohibitio de non alienando facta emptori, transiret ad ejus hæredes, nisi hoc diceretur, ut hic, et probatur in authent. *de restitut.* §. *nos igitur*, et ibi notat Gloss. collat. 8. Sed an hæc prohibitio de hæredibus, quòd non alienent, extendatur ad omnes hæredes, vel intelligatur tantum de primis hæredibus

nunca lo pudiesen vender (2), nin enagenar (3) a omes ciertos, señalados por sus nombres, e si contra esto fiziesse, que tornasse (4) el señorío al vendedor, o a sus herederos; dezimos, que tal postura como esta non vale (5). E porende, maguer el comprador, o sus herederos fiziesen contra la postura, non podria

el vendedor, nin sus herederos, estonce demandar por esta razon la cosa, a aquel que fue despues enagenada. Pero si fuesse puesta pena en tal pleyto, tenudo seria el que la fizo, de la pechar, e el daño, e el menoscabo (6) quel viniessse por esta razon. E este daño, e menoscabo deve ser apreciado con jura

emptoris prohibiti alienare? Bartol, post Jacob, de Aret. in l. *Lucius*, §. *Sempronie*, D. de *legat.* 3. dicit, quòd cum ista prohibitiõ facta fuit indefinitè de hæredibus, proovrigatur ad omnes successores, per dict. l. *Lucius* in princip. et l. *si plures*, eod. tit. et in auth. de *restitut.* §. 2. et idem voluit Bart. post. Din. et etiam Joan. de Imol. in l. *filiiusfamilias*, §. *Dioi*, D. de *legat.* 1. Romanus in l. *si quis filiusfamilias*, §. fin. D. de *acquir. hæred.* Alex. consil. 56. col. 1. vol. 1. *consideratis verbis testium, etc.* et nota bene, quia Salic. in l. *voluntas*, C. de *fideicom.* quærens de ista quæstione, reliquit cogitandum, non faciens mentionem de dictis Doctoribus, hoc decidentibus; et facit l. *in annalibus* 22. C. de *legat.* et l. *hæredis appellatione* 170, et ibi Gloss. D. de *verb. signific.* Quid si dixerit, quòd non alienaret ipse, neque ejus filii? an prohibitiõ filiorum extendatur ad nepotes? Dic, quòd non, secundum Bart. in dict. §. *Sempronie*, et Bald. et Salic. in l. *voluntas*, C. de *fideicom.* et probatur in dict. §. *nos igitur*, in authent. de *restitut.* et per Bart. in dict. §. *Dioi*, Bald. in l. *Titius*, in princ. D. de *liber. et posth.* Quod intellige, nisi aliud appareret ex verbis prohibitiõis alienationis, et ex ratione cur prohibetur, ut tradit Socin. consil. 43. vol. 3. *visis testamento spectabilis, etc.* col. 1. 2. et 3. facit l. *pater* 38. §. *fundum* 3. D. de *legat.* 3. et quod ibi notat Bart.

(2) *Vender.* Bald. in l. *voluntas*, C. de *fideicom.* dicit, quòd olim (ut ita dixerim) in primo latore juris Civilis, antequam supervenirent plene nominum diffinitiones, nomine venditionis continchatur omnis commutatio, ut in l. *statuliberi à cæteris* 29. §. *Quintus*, D. de *statuliber.* hodie verò, prohibita venditione, non videtur prohibita donatio, sive prohibeatur à lege, sive à contrahente, ut dicit Bald. ibidem; si vero prohibeatur venditiõ à testatore, tunc oportet considerare causam ab ipso positam, et an actui sit annexa pœna, vel sit annexus favor: vide ibi per eum col. fin. et latius per eundem in l. 2. C. de *usuacap. pro empt.* Sed an prohibita venditione, videatur prohibita permutatio? Bald. et Alexaud. in l. fin. per text. ibi, D. de *condict. ob causam*, in statuto volunt, quod non: notat Specul. tit. de *empt. et vendit.* §. *nunc dicendum*, versic. *sed pone statutum*, et facit text. notab. in cap. 1. de *his que fiunt à prelat. sine consens. capit.* ubi vide per Abb. et intellige, nisi essemus in materia non odiosa, et favorabili, et militaret identitas rationis, ut latius tradit Jaso in dict. l. fin. 3. notabili. Et dicit Gloss. in l. *quemadmodum*, C. de *agric. et censit.* lib. 11. in verbo *vendi, etc.* quòd coloni prohibiti vendi non possunt permutari, neque in emphyteusin dari, et hoc propter favorem publicum, ut declarat ibi Joan. de Plat. scilicet, ne agrorum cultura deserantur; vide ibi per eum. Et nota bene, quòd prohibitiõ unius contractus non extendat se ad alium contractum alterius rationis, et speciei, ut in l. fin. C. de *prædiis Decur.* lib. 10. et notat Bald. in l. 1. col. 7. C. de *inoffic. donation.*

(3) *Enagenar.* Sub hoc verbo omnes species alienationis comprehenduntur, ut in l. fin. C. de *rebus alien. non alienand.* et cap. nulli 5. de *rebus Eccles. non alien.* et qui non potest alienare per pactum, debet facere, et curare, ne alienetur ex dispositione legali, l. *codicillis*, §. pen. D. de *legat.* 2. et per Bald. in l. *hac edictali*, 1. col. C. de *secundis nupt.* Et nota bene, quòd alienatio, proprie loquendo, est illa per quam dominium transferuntur, secundum Bald. in dict. l. fin. quod dicit notandum pro statutis, ut est text. not. in l. 1. D. de *fund. datal.* Et an prohibitus alienare incidat in pœnam, si tantum incipiat, seu tentat alienare? Vide Bart. in l. *qui absentis*, §. 1. D. de *acquir. posses.* et Bald. in l. 1. col. fin. C. de *his, qui pœnae nom.* Et

advertit, quòd non posse alienare rem, non est de diffinitione domini; undè licet sim prohibitus alienare, non idem minus dicitur res sua pleno jure, ut in l. *generaliter* 24. D. de *fideicom. libert.* et notat Bald. in l. *voluntas*, col. 3. C. de *fideicommiss.*

(4) *Tornasse.* Et sic translato jam dominio, providetur per pactum, quòd alienatione facta res redeat ad venditorem; quod non potest fieri, ut hic, et in l. *Stichus* 39. D. de *manum. testam.* undè si vis prohibere alienationem, ita quòd non transeat dominium, non utaris his verbis, de quibus in ista lege, sed secundum Alberic. in l. *ea lege*, C. de *condict. ob causam*, col. 2. post Odro. Jacob. de Aret. Cin. et Odro. in l. fin. C. de *rebus alien. non alienand.* utre ista forma: "Vendo tibi, et trado sub conditione ne alienes; et si quo casu contingat te ad aliquem actum, vel contractum alienationis pervenire, vel procedere, antequam ipsa alienatio perficiatur, vel sequatur, retineo in me, et in hæredibus meis dominium, et possessionem, vel ex nunc facis in me contrariam donationem, et constituis te possidere nomine meo, et hæredum meorum; et sub ista conditione, et non aliter facturus, transfero in te dominium, et possessionem:" hoc enim modo, secundum eum, venditio est conditionalis, et retinetur dominium in casu, quo nondum perfecta est alienatio, quia hoc casu dominium, et possessio fuerunt sub conditione translata, quod fieri potest, l. *qui absentis* 38. §. 1. D. de *acquir. posses.* l. *proinde* 8. D. *si cert. petat.* et l. *potior* 11. §. 1. D. *qui pot. in pig. hab.* l. *donatio* 25. C. de *donation.* l. 1. in fin. et l. 2. §. *si pecuniam*, D. de *donat.* et ita dicit Alberic. se sæpè consuluisse, et idem videtur tenere Bartol. in dict. l. *qui absentis*, §. 1. licet utitur paucioribus verbis, scilicet, "deno, vel vendo hoc pacto, ut non liceat alienare, et si ad aliquem actum alienationis perveneris, tunc dominium ad me revertatur, et in eum casum ex nunc constituis te possidere meo nomine:" et idem dicit, quòd operabitur, si per verba futuri temporis dicam, *si alienabis, vel alienares*, ita quòd talia verba non denotent rem perfectam: allegat bonum text. in l. *quidam testamento* 10. D. de *fideicom. lib.* aliam etiam cautelam ponit in hoc ibi Bart. et alias vide ibi per Alex.

(5) *Non vale.* Scilicet, quominus impediatur translatio domini in eum, in quem fuerit alienatum, et non retransferatur in prohibentem alienationem, ut statim subjicit; et sic reprobat hic opinio Doctor. antiquorum, qui tenebant, prohibita alienatione per pactum, dominium non transire, pro quibus secundum Alberic. multum faciebat text. in l. *ea lege*, C. de *cond. ob causam*, ibi, *dominium prorsus alienet*, quam opinionem tenuit etiam Glos. in authent. *ut de cætero non fiant commutationes rerum Ecclesiarum*, §. de *cætero*, collat. 5. et in authent. *de alienat. et emphyt.* §. *sanctissimis*, licet communiter alibi tenuit contrariam opinionem, quæ fuit communis omnium, quæ approbatur hic. Sed quæro ex lege regia, cum possit fieri majoria in tertio honorum cum viculis, et prohibitionibus, juxta l. 27. in *Ordin. Tauri*, modo pater per viam donationis inter vivos, vel per alium contractum fecit majoriam in tali tertio, et prohibuit alienationem, an impediatur translatio domini ex tali prohibitione? Videtur, quod sic, cum auctoritate legis fiat, et quia quando fit inter vivos, illud, quod potest revocari usque ad mortem, sortitur effectum à morte, et sic ex ultima voluntate, l. *sequens quæstio* 68. D. de *legat.* 2. et notatur in l. *si quando* 109. D. de *legat.* 1.

(6) *El daño, e el menoscabo.* Adde l. *si ita quis* 135. §. *ea lege* 3. D. de *verb. oblig.*

del (7), e con estimacion del Judgador.

LEY XLIV.

De los que en su testamento defienden que su castillo, o torre, o casa, o viña, o otra cosa de su heredad, non lo pudiessen vender.

En su testamento (1) defendiendo algund
 Ley 11, ome, que su castillo, o torre (2), o casa, o vi-
 tit. 6, ña, o otra cosa de su heredad, non lo pu-
 libr. 5, diessen vender, nin enagenar; mostrando al-
 Recop. guna razon guisada (3) por que lo defen-
 dia, como si dixesse: Quiero que tal cosa
 (nombrandola señaladamente) non sea en-

(7) *Con jura del.* Hæc enim actio est bonæ fidei: undè juratur in litem, l. in actionibus 5. D. de in litem jurando.

LEX XLIV.

Valet prohibitio alienationis facta per testatorem, si exprimit justam causam, quare eam prohibet; aliàs non valet. Hoc dicit.

(1) *Testamento.* Seu in qualibet ultima voluntate: quia sola voluntas testatoris transfert dominium in legatarium absque traditione, l. si partem 19. §. si per fundum, D. quemadmod. servit. amil. et sic sine traditione potest amittere dominium, et in alium transire, secundum Azon. C. de reb. alienis, in summa, et Innocent. in cap. Raynaldus, col. 3. de testament.

(2) *Castillo, o torre.* Ex istis verbis videtur, quod non procedat Gloss. et quæ ibi notat Bald. in l. quotiens, C. de fideicom. scilicet, quod si prohibetur turris alienari à testatore, non est necessaria expressio causæ: quia ex qualitate rei præsumitur, quod testator voluerit rem in agnatione permanere; quod Bald. dicit nota dignum, nam cum una sola ratio potuit testatorem movere, talis ratio habetur pro expressa, ut notatur in l. quomodo 15. eod. tit. de fideicom. et videtur probari in l. 2. C. qui non possunt ad libert. perven. et ibi notat Bald. quod si causa potest comprehendi ex intentione testatoris, est perinde ac si esset expressa, et idem dicit Bald. in turri prohibita alienari, in l. 2. C. de usucap. pro empt. Fortè dicta Gloss. et dicta Bald. intelligenda sunt, quando turris fuisset majorum testatoris, propter affectionem, juxta id, quod habetur in l. si in emptio-nem 35. D. de minor. et l. lex, quæ tutores 22. C. de administrat. tutor. secus si non esset majorum, et sic cessaret affectio; si vero fuit majorum, limitetur ex dicto illius gloss. et Bald. et facit ad hoc pulchrum dictum Bald. in l. filiusfamilias, §. Divi, D. de legat. 1. col. 2. versic. nota ergo, quod si res quæ prohibetur alienari, est talis in qua cadit affectio, et interesse ratione, seu favore ipsius rei prohibita, quod videtur facta prohibitio cum causa, licet non exprimat: undè si testator prohiberet alienari vassallos, licet simpliciter, et sine causa, prohibitio valeret favore vassallorum; ad quod in argumentum allegat l. generaliter, §. si petitam, D. de fideicom. libert.

(3) *Razon guisada.* Adde l. filiusfamilias 114. §. Divi 14. D. de legat. 1. et l. pater filium 38. §. Julius Agrippa 4. et l. Lucius 93. in princ. D. de legat. 3. et in l. quotiens 11. C. de fideicommiss. et requiritur expressio causæ, quando prohibitio fit favore personæ prohibita; secus si fiat respectu certæ personæ, ut in dict. §. Divi, et ibi Bartol. et infra ista l. ut quia voluit certam personam habere, ut ibi etiam declarat Gloss. Et nota henè, quod ubi testator relinquit rem pluribus, et vetat eos alienare rem, eo ipso videtur fideicommissum vicissim relinquere, si contingat alter eorum sine alterius consensu alienare, gloss. notab. in l. codicillis, §. instituto, D. de legat. 2. super verbo filius, quam mul-

agenada (4) en ninguna manera, mas que finque siempre a mi hijo (5), o a mi heredero, porque sea siempre mas honrrado (6) e mas tenido; o si dixesse, que la non enagenasse fasta que fuesse de edad (7) el heredero, o fasta que fuesse venido al lugar (8), si fuesse ydo a otra parte: por qualquier destas razones, o por otra que fuesse guisada (9) semejante dellas, non la pueden enagenar. Mas si el dixesse simplemente, que la non vendiessen, non mostrando razon guisada por que; o non señalando persona alguna (10), o cosa cierta, por que lo fazia; si la vendiesse, valdria (11) la vendida, maguer el lo hubiesse defendido.

tum commendat ibi Joann. de Imol. et dicit fortè meliorem non reperiri.

(4) *Non sea enagenada.* Id est, non alienetur: nam si testator uteretur verbo futuro subjunctivi, si alienaveris, res perveniat in Titium; tunc teneat alienatio, ut in l. Stichus 39. D. de manum. testam. vide Bart. in dict. §. Divi, et Imol. ibi.

(5) *Finque siempre a mi hijo.* Idem si dicat, remaneat in familia, ut in l. peto 69. §. fratre 3. D. de legat. 2. l. cum pater 77. §. libertis 27. eod. tit. l. quotiens 11. C. de fideicom.

(6) *Mas honrrado.* Divitiæ addunt amicos plurimos, Proverb. 19. cap. v. 4. et dives pauperibus imperat, Proverb. 22. v. 7. Ecclesiastici 13. cap. v. 4. Corona enim sapientum divitiæ eorum sunt, Prov. 14. v. 24. et 18. cap. v. 11. ubi dicitur: Substantia divitis est urbs roboris ejus, et quasi murus validus circumdans eum, et capit. 10. substantia divitis urbs fortitudinis ejus; pavor pauperum, egestas eorum: adde de commodis divitiarum Gloss. in cap. 1. 21. quæst. 1. super parte necessitatem, et l. ad subeunda 45. C. de decurion. lih. 10. et ibi Joan. de Plat. et in l. ne quis 6. C. de dignitat. lib. 12. et Bart. in l. 1. eod. tit. ubi dicit, quod divitiæ augent, et conservant nobilitatem, si sunt antiquatæ.

(7) *Fuesse de edad.* Vestitur tunc istud præceptum favore ætatis, et testamenti, secundum Bald. in l. quotiens, C. de fideicom. l. 2. de usucap. pro empt.

(8) *Venido al lugar.* Nam absens non ita henè venderet; tum quia nesciret valorem rei, præsertim in loco remoto, ut aliàs dicit Bald. in l. 1. C. de fals. monet. tum quia melius perquireret emptores.

(9) *Guisada.* Debet ergò rationabilis esse causa, secundum istam legem: quam nota, quia de jure communi hoc non erat ita henè expressum. Imò Alexandr. in dict. §. Divi, in princ. dicit, quod sufficeret quæcumque causa expressa à testatore, et subdit, quod si diceret, nolo alienari in Titium, teneret prohibitio absque alia causæ expressione, quia videtur testator motus ad prohibendum odio Titii: allegat l. codicillis, §. matre, D. de legat. 2. et alia. Paul. de Castr. tamen in dict. §. Divi, requirit causam rationabilem, etsi nihil alleget. Ideò tu tene menti istam legem; et quod dicit Alexandr. quando prohibuit odio Titii, intelligerem de rationabili odio, ut in dict. §. matre habetur: nam odium irrationabile non esset bona causa, prout ista lex requirit. In contrarium tamen facit ista lex in sequentibus verbis, ibi: *Porque non señalando persona alguna.* Sed potest dici, quod illud intelligitur aliter, scilicet secundum id, quod habetur in dict. §. Divi, ubi nisi invenitur persona, et ibi Gloss. et dixi supra.

(10) *Persona alguna.* Ut in dict. §. Divi.

(11) *Valdria.* Limita, ut per Bart. et Alexandr. in dict. §. Divi.

De los que mandan, o venden a otros sieruo, con condicion que sea forro fasta cierto tiempo.

Dando, o vendiendo vn ome a otro al-
gund sieruo, so tal pleyto, que lo afforrasse
fasta vn dia señalado, o que fuesse afforrado
eu todas guisas; dezimos, que maguer aquel
que lo recibe sobre tal pleyto, non lo afforre
aquel dia, nin aun despues, que es forro (1)
el sieruo de aquel dia en adelante. Mas si di-
xesse, que le vendia, o daua el sieruo, a tal
pleyto, que le fiziesse forro quando quisiessse
aquel a quien lo daua, o le vendia; en tal ca-
so como este seria libre, luego que muries-
se (2) aquel que lo recibe so tal condicion, o
pleyto: porque despues que el ome es muer-
to, non le finca querer (3), nin non querer.
E si dixesse, que le daua, o quel vendia el
sieruo, so tal pleyto, que lo afforrasse quando
pudiesse (4), si aquel que lo recibe, estando

LEX XLV.

Servus venditus, ut ad certum tempus manumittatur, efficitur liber, si illo tempore non fuerit manumissus: et si dictum fuerit, *quando voluerit emptor, manumittatur*, erit liber emptore mortuo: et si dicitur, *quando potuerit*; si præsens est servus, infra duos menses, si absens, infra quatuor menses debet manumitti; aliàs efficitur liber. Hoc dicit.

(1) *Es forro.* Adde l. Paulus 38. §. 1. D. de liber. caus. et ll. 1. 2. et 3. C. si mancip. ita fuer. alienat. ut manum. et l. si quis hac lege 30. in princ. D. qui, et à quibus, et Gloss. in l. 1. C. si mancip. ita veniat, ne prostit. in gloss. fin.

(2) *Que muriesse.* Habet ortum à notatis per Azon. C. si mancip. ita fuer. alienat. in summi. et Gloss. in fin. dict. l. 1. C. si mancip. ita fuer. alien. ne prostit. et à l. fin. D. qui sine manumiss. ad libert. perven.

(3) *Non le finca querer.* Adde l. 3. D. de servis expor- tand. et text. cum Gloss. in dict. l. 1. C. si mancip. ita fuer. alien. et l. 4. D. locat. cap. si gratiosè 5. de rescript. lib. 6. et est ratio secundum Joann. Andr. ibi post Archid. quia cum voluntas à certa persona dependeat, cum suo esse corporali moritur, quia solum corpus sine anima non est homo, ut in cap. charitas est, de pen. dist. 2. et ex hoc col- ligit Ubertinus de Bobio relatus ab Alber. in dict. l. 1. quòd si filius iuravit non ludere sine voluntate patris, quòd si ludat mortuo patre, non erit perjurus: et idem potest dici secundum eundem Alber. in prohibito alienare sine alicujus voluntate, et de statuto, quòd banuitus non possit exire de banno sine voluntate offensis, et de aliis similibus: et si promitto tibi dare fundum cum volam, me moriente, statim tenebitur hæres meus, ut probatur in dict. l. fin. D. qui sine manumiss. ad libertat. perven. et tenet Bart. in l. ita stipulatus, in 11. oppo. 1. partis, D. de verb. oblig. et tradit Alex. consil. 118. vol. 3. incipit, *stantibus terminis.*

(4) *Quando pudiesse.* Adde l. fin. D. qui sine manu- mis. ad libertat. perven.

LEX XLVI.

Si servus venditur, ne unquam fiat liber, semper erit servus; nisi domino terræ revelet tractatam conditionis; aut si vindicet mortem defuncti domini, per se occidendo; vel per accusationem ad mortem occisorem producendo; vel

el sieruo antel, fasta dos meses non lo affor-
rase, dende adelante es libre el sieruo, por
razon de tal pleyto como este. E si por auen-
tura non estuiesse el sieruo delante de aquel
que lo recibio so tal pleyto, si lo non affor-
rarse fasta quatro meses, por carta, o por pa-
labra, dende adelante finca el sieruo libre,
maguer non lo afforrasse.

LEY XLVI.

*Que la vendida del sieruo, que es fecha so con-
dicion que nunca pueda ser forro, si vale,
o non.*

Naturalmente han por costumbre (1) los ^{Leg. 1, tit. 1, lib. 10 Novis. Recop.} sieruos, de fazer yerros contra sus señores; fueras eude, quando lo han a dexar por mie-
do de pena (2): e porende dezimos, que si al-
gund sieruo fiziesse tal yerro (3) contra su se-
ñor, porque lo ouiesse a vender, que le pue-
da poner por pena en la vendida, que nunca
pueda ser afforrado (4). E si el comprador lo

si quando conditio fait apposita, fait servus emptus suis
nummis, vel consanguineorum. Hoc dicit.

(1) *Por costumbre.* Est enim in servis nequitia servilis ingenii; undè si servus, ergò iniquus, ut in l. 3. et ibi nota-
tat Bald. C. de libert. et eorum liber. et in l. Julianus 13. §. item, qui furem, D. de action. empt. dixit Glos. si servus, ergò fur: est enim natura servorum furari, ut in l. fin. et ibi notat Bald. C. quibus ad libertat. proclam. non liceat, et Gloss. ibi dicit de famulis scholarium, si tamen sit tibi ser-
vus fidelis, sit tibi quasi anima tua. Ecclesiastic. 33. c. v. 31. et c. 7. v. 23. dicit, servus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua, non defraudes eum libertate, neque ino-
perè derelinquas illum: et servus sapiens dominabitur stul-
tis filiis, et inter eos hereditatem dividet, Proverb. cap. 17. v. 2.

(2) *Miedo de pena.* Servo malevolo tortura, et compe-
des, mitte illum in operationem, ne yacet, Ecclesiastic. 33. cap. v. 28. hinc dicitur timor servilis, qui quandiu est in
homine non salvatur, ut in §. ex his, 23. q. 6. et notat
Glos. in cap. cum ergo, 24. q. 3.

(3) *Fiziesse tal yerro.* Ex hoc verbo innuitur, quod
si servus non esset domino demeritus, non posset apponi
tale pactum, ne manumittatur; et si poneretur, non impe-
diretur libertas: quod bene nota, quia non ita expressum
est de jure communi, quòd ego meminerm; sed bene facit
l. final. C. qui non possunt ad libert. perven. quia tamen
talia pacta communiter apponuntur propter malitiam servo-
rum, præsuntur offensa, ubi per dominos tale pactum ap-
ponitur, secundum Bald. in dict. l. fin. C. si mancip. ita
fuer. alien. qui allegat l. testamento centurio, D. de ma-
numission. et l. Lucius, §. Lucius Titius Damian, D. de legat. 2. ubi hoc non bene probatur; tunc tamen hoc menti
propter auctoritatem Bald. et intellige nisi ex aliis conjectu-
ris præsuntur, dominum sine causa odio motum in ser-
vum, cum una præsumptio excludat aliam, etiam violen-
tam, ut dicit Gloss. in cap. dixit dominus, 23. q. 1. et per
Bald. in cap. 1. in princ. col. 5. quibus mod. feud. amit.
et per Bald. in cap. 1. in l. non ignorat, col. 2. C. qui ac-
cus. non pos. et per Alexand. consil. 28. vol. 2. et Abb. in
cap. cum inter Rodericum Senioem, pen. notab. de elect.
et in cap. 1. col. fin. de his, qua vi metusce causa fiunt.

(4) *Ser aforrado.* Adde l. seruus hac lege 9. D. de ma-
num. et l. fin. C. si mancip. ita fuer. alien. ut manum. et
l. fin. C. qui non poss. ad libert. perven.

recibe con tal pleyto, nunca puede ser libre el sieruo, por quantas manos (5) quier que pases; fueras ende en tres casos. El primero es, si tal sieruo como este sopiesse ciertamente, que algunos se trabajauan de muerte, o deshonra del Señor de la tierra, e lo descubriesse (6), aperebiendole dello por si, o por otro. El segundo es, si vengasse muerte de su señor matando el por si (7), al que lo quiesse muerto; o acusandol delante del Juez del lugar, siguiendo el pleyto fasta que le fiziese matar (8). El tercero, si aquel que lo compro sobre tal pleyto, lo comprasse de los dineros del sieruo (9), o de sus parientes del sieruo, e non de los suyos propios. Ca maguer tal pleyto como este fuesse puesto en la vendita, puede el sieruo ser libre por qualquier destas razones.

LEY XLVII.

Del pleyto, o postura, que puede poner el vendedor al sieruo; con que lo saquen de algund lugar señalado, e que non torne.

*Ley 1,
tit. 1,
lib. 10
Novis.
Recop.* Pleyto, o postura de otra manera, puede aun poner el vendedor al sieruo, en la vendita que faze del, sin la que diximos en la

(5) *Quantas manos.* Adde l. fin. C. qui non poss. ad libert. perven.

(6) *Descubriesse.* Adde l. 3. tit. 22. Part. 4. et nota bene istam causam, nam glossæ juris communis duas tantum, quæ sequuntur in ista lege, ponebant.

(7) *Matando el por si.* Videtur permittere servo, ut occidat propria auctoritate occisorem domini sui, sicut et aliis in aliquibus casibus lex permittit, ut in l. 1. et 2. C. quando liceat sine jud. se vindic. et in l. 3. §. transfugas, D. ad Leg. Cornel. de siccar. l. amissione, §. qui deficiant, D. de cap. minut. l. 3. tit. 8. Part. 7. Vel dic, quod hoc procedat, lata sententia contra occisorem, et dato pro inimico, juxta l. 76. in Ordin. Taur. nam aliis non liceret, ut in l. non est singulis 176. D. de reg. jur. Vel dic, quod licet occidat injuste, quia propria auctoritate, adhuc tamen consequatur præmium libertatis; sed in contrarium facit l. si ab hostibus 19. §. si vir uxorem, D. solut. matrim. et l. 82. in Ordin. Taur. et qui dicit jus sibi ipsi, non consequitur præmium legale, l. interdum 56. §. qui furem, D. de furtis, Bald. in dict. §. si vir.

(8) *Fiziesse matar.* Nota hoc verbum, et adde l. 3. tit. 22. Partit. 4.

(9) *Del sieruo.* Adde l. 4. §. siæ autem, D. de manumis.

LEX XLVII.

Pactum appositum, ne servus venditus intret in certum locum, aliis revertatur ad venditorem, vel committatur alia pœna, si non observetur, valet: et si non observatur, committitur pœna; nisi contra voluntatem emptoris servus fecerit contra pactum. Hoc dicit.

(1) *Pueda prender.* Nota hic de pacto manus injectionis propria auctoritate, et adde l. si Titius 9. D. de servis exportan. ll. 1. et 2. C. si servus exportan. veneat. Et ut ista manus injectio habeat locum, debent concurrere tria, secundum Ang. in dicta l. 1. Primùm, quod moram traxerit in loco prohibito, antequàm sit liber factus: nam si post manumissionem ingrederetur, vel moraretur, fiscus eum

ley ante desta. Como si dixesse al comprador: Vendovos este sieruo, so tal pleyto, que nunca entre en esta Villa de tal dia en adelante, o que non finque en toda España, e si contra esto fiziere en alguna manera, que lo pueda prender (1) por mi, e tornar en mi seruidumbre; o que me pechedes (2) vos tanto por pena, o todos los daños, e los menoscabos que me viniessen por esta razon: tal pleyto como este, seyendo puesto en la vendita, deve ser guardado; e puede el vendedor demandar, que se cumpla en la manera que fuere puesto. Pero si el sieruo fiziere alguna cosa destas, sin sabiduria de aquel que le ouiesse comprado, andando fuydo, o por falago que le fiziesse engañosamente el vendedor; estonce non caería el comprador en pena por razon de tal pleyto, porque el sieruo entro en aquel lugar, que le era defendido, sin culpa del que lo compro.

LEY XLVIII.

De la cosa que ome compra de sus dineros mismos por nome de otro, e las posturas que son puestas sobre ella, si pueden valer.

Comprando algund ome de sus dineros

*Ley 1,
tit. 1,
lib. 10
Novis.
Recop.*

vindicaret, et in servitutum reduceret, ut habetur in dicta l. 1. Secundum, quod iste ingressus, seu commoratio fiat de voluntate emptoris; aliis, secus, ut hic, et in dict. l. 2. secundum lecturam Gloss. in dict. l. si Titius. Tertium, quod venditor legem asportationis non remiserit, nam potest illam remittere, ut in dict. l. 2. secundum aliam lecturam, et in l. 1. D. de servis exportan. et his concurrentibus, potest propria auctoritate manus injicere, per quascumque manus ambulaverit, ut in dict. l. si Titius, et l. si quis ob hoc 56. D. de contrah. empt. ubi etiam habetur, quod ante manus injectionem non transit dominium in venditorem.

(2) *Pechedes.* Et si copulativè, teneret pactum super utroque, ut per Gloss. C. si servus exportan. veneat, l. 2. Et quid si nihil fuit conventum de manus injectione, vel pœna, seu interesse? Quod tunc solus fiscus agit, ut C. eod. l. 3. Et advertit, quia per istas leges Partitarum non ponuntur illæ leges C. si mancip. ita fuer. alien. ne prostit. et fuit fortè ideò, quia jam per istas leges Partitarum cautum erat, prostitutam effici liberam, ut suprâ eod. l. 36. et l. 4. tit. 22. Part. 4. et l. 36. tit. 13. Part. 5. et l. 2. tit. 22. Part. 7. Sed adhuc habent locum leges illius tituli, si tale pactum de non prostituendo ancillam per venditionem apponeretur; nisi quod fortè in casu dict. l. 4. tit. 22. licet ex pacto venditor sibi reservaret manus injectionem, juxta formam dict. l. 1. C. si mancip. ita veneat, ne prostit. et l. si quis sub hoc 56. D. de contrah. empt. nihilominus serva efficeretur libera per dict. l. 1.

LEX XLVIII.

Si negotiorum gestor suis propriis nummis rem emat nomine domini; si dominus ratam habeat venditionem, cum prius scit, et solvit ei pretium, et expensas in commodum rei factas, et pro fructibus, recuperat rem cum fructibus, et pertinentiis. Item emptio facta per nuntium, vel per procuratorem habentem speciale mandatum, valet, sicut si ipse dominus emeret. Hoc dicit.

mismos alguna cosa en nome de otro (1), si aquel en cuyo nome la compra, ha por firme (2) la compra, quando lo sabe, entonce aquel que tal compra faze, tenuto es de dar la cosa a aquel en cuyo nome la compro, con los frutos, e con todas las otras cosas que le pertenescen. Otrosi dezimos, que aquel en cuyo nome es fecha la compra, que es tenuto de dar el precio al comprador, con todas las despensas que fizo el otro, en coger los frutos, e en las otras cosas que fueron fechas a pro de la cosa comprada. E aun dezimos, que si algund ome embia su mensagero, diziendole assi: Ve a tal ome, e dile (3), que si me quiere vender tal cosa suya, que le dare tal precio por ella; si aquel a quien lo embia, otorga la vendida de la cosa, por aquel precio que embia dezir, vale la vendida (4); maguer non le ouiesse dado carta de personeria al mensajero, por que fiziesse la compra. E demas, este en cuyo nome es fecha la vendida e la compra, deve guardar los pleytos, e las posturas, que puso sobre ella aquel que la fizo en su nome; que pues que el otorgo la compra, que la aya por firme. Esso mismo seria, quando algun ome fiziesse su personero

a otro, dandole poder, que pudiesse vender, o comprar alguna cosa en su nome, señalándole por quanto precio (5) la vendiesse, o la comprasse: si este personero atal firmasse la vendida o la compra en nome del otro, deue la auer por firme el que lo embio; e es obligado tambien como el por si mismo (6) la ouiesse firmado.

LEY XLIX.

Que fabla de los omes que compran heredamientos, de los dineros agenos que tienen en guarda; que deuen ser suyos, saluo en casos ciertos.

De dineros agenos que tienen los omes a las vegadas compran para si heredamientos, o otras cosas que han menester: e porque dubdarian algunos, si aquella cosa que es assi comprada, es de aquel que la compro, o del otro cuyos eran los dineros; queremoslo aqui dezir, e departir. E dezimos, que deve ser de aquel que fizo la compra (1) en su nome. Fueras ende si tales dineros fuessen de Cauallero (2), que estuuiesse en la Corte del Rey,

et mandato comparatur, l. fin. C. ad Macedon.

(3) *Dile.* Hic ponitur, qualiter formet verba nuntius.

(4) *Vale la vendida.* Ut in l. 1. §. fin. D. de contrahend. empt. et supra eod. l. 8.

(5) *Señalándole por quanto precio.* Nota, quod in mandato ad emendum debet designari pretium: sed satis videtur designatum, si arbitrio procuratoris committatur, argum. *Instit. de emptio, et vendit. §. pretium;* imó, et si nullam pretium designetur, videtur mandare, ut vendat justo pretio, argum. l. si fundus 16. §. fin. D. de pignor. et tenet Paul. de Castr. in l. si eum seruum, col. 1. D. si cert. petat. et Gloss. in l. qui fundum, §. procurator, D. pro emptore.

(6) *Como si el por si mismo.* Quid si vendit minus dimidia iusti pretii, vide Alberic. in l. 2. in fin. C. de rescind. vendit.

LEX XLIX.

Si emi rem nomine meo ex aliena pecunia, efficitur res tradita mea; nisi sit pecunia militis in Regis seruitio constituti; vel si tutor emit de pecunia minoris; aut prelatos de pecunia Ecclesie; seu maritus de pecunia dotis: quia tunc res empti est ejus, cujus fuerunt pecunie: sed est in electione illius, cujus fuerunt pecunie, habere pretium, vel rem. Hoc dicit.

(1) *De aquel que fizo la compra.* Hoc est regulare, ut hic, et in l. si ex ea 6. C. de rei vendit. l. 1. C. si quis alteri, vel sibi, l. si patruus 4. C. commun. utriusque iudic. et non presumitur res empti pro eo, cujus est pecunia, sed pro ipso emente, et eius herede, l. ad probationem. 21. et ibi notat Bald. in l. fin. C. de probationem. nisi probaretur interpositum fuisse ad emendum ab eo, cujus est pecunia, etiam si interpositus esset pupillus, vel Abbas alicujus Monasterii, ut notat Bald. in l. 1. col. pen. ad fin. C. si seruus extero: et in dubio presumitur pecunia fuisse solventis, l. si vendit 24. §. fin. D. de reb. auctorit. jud. possid. Bald. in l. 2. C. pro socio, et adde ad predicta l. Titium, et Marcium 47. §. altero 6. D. de admin. tutor. et ibi per Bart.

(2) *De Cauallero.* Adverte, quia de jure communi erant opiniones, an ill. quod hic habetur, quod res empti

(1) *En nome de otro.* Ut negotiorum gestor, ut D. de negot. gest. l. mandasti 46. Et nota, quod cum emit in negotiorum gestor, debet formare verba contractus in personam suam, puta, *vendis mihi rem talem, quam emio nomine talis, cujus negotia gero?* nam si conciperet verba ut nuntius, veluti si dicat, *vendis tali absenti, cujus sum gestor?* Tunc nihil valeret, etiamsi ratificaretur per absentem, cui volebat emere, ut est casus notabilis in l. multum interest 6. versic. si vero, C. si quis alteri, vel sibi, quia factum falsi nuntii non potest ratificari, quia non reperitur subjectum, in quo fundetur ratificatio: quia negotiorum gestor concepit verba in personam, quam non representat ipse, quia non est ejus nuntius, neque voluntatem illius annuntiat, quæ tunc non est; et in se nihil vult acquiri, et in aliam directo non potest: et ista est ratio, in qua fundatur dispositio dicti versic. si vero, secundum Gloss. ibi in verbo *comparasti*, et latius declarat ibi Bald. col. 3. non enim sine mandato; etiam de isto jure Partitarum, alteri per alterum poterat acquiri actio, ut in l. 7. et 8. tit. 11. ista *Partita*. Sed cum hodie per l. *Ordinamenti* 3. tit. 8. lib. 3. acquiratur actio absentis, licet alius sine mandato sibi stipuletur, ratificatione secuta, venditore permanente in eodem consensu, competeret sibi actio, licet verba conciperentur, *vendis tali, etc.* Et procederet adhuc, quod hic in ista lege dicitur, venditore perseverante in eodem consensu: quod ideo dixi, quia ut notat Gloss. in l. consensu, D. de action. et obligat. in istis contractibus requiritur consensus simultaneus; unde aliud esset, si ante acceptationem emptoris venditionem revocaret: vide quæ dixi supra ead. *Partita*. tit. 4. l. 4. in gloss. magna, et in l. 10. tit. 1. *Part.* 4. in gloss. super verbo *ni consentian en el*. Et idem est vendendum, et multo magis in procuratore, qui conciperet verba contractus ut nuntius, in quo etiam de jure antiquo procedebat, quod habetur in dict. l. *multum interest*, versic. si vero; nisi quod, attenda dict. l. *Ordinamenti*, in tali casu venditor non posset pænitere, cum consensus etiam emptoris in venditione intervenit, quomocumque procurator verba conciperet.

(2) *Ha por firme.* Hoc, quia ratificabit retrotrahitur,
Tom. II.

o en otro lugar en su servicio; o si fuessen de menor de veinte e cinco años (3), e el

que fiziesse la compra le tuuiesse en guarda (4); o si fuessen los dineros de alguna

ex pecunia militis indistinctè efficiatur militis, à quocumque ematur, vel an requiratur, quòd talis emens fuerit procurator, vel negotiorum gestor militis, licet non emerit nomine militis, sed suo, ut tunc sit speciale in milite, quòd talis res empta sit militis: quas opiniones posuit glos. fin. in l. *si ut proponis* §. *C. de rei vendic.* undè ista sumpta est, et istam secundam opinionem, quam Gloss. ibi posuit primam, tenuit Guilliel. de Cugneo, quem ibi sequitur Bald. et Angel. et etiam Paul. de Cast. qui ad hoc moventur ex illa lege, quæ loquitur in terminis, quando ille, qui emit, erat procurator, vel negotiorum gestor militis, secundum intellectum eorum; alii verò tenuerunt, quòd illa lex indistinctè intelligatur in quocumque emente, sive sit gestor, sive procurator, vel non, secundum quod refert Gloss. in ultima opinione; et istam tenent ibi Cin. Alberic. et Salic. et ista opinio videtur hic approbari in ista lege. Similiter de jure communi erat dubium, an intelligatur hoc indistinctè in quocumque milite; et Guilliel. de Cugneo dicebat, quòd non, sed tantum in milite militante: nam ei ut plurimum lex favet, non aliis, ut in §. 1. *Instit. de testam. milit.* et in l. *in testamento* 6. et l. *militis* 15. *C. de milit. test.* et adde l. 29. tit. 14. *encl. Part.* et l. 15. tit. 3. *Part.* 6. et l. 4. in fin. ubi text. notab. tit. 11. 6. *Part.* et sic non procederet in milite veterano, vel alio existente in domo sua; et istam opinionem tenet ibi Angel. et Paul. de Castro, qui assignant rationem, quia milites militantes prohibentur negotiari per se, ut in l. *militis agrum* 13. *D. de re milit.* idè in recompensationem sortitur hoc privilegium: secus ergò si non militaret, sed staret in domo propria; quia tunc posset mercari per se; et ista. fait ratio dicti Guilliel. de Cugn. Baldus tamen ibi tenet contrarium, imò, quòd idem sit in quocumque milite armata militis, qui et subdit hanc esse communem opinionem, et idem dicit ibi, et tenet Salicet. moventur, quia dict. l. *si ut proponis* loquitur indistinctè. Ut hic vides, lex ista approbat opinionem Guilliel. et declarat, quòd miles, qui est in Curia Principis, vel in alio quocumque loco in servitio Regis, gaudeat hoc privilegio: militant namque, qui sunt in Curia Principis in ejus servitio, ut in l. unica, *C. de comitibus, et archiatris sacri Palatii*, lib. 12. et l. 1. *C. de silentior. et decurion.* eod. lib. et de proxim. sacror. scriin. ceterisque qui in sacris scriin. militant. Sed quæro, quis dicatur miles, ut competat sibi hoc privilegium? Et ut vides, Doctores intelligunt de milite armata militis, et Glos. in l. pen. *D. ex quibus caus. major.* dicit, quòd multa debent concurrere, ut dicatur miles: nam debet examinari prius, et jurare, quod mortem reipublicæ causa non evitabit, et debet scribi in militum matricula, et alia quæ intervenire debent, secundum Gloss. ibi, et latè hæc habentur in l. 14. tit. 21. *Partit.* 2. et si omnia ista requiruntur; cum hodie de consuetudine non fiant, vel per rarò fiant, nullus penè erit miles, qui hoc gaudeat privilegio. Undè concludè, ut dixi in l. 23. tit. 21. *Partit.* 2. quod milites, qui vacant armis pro suo superiore, gaudent privilegio militum: licet enim ordo, et solemnitas in assumptione militis desideret esse in usu, tamen effectus remansit. Undè militantes in armis in Regis servitio, sive sint equestres milites, sive pedestres, gaudent privilegiis militum: nam et est pedestris militia, l. *à caligato* 21. ubi Gloss. et Bald. *C. de nupt.* Dicit etiam Ludov. Roman. consil. 43. *ad primum quæsitum*, quod jura loquentia de militibus habent locum etiam in magnificis dominis, qui dati sunt exercitiis armorum, allegat l. fin. *D. de testam. milit.* et refert, et sequitur Socin. in l. *centurio*, col. 2. *D. de vulg. et pupillar.* et Decius in rubr. *C. de testam. milit.* et adde ad hoc palehrum dictum Pauli de Cast. in l. *scriinarios, C. de testam. milit.* ubi quærit, quid de cive alicujus civitatis stipendiario, qui se in exercitiis armorum exercet, tamen non est miles, sed servit Regi suo, et stat ad ejus stipendia, vel suæ communitatis? an gaudebit iste privilegio militum? et licet arguat, quòd non sit miles, quia non ju-

ravit, ut milites jurant, ut dicit dict. gloss. l. pen. et quia recipit stipendia, sicut alii extranei; tandem ipse tenet contrarium, dicens, idem esse olim in civibus Romanis, qui etiam recipiebant stipendia, ut *C. de erogation. milit. annon.* per totum lib. 12. neque obstat secundum eum, quòd non jurant: quia illa observantia non est hodie in usu, et sufficit, quòd capitaneus eorum juret pro omnibus: non enim curatur hodie de istis ceremoniis antiquæ militiæ, ut tradit Bald. in l. 1. ad fin. *C. qui bonis ceder. pos.* et secundum Martin. Lauden. in tractat. *de milite*, quæst. 5. versic. 33. etiam navali, et pedestri militi competunt privilegia militum. Similiter et militantes in Curia Regis gaudent hoc privilegio, ut hic: quòd bene nota pro militibus officialibus Principis, qui resident in ejus Curia. Sed cum milites officiales Principis residentes in Curia possint emere, per se, et per procuratores, cur eis hoc conceditur privilegium? Potest dici, quia sunt nimis occupati in servitio Regis, et reipublicæ, et absentes à suis provinciis, ubi habent fortunas suas. Undè dicebat Bald. consilio quodam, incipit, *in primis videndum*, quòd gaudent Cardinales privilegiis militum in testando, quia dicuntur militare in Sacro Consistorio Principis: ex quo infert, quòd possent decedere pro parte testati, et pro parte intestati; licet de hoc dicto dubitare videtur Socin. in dict. l. *centurio*, col. 2. tit. *de vulg. et pupil.* et relinquat cogitandum. Neque intelligas de quocumque officiali residente in Curia Principis, cum ista lex dicat *Cavallero*: debet ergò esse miles creatus à Rege, seu aliquis capitaneus deditus militiæ, qui ad tempus residet in Curia, deindè mittendus in res bellicas.

(3) *Menor de veinte e cinco años.* Idem dic de furioso, et prodigo, cui bonis est interdictum, et omnibus qui sub cura sunt, ut in l. 2. et ibi Gloss. *C. de curat. furios.* et tenet Bald. in dict. l. *si ut proponis*, et idem dic, si ex pecunia, vel rebus minoris, militis, vel Ecclesiæ factum sit debitum, quòd debeatur debitori eorum; nam etiam non lata sententia contra debitorem, et sive debitor eorum sit solvendo, sive non, et sive confiteatur debitum, sive non, non potest miles, Ecclesia, vel minor agere contra talem debitorem sui debitoris, ut in l. 3. §. multa 8. *D. de jure fisci*, et l. *si pecunia* 26. *D. si certum pelatur*, et notat Bald. in l. 3. *C. quando fiscus vel privat.* et Joan. de Plat. in l. 1. col. 2. *C. de conven. fisci debit.* lib. 10.

(4) *En guarda.* Adde l. *si curator* 3. *C. arbit. tutel.* et l. 2. *D. quando ex facto tutor.* licet enim curator emat de pecunia minoris nomine proprio, res empta est minoris; quòd intellige, si minor eam velit vendicare: vide per glos. notab. et ibi Bart. et Bald. in l. *idemque*, *D. qui potior. in pign. hab.* et est ratio, quia tales administratores tententur emere pro minoribus de pecunia minorum, ut in l. *ita autem* 5. in princ. *D. de admist. tutor.* et istam rationem ponit Bald. in l. 1. *C. si quis alteri, vel sibi.* Si verò non esset tutor, vel curator, sed aliquis extraneus, qui emeret de pecunia pupilli, tunc res non efficitur minoris: quòd intelligit Bart. post Thomam de Forlivio, in dict. l. *si ut proponis*, et in l. *filice*, *D. de solation.* nisi in subsidium, si emptor non esset solvendo pecuniam: quia tunc res empta, secundum eos, succedit loco pecuniæ, et quaritur ipso jure dominium minori: et idem tenet Jacob de Ravenna in dict. l. 2. quem ibi refert Alberic. moventur per dict. l. *filice*, *D. de solation.* qui text. secundum Baldum, et Salic. in dict. l. *si ut proponis*, hoc res non probat, quia ibi tantum tractatur de liberatione argentariorum, de quibus ibi, à personali obligatione: bene tamen est fatendum, quòd empta ex pecunia minoris est tacitè obligata per legem ipsi minori, ut in l. 3. in princ. *D. de rebus eorum*, ex quo infertur, quòd minor non est dominus, ut in l. *neque pignus* 45. *D. de regulis juris*, et rectè dicunt. Undè concludendum est, quòd extraneo emente, neque in subsidium res empta erit minoris; sed agat hypothecaria, et sic habebit suam pecuniam.

Eglesia (5), e el Perlado, e el que fuesse guardador a la sazón, fiziessen la compra (6); o si fuessen los dineros de la dote (7) de alguna muger, e su marido con voluntad della (8) fiziese la compra. Ca en tales casos, maguer el comprador compre la cosa en su nome, gana el señorío della (9), aquel cuyos eran los dineros que fueron pagados por el precio della. Pero en su escogencia (10) es, de cada

vno dellos, de tomar la cosa comprada, o los dineros, qual mas quisiere.

LEY I.

Del ome que vende la cosa dos vegadas a dos omes en tiempos departidos, qual dellos la deve auer.

Una cosa vendiendo vn ome dos vezes (1)

(5) *Eglesia.* Approbat Glossam in dict. l. *si ut proponis*, et in l. *uxor marito*, D. de donat. inter virum, et uxorem. Gloss. in cap. *Apostolicos*, 12. quest. 2. ubi et vide de edificio facto in solo Clerici de pecunia Ecclesie, quod erit Ecclesie, et sic eo casu solum credit edificio, quam ad hoc allegant Alexand. et Jaso, qui eam dicit singul. in l. l. §. *mutuatio*, D. de novi operis mutuatio, de quo vide Joan. Andr. in addit. ad Spec. tit. de empt. et vendit. §. *tertio loco*, col. 4. super parte *Apostolicos*, et Rochum in tract. de jure patronatus, fol. 22. col. 4.

(6) *Fiziessen la compra.* Requiritur ergo, quod sit prelatus, vel administrator Ecclesie, ille qui emit de pecunia Ecclesie, ut res sit Ecclesie, ut hic dicitur, et notat Doct. in dict. l. *si ut proponis*: tunc enim, licet emat nomine proprio, acquiratur Ecclesie, sicut est in tutore, et curatore minoris; et idem, si prelatus emerit per interpositam personam, ut in l. 4. §. *si ab ignoto* 3. D. de manumission. Adverte, quia Bald. in l. 3. col. 1. versic. *quero tamen lex nostra*, C. de contrah. empt. videtur restringere, et limitare in casu in quo Ecclesia non servaretur indemnis a sua pecunia, ut tunc in subsidium vendicat rem emptam de pecunia sua, in quacumque persona cauet instrumentum; que esset magna restrictio ad istam legem, quia sic esset diversitas inter Ecclesiam, et minorem: nam minor vendicat indistincte rem emptam de sua pecunia per tutorem, vel curatorem, et non in subsidium, ut dixi supra in gloss. in parte *en quarta*. Ego credo in hoc Bald. inadvertenter fuisse loquam in dict. l. 3. quia aliter ipse, et alii loquantur in dict. l. *si ut proponis*; et cum Ecclesia fungatur jure minoris, ut in cap. 1. et in cap. *auditis* 3. de in integr. restit. idem est in hoc dicendum in Ecclesia, quod in minore, et hoc satis probatur in ista lege. Si vero, qui emit de pecunia Ecclesie, non esset prelatus, sed extraneus qui non gerebat negotia Ecclesie, tunc res empti erit ementis suo nomine. Dicit tamen Bald. sub dubio forte in dict. l. *si ut proponis*, quod erit obligata Ecclesia, ut in dict. l. 3. in princ. D. de rebus eorum: non ergo extraneo emente poterit Ecclesia vendicare in subsidium, prout dicunt aliqui Doctor. signanter Angel. et Paul. de Castr. in dict. l. *si ut proponis*, et dixi supra in minore. Quid tamen si prelatus mutuat pecuniam Ecclesie fratri suo, ex qua emit preadia? utrum preadia sint Ecclesie? Bald. dicit, quod non, in l. *etiam*, C. de fideicom. versic. *quero si prelatus*; quia cum dominium pecunie transivit in fratrem, non potest dici, quod emit de pecunia Ecclesie. Et quid si sit actum inter eum, qui emit de pecunia Ecclesie, et venditorem, quod neque directum, neque utile dominium acquiratur Ecclesie, sed solummodo emptori, et suis heredibus, vide ibi per Bald. versic. *sed quid si est actum*, et per eundem in cap. 1. §. *et quia vidimus*, col. antepen. de his, qui feud. dare pos. in quo §. vult; quod contrahentes non possint facere, quod legis dispositio non habeat locum in actibus eorum, l. fin. D. de stipulat. servor. et cave, quia etiam ibi vult, quod Ecclesia habeat in subsidium rei venditionem ad rem emptam: sed dic, ut dixi supra. Et quid si prelatus, et Ecclesia de communi pecunia emant? Dic, quod tunc res erit communis pro rata pretii, ut in cap. 1. 12. q. 4. et notat Speculat. in dict. §. *tertio loco*, col. 4. versic. *si autem*.

(7) *De la dote.* Nam si pecunia non esset dotis, non procederet, quod hic dicitur, ut in l. *Proculus* 67. D. de jure dot.

(8) *Voluntad della.* Hic non videtur esse specialitas, cum de communi consensu eorum in uxorem transeat dominium, ut in l. *ita constante* 26. et in l. *res que* 54. D. de jure dot. et ita dicit Azo in summa, C. *si quis alter. vel sibi*, et Gloss. in l. l. C. eod. tit. sed videtur dicendum, quod adhuc sit specialitas: quia si pecunia non erat dotalis, licet de consensu uxoris maritus emerit, res non esset uxoris, ut dixi in glos. prox. et tenet Bald. in dict. l. *si ut proponis*, ex quo maritus sibi, et proprio nomine emit; quod secus est in pecunia dotali: et si vir suo nomine, et sibi velit emere, dummodo emerit de uxoris consensu, si tamen sine voluntate uxoris emerit, tunc in subsidium, viro non existente solvendo, res empti ex pecunia dotali erit dotalis: et idem si de pecunia non dotali, donata viro ab uxore, vir emit, ut in l. *uxor marito* 55. D. de donat. inter virum et uxorem, et notat Bald. in l. *ex pecunia*, et in l. *in rebus*, col. fin. C. de jure dotium, Bald. novell. in tract. de dote, fol. 34. col. 2. versic. 15. *privilegium*. Et adverte, quod etiam si res ematur ab extraneo de pecunia dotali, qui non sit solvendo, quod dabitur mulieri utilis rei vendicatio ad rem, favore dotis, argum. dict. l. *uxor marito*, et tenet Bald. in dict. l. *in rebus*, col. fin. Quid tamen si talis extraneus, qui emit rem de pecunia dotali, vel si vir emit, vendidit alii tertio possessori, et convenitur ab uxore utili in rem in subsidium, viro non existente solvendo, et talis extraneus emptor, seu possessor, offerat astimationem rei mulieri agenti, an liberetur a rei vendicatione? Vide per Socin. consil. 224. vol. 2. incipit *elegantem*, et *subtiliter*, ubi concludit, quod sic: allegat text. pro casa, et ibi Bald. in authent. *contra rogatus*, C. ad Trebel.

(9) *Gana et señorío della.* Non ergo pretii, quod redactum fuit ex ea, si ille, qui emit de pecunia istarum, rem vendidisset, ut in l. *quavis* 84. et l. *si quis uxori* 52. §. *si Titius* 17. D. de furtis, et vide per Alberic. in l. *curator*, C. *arbitr. tutela*.

(10) *En su escogencia.* Adde l. *si curator* 3. C. *arbitr. tutela*. Gloss. et Doctor. in l. pen. C. de serco pign. dato manumisso, et tene menti istam legem, quatenus etiam referretur ad emptum ex pecunia dotali.

LEX I.

Vendens rem suam duobus diversis temporibus fraudulenter, habebit rem, qui prius solvit pretium, et per traditionem habuit ejus possessionem: vendens tamen tenetur alteri emptori pretium cum damno restituere; sed si erat res aliena, prefertur, cui res prius tradita fuit, etiam non soluto pretio; salvo tamen jure domini. Hoc dicit.

(1) *Dos veces.* Istius legis materiam solemniter ultra alios commentatus est Jaso in l. *quotiens* 15. C. de rei vendic. et quia nihil in ista lege additur, neque derogatur juri communi, non est opus amplius insistere, nisi in aliquibus additis dicit Jaso, et primo quatenus ibi Jaso in 7. limitat. concludit contra Hostiens. dictam l. *quotiens* procedere etiam in Ecclesiasticis venditionibus. Adde quod idem tenet Alex. cons. 122. vol. 5. ubi et dicit magis communem opinionem esse contra Hostiens. cujus decisio salvari potest, secundum Doctor. in cap. *continbatur*, de his que sunt a prebato sine consensu cap. in concessione jurium spiritualium: quia in his transferuntur jus absque aliqua traditione ex solo titulo, ut in cap. *si tibi absentis* 17. de prebent. lib. 6. cap. *gratia* 7. de rescript. eod. lib. et quod illa lex procedat etiam

a dos omes en tiempos departidos (2); si aquel a quien la vendio primeramente (3); passa a la teneucia de la cosa, e paga el precio (4), esse la deve auer, e non el otro. Pero tenuto es el vendedor, de tornar el precio a aquel que la vendio a postremas, si lo auie recebido, con todos los daños (5), e los menoscabos que le vinieron por razon de tal vendida, porque la fizo engañosamente. Otrosi dezimos,

contra Clericos, vel Ecclesiam, tradit etiam Felin. in cap. *Ecclesia Sancta Mariv*, de constitution. col. 23. Si tamen in Ecclesia fieret alienatio, non procederet dicta l. *quotiens*, quia jure iure transit in eam dominium in casibus l. fin. C. de Sacros. Eccles. et idem esset in alio privilegiato, ut ex solo titulo transiret dominium, ut tradit Jaso in dict. l. *quotiens*, 1. limitatione. Et in quantum ibi Jaso in 13. limitatione dicit, illam legem non procedere in locatione, per fundamenta, de quibus ibi per eum, adde contrarium tenuisse Rotam decisione incipienti *utrum l. quotiens, in antiquis*, num. 379. et idem vult Alexand. dicto consilio 122. vol. 5. cum enim primo conductori competat tantum actio personalis contra locatorem, exerceri non potest contra singularem successorem, l. 1. §. *si hæres* 16. D. ad Trebel. l. fin. §. fin. D. de contrah. empt. et idem tenet Soc. consil. 29. vol. 4. incipit *visis duabus locationibus*. In uno tamen casu possent habere locum dicta Jason, scilicet, quando res locata, licet prius esset tradita secundo conductori, nunc tamen est penes locatorem, quando prius, et secundus conductor agit, ut latè traditur in dict. decisione Rotæ. Adde etiam aliam limitationem ultra 13. datas à Jas. ibi, scilicet, quod ista lex, et dicta l. *quotiens* procedant, quando venditor scienter cum duobus contraxit; secus si cogitare secundum esse primum: nam tunc, etsi traderet, non haberet locum, quod hic dicitur, ut notat gloss. singular. in §. 2. in verbo *emeret*, 29. quæst. 1. Adde etiam, quod procederet ista lex, et dict. l. *quotiens*, etsi tradendo secundo dicit tradens, idemque vendens, *trado tibi salvo jure Titii cui primo vendidi*, ita singulariter decidit Andr. de Isern. in cap. *si facta: si feud. fuerit contro. inter domin. et agnat.* Movetur, quia primo contra secundum nullum jus competeat, quia per solam venditionem nullum jus sibi erat quæsitum, neque in possessione, neque in dominio; non ergo potest jus, quod non competit primo, reservari contra secundum: et subdit, quod, etsi diceret tradens, *volo, quod si primus petat à te, tradas ei possessionem*; vel *si primus poterit à me, tradas mihi possessionem, ut ego tradam illi*: quod non propterea tenebitur secundus præcisè tradere, seu restituere possessionem tradenti, vel tradere primo emptori, sed tantum tenebitur ad interesse, sicut in omnibus faciendi obligationibus, l. *si quis ab alio* 13. §. fin. D. de re judic. dicit tamen, quod secus esset, si diceret, "vendo, et trado tibi hunc fundum, quem prius vendidi Titio; sed si ipse Titius petat, volo, quod ex tunc dominium sit illius;" hoc modo dicit, quod valeret l. 1. et l. *quotiens* 3. C. de don. quæ sub mod. nam et possessio potest tradi sub conditione, l. *qui absentis* 38. §. 1. D. de acquir. possess. ista sunt verba Andr. de Isern. licet ipse loquatur in feudo; tamen est eadem ratio in venditione fundi: vide quæ dixi in l. 38. supra eod. super verbo *sea desfecta*, et quæ dixi eod. tit. l. 43. Circa hoc ultimum dictum Andree de Isernia in conceptione istorum verborum, et principale ejus dictum est notabile: sed limitari potest, quod propter scientiam emptoris de prima venditione, competat primo emptori actio revocatoria ad revocandum alienatam in fraudem, ut dixit singulariter Bald. in rubr. C. de recovand. his quæ in fraud. credit. alien. sunt, in princ. et probari videtur in Gloss. in verbo *jure*, in dict. l. *quotiens*, ubi Alberic. et Jaso 9. opposit. quod intelligerem, quando constaret de scientia emptoris secundi de prima venditione tempore secundæ venditionis; si tamen tunc erat ignorans, et ignoranter emit, et solvit pretium,

que si el postímero comprador passasse a la teneucia, e a la possession, e pagasse el precio, que el la deve auer, e non el primero. E es otrosi el vendedor tenuto de tornar el precio, si lo auia recebido, con los daños, e los menoscabos que vinieron por esta razon al primer comprador. Otrosi dezimos; si alguno vendiesse a dos omes cosa agena (6) en tiempos departidos; si acaesciere que ayan pleyto

licet tempore traditionis sciat de prima venditione, non habebit locum dicta actio revocatoria; cum tunc emptor non participaverit de fraude, et in ista fraude habetur respectus ad tempus venditionis: et secundum hoc, dictum Andree de Isern. procedit simpliciter, prout ipse ponit, et est dictum valde notabile, et facit l. *quod autem* 6. §. *sciendum* 7. D. quæ in fraud. creditor. et tene menti, quia non reperit ita tactum, neque declaratum: et in contrarium facit §. *item si quis in fraudem* 6. ibi: *Res suas alicui tradiderit*, Instil. de action. et quia in traditione consistit tota virtus alienationis, quia ex ea, et non ex venditione transferatur dominium, ut in l. *traditionibus* 20. C. de pactis; sed potest responderi, quod procederet, quando secundus emptor non solvisset pretium, ignorans primam venditionem: quia tunc non videtur facere in fraudem, sed ne perdat pretium, argumento dict. §. *sciendum*, et facit l. *si servum* 71. §. *ait prætor* 7. cum seq. D. de acquir. hæredit. Adverte, etiam, quod dict. l. *quotiens* neque ista lex non procedent in casa, in quo ad venditionem, seu concessionem est necessaria licentia alterius: tunc enim verè per primum actum, etiam traditione non subnixum, expiraret licentia: et non teneret secunda venditio, vel concessio, etiam si sequuta fuerit traditio, ut notatur ex verbis Bald. in §. *si facta, si de feudo fuer. contro. inter domin. et agn.* col. 1. versic. *sed quid si vendidisset*: quia per primum actum expiravit licentia, ut ibi habes in additione: ex quo inferes ad majoriam factam cum facultate Regia, quod si fuit facta in primum tenebit, licet non sit sequuta traditio, et præferetur secundo, in quem secundo loco facta esset majoria, licet ei possessio esset tradita: quia talis secunda majoria videtur esse sine licentia. In contrarium tamen facit l. *Tauri* 44, quæ permittit revocationem majoris, etsi facta sit de licentia Regia, quando non fuit tradita possessio, vel si non fuit facta ex causa onerosa: et sic cum extra istos casus majoria sit revocabilis, non videtur, quod expiret licentia in primo actu: procederet ergo, quod dicit Bald. quando majoria fieret ex causa onerosa, seu aliis esset irrevocabilis. Et nota ad illam legem *Tauri*, quod facta constitutione majoris inter vivos, poterit donatarius agere, ut sibi tradatur possessio, ut probat text. et ibi notat Bald. in dicto §. *si facta*, et Gloss. in l. *in edibus*, §. fin. D. de donat.

(2) *En tiempos departidos*. Sequitur Gloss. in dict. l. *quotiens*: et hoc ideò dicit, secundum Paul. de Cast. ibi, quia si duobus simul eodem tempore venderet, præsumeretur unicuique pro parte tantum vendita, l. *si fundus* 16. §. *si duo* 8. et l. *si debitor* 10. D. de pign. si tamen venderet eodem tempore duobus, seu cuilibet in solidum, adhuc procederet ista lex per dict. l. *quotiens*, cum dicit *in solidum*, et ponderat ibi Jas. in princ.

(3) *Primeramente*. Quid si utrique tradita fait possessio, neque constaret, cui primo fuit tradita, vide per Angel. in dict. l. *quotiens*.

(4) *El precio*. Idem si fides sit habita de eo, ut in §. *venditæ* 41. Instil. de rerum divis. et sic aliud est in directa rei vendicatione, aliud in Publiciana, ut in hac l. in fine, et ibi dixi.

(5) *Con todos los daños*. Punitur etiam, si agatur criminaliter, ut in l. 7. tit. 7. *Partit.* 7. et l. *qui duobus* 21. D. ad Leg. Corn. de falsis, et ad id, quod hic dicitur, adde l. *qui tibi* 6. C. de hæred. vel action. vend.

(6) *Agena*. Adde l. *sive autem* 9. §. *si duobus* 4. D. de Publiciana, et ibi gloss. notab.

entre si ambos los compradores sobre aquella cosa, qualquier dellos que ouiere primeramente la possession (7), aquel ha mayor derecho en ella: e a aquel deue fincar, maguer non ouiesse pagado el precio. Pero quando quier que el señor de la cosa (8) venga a demandarla, saluo finca su derecho en ella.

LEY LI.

Del ome que vende la cosa agena a dos omes dos vezes, qual dellos la deue auer.

Agena cosa vendiendo vn ome a otro, e dandole luego la possession della; si despues que la ouiesse assi vendida, ganasse el vendedor el señorío de aquella cosa, como si le estableciesse por su heredero aquel cuya era, o gela diesse de otra guisa; si por razon que ouiesse ya ganado el señorío de la cosa, la vendiesse despues a otro, e el postrimero comprador mouiesse pleyto sobre ella al primero; dezimos, que este primero (1) ha mayor derecho en ella, porque ouo la possession primeramente; maguer el postrimero razonasse, que auia mayor derecho en ella, porque quando al otro la vendio, non auia el señorío el vendedor, e auialo ya ganado, quando la vendio a el. Mas si algund ome vendiesse a otro alguna cosa que non fuesse suya, e aquella cosa mis-

ma vendiesse el señor della a otro despues; este postrimero comprador que la compro del que ha mayor derecho en ella, este la deue auer (2). Fuera ende, si el que la vendio primeramente, auia razon derecha para venderla; como si la touiesse en peños; e quando le fue empeñada, la recibio a tal pleyto, que la pudiesse vender (3) si gela non quitassen a dia señalado; o si fuesse personero; e en la personeria le fuesse otorgado poder de la vender, e la vendiesse en ante que sopiesse (4), que el señor de la cosa la queria vender a otro.

LEY LII.

Que los Juezes que han poder de fazer entrega por razon de su oficio, pueden vender lo ageno.

Los Juezes que han poder de mandar fazer entrega por razon de su oficio, pueden mandar vender la cosa que assi fuesse entregada, por fazer complir la sentencia: e a quienquier que la comprare del, passa el señorío (1) de la cosa comprada al comprador. Esso mismo dezimos que pueden fazer los cogedores (2) de las rentas del Rey. E aquello que recibieren, o prendaren por entrega de las sus rentas, aquello pueden venderlo. Pero qualquier des- tos sobredichos, que puede fazer la vendida,

(7) *La possession.* Non repetit in hoc casu de solutione pretii, quia in Publiciana hoc non exigitur, l. de pretio 8. D. de publician. et infra ista l.

(8) *El señor de la cosa.* Nam dominus non repellitur Publiciana, nisi in casibus notatis per Gloss. in l. fin. D. de publician. nam potentior est rei vindicatio, quam Publiciana, ut in l. si ea res 31. §. uterque 2. D. de action. empt.

LEX LI.

Si postquam vendidi, et tradidi rem alienam, habui ejus dominium, demum vendidi eam alteri, præfertur primus emptor: sed si non habui dominium, et dominus verus postea alii vendidit, præfertur secundus; nisi ego habebam potestatem vendeudi, ut quia erat pignus ex pacto, vel eram procurator. Hoc dicit.

(1) *Primero.* Adde l. si à Titio 72. D. de rei vendic. et l. 2. D. de exception. rei vend. et tradita.

(2) *Este la deue auer.* Adde l. si ea res 31. ad fin. D. de action. empt. et Gloss. in l. si ea autem, §. 1. D. de Publiciana.

(3) *Pudiesse vender.* Ut in l. 41. cum sequent. ubi vide de tit. 13. infra ead. Part.

(4) *Ante que sopiesse.* Si ergò scivit, cum ex hoc videatur revocatum sibi mandatum, non tenet venditio: neque exigitur, quod ista venditio notificetur ei, qui emit à procuratore, ut satis hic innuitur: quod intellige, quando non fuit mandatum speciale ad vendendum certæ personæ: quia tunc fortè exigeretur certioratio talis personæ, ut in l. si fidejussor. 29. D. mandat. et in cap. ex parte decani 33. de rescriptis, ubi Abb. col. fin.

LEX LII.

Factum judicis reputatur factum partis; et ideo ex ven-

ditione rei, facta per judicem pro executione sententiæ, transit dominium: et idem si vendant exactores tributorum Regis: dum tamen venditio fiat in publica subhastatione per decem dies, et detur plus offerenti. Hoc dicit.

(1) *El señorío.* Perindè, ac si ipse dominus venderet, ut in l. si ob causam 13. C. de eviction. et l. 1. C. si in caus. judic. pign. capt. sit, l. si plus 74. §. mota, et ibi Bart. D. de eviction. et per Bald. in l. ordo, col. 1. versic. modo quaro, C. de execut. rei judic. et per Bart. post Glos. in l. eleganter ad fin. princ. D. de pign. action. alibi etiam dixit Bald. quod illud, quod potest fieri per contractum, potest fieri per judicem, in l. manifestissimi, 22. in princip. C. de furtis.

(2) *Los cogedores.* Adde l. 4. tit. 15. Part. 7. et videatur, quod hæc lex corrigat leges juris communis, quibus cavetur, quod exactores tributorum non debeat propria auctoritate cogere resistentes; sed hoc spectat ad præsidem, quem debet exactor interpellare, et prohibetur judici, ne committat exactori, ut habetur in l. in fiscalibus 6. et in l. missi opinatores 7. C. de exactor. tribut. lib. 10. et ibi Bart. et Joan. de Plat. Potest dici, quod non corrigantur illa jura, sed quod ista lex intelligatur de exactore, qui emit à fisco: talis enim emptor, seu conductor tributorum, vel gabellarum, cum habeat jus fisci, ut notat Bart. in l. in provinciali, §. si ego, D. de novi operis nunciat. potest vendere possessiones propter tributa non soluta, ut hic, et in l. creditor 52. in princ. et ibi notat Bart. D. de action. empt. undè et infert Bart. notabiliter, quod syndicus villæ, vel castri, qui tenetur solvere collectam pro omnibus de castro suo, potest vendere possessiones non solventium: et idem dicit Paul. de Castr. subdens, quod ista venditiones habent eadem privilegia, et fiunt perindè, ac si ipse fisco venderet; et idem, quod Bart. tenet Bald. in l. 1. in fin. C. si propter public. pensation. neque potest dici, quod hoc intelligatur, quod fiat venditio ipso conductore tributorum, vel gabella-

deuela fazer publicamente, e non ascondida; metiendo la cosa en almoneda (3), e fazien-dola pregonar (4). E non la deve vender, fasta que sean diez dias (5) passados: entonce de-uela vender al que mas diere por ella. E si por mas la vendiere, de aquello que ha sobre ella, deve lo demas (6) tornar al señor de la cosa. E si por aventura los Juezes, e los otros

oficiales fizieren vendida de las cosas agenas de otra manera, dezimos que non deve valer (7).

LEY LIII.

De la cosa que vende, o da el Rey, que es agena, como suya.

Vendiendo, o dando (1) el Rey (2) co-

ram petente per iudicem: nam de eo, quod fit per iudicem, jam supra dixit ista lex, et sic superflueret iste secundus casus. Hodie tamen in Regno hoc non servatur; sed iudices vendunt ad instantiam conductorum, sive iudices sint ordinarii, sive delegati, qui aliquandò istis conductoribus à Curia Principis dantur. Vel dic, quod ista lex intelligatur, quando ex delegatione Principis deputantur aliqui ad exigenda tributa: isti enim poterunt vendere, ut hic, cum sibi hoc sit commissum. Et nota benè, quod licèt tali exactori sit commissum, ut compellat omnes debitores fiscales ad solvendum, ea coarctatione, quam viderit expedire; tamen adhuc tenebitur servare legem municipalem, vel loci consuetudinem in modo exigendi; et ita est intelligendum mandatum Regis, secundum Bald. in dict. l. 1. versic. *sed pone*, quem vide.

(3) *En almoneda*. Habes hic, quod etiam res mobiles, quæ venduntur ratione alicujus executionis, debent prius subhastari publicè: super quo distinguit Bald. in l. 1. *C. si propter publ. pensitat.* et etiam Joan. de Plat. in l. 1. *C. de fide instrum. et jure hast. fiscal.* lib. 10. quod si sunt mobilia, quæ venduntur in foro publico, ut frumentum, et alia victualia, cum pretium sit adeò notorium, quod non timetur collusio, ut notat Glos. in l. 2. *C. de rescind. vendit.* tunc non requiritur subhastatio; si vero sint tales res, in quibus cadit affectio, tunc non possint vendi sine subhastatione.

(4) *Faziendola pregonar*. Pluriès intellige, ut in l. *ordo 3.* et ibi notat Bald. col. 1. *C. de execut. rei judic.* et vide bonam legem tit. 26. *Part. 2.* l. pen.

(5) *Diez dias*. In immobilibus per viginti dies, ut in l. fin. tit. 27. *Part. 3.*

(6) *Lo demas*. Adde l. fin. *C. de jure domin. impetr.* versic. *si vero creditor*: si tamen ex isto superfluo emerit iudex, vel officialis, res empta erit emptoris, et non debitoris, ut in l. fin. *C. de distract. pignor.*

(7) *Non deve valer*. Adde l. 1. et ibi Gloss. *C. de fide et jure hast. fiscal.* lib. 10.

LEX LIII.

Alienatio facta per Regem de re aliena, tamquam sua, transfer dominium in accipientem; et Rex tenetur petenti domino estimationem usque ad quadriennium satisfacere; aliàs non. Item potest vendere Rex, vel donare rem communem cum alio in totum: debet tamen reddere estimationem partis habenti in ea communionem, pro ea parte quam in ea habuerit. Hoc dicit. Habuit ortum à l. 2. et à l. *benè à Zenone 3. C. de quadrienn. præscript.*

(1) *Vendiendo, o dando*. Seu quolibet alio titulo alienando, ut in l. *benè à Zenone 3. C. de quadrienn. præscript.*

(2) *El Rey*. Vide Andr. de Iser. in tit. *quæ sint regal.* in parte *bona committentium*, col. 5. qui dicit requiri, quod Princeps credat rem esse suam, cum donat; nam si sciret alienam, non haberet locum ista lex neque l. *benè à Zenone 3.* et l. *omnes 2. C. de quadrienn. præscript.* de quibus ista sumpta est, et hæc est communis opinio: et si donaret ut suum, quod sciebat alienum, non prodesset, licèt expressè diceret, *dono ut meum*, quia esset imponere legem verbis contra l. 2. *C. commun. de legat.* et quia ex hoc, secundum eum, reincidenteremus in errore Martini, de quo per Glos. in dict. l. *benè à Zenone*: et utile est, quod semper in Regis donationibus, in privilegiis earum semper apponatur illa clausula *juribus alterius semper salvois*, ut ipse fieri dicit in Regno Siciliae, quia ex hoc satis declaratur, Regem

nolle dare nisi jus sibi competens, l. *qui tabernas 32. D. de contrah. empt.* l. *si domus 71. §. fin. D. de legat. 1.* et subdit notabile verbum, quod si hæc clausula omittatur, non præsumitur in extrinsecis, licet aliàs dicantur ea, quæ sunt de forma, præsumi, ut in cap. *cum M. 9. de constitut.* Imò dicit Socin. consil. 121. vol. 4. num. 25. quod ista jura procedunt, quando Princeps non habet ali-quod jus in re, quam alienat: sed si haberet aliquod jus, illud tantum videtur concedere, argum. dict. l. *qui tabernas*, et ita dicit singulariter decidisse Bald. in quodam consil. sibi num. 75. incipienti *illustris dominus nos-ter*, dicens ideò, quod jus aliud habenti non videtur præ-judicare: subdens, quod pro hac decisione est summa æqui-tas, et in contrarium est summa potestas; iudex autem æquitatem sequi debet, l. *placuit 8. cum simil. C. de jud.* Sed quid si Rex concedat alicui rem alienam, sciens alienam; dicit tamen, quod hoc vult facere de plenitudine po- testatis: et quod donat eam ut suam, et ita vult, quod sor-tiatur effectum, ac si ipse aliàs credens esse suam, donasset? an tunc procedet, quod supra dixi, post Andr. de Iser. et alios volentes, quod ab hoc, ut dictam hujus legis procedat, requiritur, quod Princeps donet bona fide, credens rem esse suam? Videtur ex mente Andr. de Iser. dicendum, quod sic, etiamsi apponatur clausula de plenitudine potestatis; con-trarium tamen videtur voluisse Bald. in *proem. Decret.* col. 3. num. 4. ubi dicit, quod l. *benè à Zenone* non habet lo-cum, nisi constet, quod Princeps vult uti plenitudine po- testatis: quia non est præsumendum, quod Princeps con-cedat rem alienam, nisi cum facit ex certa scientia, et ideò dicit, quod levis occasio erroris impedit illius legis vigorem; et sic apertè vult, quod dispositio dictæ legis procedat etiam, si Princeps scienter donet rem alienam, dummodò faciat de plenitudine potestatis: et idem voluit Bald. in l. 2. *C. de commun. rerum alienat.* cum facit duo membra, scilicèt, cum fiscus bona fide vendidit, et isto casu dicit procedere dictam l. *omnes 2. C. de quadrienn. præscript.* et aliud, quan-do de plenitudine potestatis, et isto casu dicit procedere dict. l. *benè à Zenone*; et sic apertè vult, quod primo casu teneat alienatio, etsi Princeps non utatur plenitudine potestatis, ex quo bona fide alienat; secundo verò casu, cum adest scien-tia rei alienæ, necesse est, quod etiam utatur plenitudine potestatis, hoc etiam, et expressius tenuerunt Bald. et An-gel. per text. ibi in dict. l. *omnes*, ubi dicunt, ibi esse casum contra eos, qui dicunt quod Imperator non potest rem meam alteri concedere per privilegium, et auferri nostrum domi-nium: subaudi, secundum illos, etiam sine causa; quia ubi cau-sa adest, nulla est dubitatio; et si dicis, quod non potest per privilegium, sed legem communem condendo, ut in illa l. fe-cit dicas, quod imò potest per privilegium: quia Imperator confirmat ibi omnes concessionis antea factas per privile-gium, et vult, quod omnes gaudeant privilegis inclytæ re-cordationis Zenonis, ac si illa privilegia essent in singulis concessionibus expressè attributa. Neque obstat, dicunt ipsi, l. *rescripta 7. C. de prec. Imperat. offerend.* ubi rescripta, et privilegia per quæ absorbetur jus tertii, nihil valent: quia concedo, dicunt ipsi, nisi adsit clausula derogataria, vel motu proprio; et hoc etiam est de mente ejusdem Bald. consil. 359. vol. 3. incipit *quemadmodum Imperator*. Et tenendo istam partem, non obstat opinio illorum, qui te-nent, quod l. *benè à Zenone* procedit, quando Princeps ig-noranter donavit rem alienam ut suam; nam si scienter, non posset sine causa alicum suo jure privare, ut in Cle-ment. *pastoralis 2. de re judic.* ut et dixit Abb. in cap. 2. *de rebus Eccles. non alienand.* nam procedet hoc, quan-

sa agena (3) como suya (4), passa el señorio (5) de aquella cosa al que la vende,

o al que la da (6). Pero aquel a quien la tomasse, puedele pedir, quel de la estimacion

do non adest certa scientia, seu Princeps non faceret de plenitudine potestatis.

Veritas hujus puncti pendet ex decisione illius antiquæ quæstionis, an Princeps possit de plenitudine potestatis auferre alicui dominium rei suæ, de quo dixi in l. 1. tit. 1. 2. Part. ubi bona lex, et l. 31. tit. 18. Part. 3. et certè causa subsistente, de qua constaret, et soluto pretio, Princeps posset, non aliàs, ut volunt dictæ leges Partitarum, et videtur probabilior opinio Doctorum, hoc tenentium in cap. *quæ in Ecclesiarum, de constit.* ubi vide Philip. Decium col. 7. et 10. æquitas, et honestas debent esse impedimentum ei, qui vult uti plenitudine potestatis, l. 2. et ibi Joan. de Plat. *C. ne fiscus rem, quam vendit. evincat.* lib. 10.

(3) *Cosa agena.* Limita, nisi res sit Ecclesiæ, ut in cap. *quicumque militum*, 12. quæst. 2. et in cap. 2. *de rebus Ecclesie non alien.* ubi Gloss. et idem, si res aliena donatur Ecclesiæ, ut in cap. *placuit* et l. 1. et ibi Gloss. 16. quæst. 3. Et quid si res sit minoris? Dic, quòd adhuc habebit locum hujus legis dispositio: ita tenuerunt Jacob. Butric. Bald. Sal. et Paul. de Castr. in l. fin. *C. si adversus fiscum*, reprobata Gloss. ibi, quæ voluit contrarium, quam Salic. dicit vitio scriptoris esse corruptam, et idem tenet Joan. de Plat. in l. pen. ad fin. *C. de fide instrum. et jure hasta fiscal.* lib. 10. Benè tamen verum est, quòd si minor non peteret pretium à fisco infra quadriennium, posset elapso quadriennio adhuc illud petere, ut tradunt Doct. in dict. l. fin. Quid autem in re dotali? Bald. in consil. 359. vol. 3. incipit *quemadmodum Imperator*, dicit singulariter non habere locum ista jura in præjudicium rerum dotalium; et istud dictum Baldi refert, et multum commendat Jaso in l. 1. col. 3. D. *solut. matrim.* dicens se alibi non legisse, et sequitur Franciscus Balbus in tract. *prescript.* fol. 54. col. 1. vers. 11. *limita*, et idem voluit Socinius, quem ipse non allegat, consil. 121. vol. 4. et consil. 46. ejusdem vol. ubi dicit, quòd ista opinio sapit æquitatem, et ibi corroborat eam aliquibus mediis. Fundamentum Baldi, et aliorum est in effectu, quòd lex, vel statutum generaliter loquens, non intelligitur loqui in causa dotis in dotis præjudicium: et certè licet magna sit auctoritas Baldi, præsertim ubi non habet contradicentem, ut dicit Alexand. in l. *si quis vi*, §. *differentia*, col. pen. D. *de acquir. passus.* imò et habet pro se Balbum, Socin. et Jason. cum sequentes, ego sum dubius de veritate hujus limitationis ad istas leges, eo quòd nullo jure reperitur cautum hoc, et Bald. et alii loquuntur sine lege; et generalis favor dotis, non videtur sufficere, cum potentias sit privilegium competens ratione ætatis, quàm ratione sexus muliebris, ut in l. *si apud* 12. D. *de minor.* et tamen, ut dixi, in minorum rebus habent locum ista jura, et quia regulariter doter judicantur à cætera bona non dotalia, nisi in his in quibus reperitur expressum, quòd dos sit privilegiata, ut patet ex notatis per Gloss. et Doct. in l. 1. D. *solut. matrim.* ubi laboravit Gloss. in ostendendo specialia privilegia dotis. Præterea lex ista, et l. *omnes*, et l. *benè à Zenone*, loquuntur generaliter in quibuscumque rebus et personis, ut ex eis patet; et dispositio, quæ generaliter loquitur, intelligitur, et includit etiam casus et personas alias privilegiatas, l. *in fraudem* 15. §. fin. et ibi cum ad hoc notat Bald. D. *de testam. militis*, et sic cum causa dotis non reperitur in hoc à jure privilegiata specialiter, lex ista generaliter loquens comprehendit etiam causam dotis, et ita etiam dicit Decius consil. 301. qui referens dicta Jason. in dict. l. 1. col. 3. tandem col. pen. concludit, quòd Jaso movens se ex dicto Salyc. in dict. l. fin. in princ. *C. de jure dot.* non benè fuit perscrutatus hoc; ibique tenet, quòd statutum generaliter loquens comprehendit etiam causam dotis, quando non reperitur, in illo casu dos specialiter privilegiata: et per hoc in effectu respondetur ad motiva Socin. dict. consil. 46. col. 6. imò ipse Socinus parùm ibi fidens de dictis Baldi, et suis in isto proposito, tandem col. 7. dicit, quòd quidquid sit in hoc de jure communi, in casu suo foudat se ex quodam speciali statuto.

Tom. II.

(4) *Suya.* Quid si in alienatione exprimat causam, ex qua dicit esse suam? an tunc procedat hujus legis dispositio, si illa causa cessat; veluti si dicat suam ex causa confiscationis, et res non erat illius, cujus bona fuerunt confiscata? Cyn. in l. 1. *C. de hered. vel action. vend. dicit*, quòd non, et probatur in l. *nee ullam* 13. §. *item si quis à fisco* 9. D. *de fidei. hered.* et idem tenet ibi Bal. et Sal. et Bal. in l. *si hypothecas*, per text. ibi, *C. de remiss. pign.* et facit, quòd prædixi, quòd quando Princeps habet aliquod jus in re, illud videtur concedere tantum; et ita intelligendo dict. §. *item si quis à fisco*, non poterit dici, quòd sit correctus ille §. per dict. l. *omnes*, et l. *benè à Zenone*, prout dicit Gloss. in dict. §. *item si quis*, et ibi Bart. et Angel. et dictam determinationem Cyni sequutus est consulendo Roder. Suar. in suis allegat. alleg. 11.

(5) *El señorio.* Intellige, si Rex possidebat illam rem, cum donat, vel vendit: ita intelligit Bart. in l. fin. circa medium, *C. si contra jus, vel util. publ.* et Bald. in dict. l. 2. *C. de commun. rerum alien.* et in l. 1. col. 1. *C. de jure. vel actione vend.* et sequitur Fel. in cap. *que in Ecclesiarum*, col. 14. *de constit.* et Jaso in auth. *quas actiones, C. de Sacros. Eccles.* Est tamen notandum, quòd si donatarius, vel emptor possidet, præsumitur Principem possedissee, Bald. in dict. l. 2. *C. de commun. rerum alien.* Felin. in dict. cap. *que in Ecclesiarum*, col. 14. Francisc. Balb. in tractat. *prescription.* fol. 53. col. 4. et facit text. in cap. 1. 12. q. 5. et quæ nolantur per Inol. et Doct. in cap. 3. *de pecul. Clericor.* Intellige etiam, interveniente traditione ultra venditionis, vel donationis titulum, ut notat Bald. in cap. 1. §. fin. col. fin. *de nova forma fidelitat.* et sequitur Jaso in l. *traditionibus, C. de pactis*, col. 2. et idem tenet Bald. l. vol. consil. 363. incipit, *quiritur*, *an si per Officiales*, ubi et plus addidit, scilicet, quòd in ipsa traditione non interveniat legitimus contradictor.

(6) *Al que la vende, o al que la da.* Quid si ille cui Princeps donat, vel aliàs concedit, et ille cujus res fuit antea, ambo prætendant titulum, et concessionem à Rege? an tunc procedat istius legis dispositio? Ludov. Roman. consulti, quòd non, ut patet ejus consil. 298. quasi per totum incipit *circa præmissam dubii consultationem*, ubi pro hoc allegat cap. *Abbate save* 3. *de re jud.* lib. 6. et cap. *cum olim, de re judic.* et cap. *Capitulum Sanctæ Crucis, de rescriptis*, et alia quæ ibi videbis: et certè est singularis limitatio ad ista jura; quæ tamen fortè non procederet, quando ex posteriori concessionem Principis, seu Regis, constaret concedere, non obstante priori concessionem, seu annullare, et revocare velle primam concessionem: et ita in terminis decidit Philippus Decius ita intelligens, et limitans dictum Roman. consil. 191. col. 2. nam. 4. vol. 1. cum fundamenta Romani tendant ad comprobandum, Principem fuisse circumventum, et quòd id non fecisset, si non fuisset oblitus prioris donationis, vel circumventus facto secundi donatarii: et comprobatur ex dicto Bald. in cap. 1. §. *ad hæc, de pace juram. firm.* nam. 11. ubi dicit, quòd si Papa cuidam contulit ecclesiasticum beneficium, deinde de plenitudine potestatis sibi auferat, et alii concedat, quòd tenetur Papa providere primo de æquè bono beneficio; et sic aperte vult, quòd secundus maneat in beneficio sibi concesso, non obstante priori concessionem: nam quòd Princeps suo subdito concessit sola voluntate, nulla subsistente causa, potest sibi auferre, et alii dare, ut notat Innoc. in cap. *que in Ecclesiarum, de constit.* Angel. in l. *Antiochensium, D. de privileg. creditor.* de quo tamen vide per Bald. in l. *qui se patris, C. unde liberi*, et Felin. in cap. *novit*, col. 8. *de judic.* Adverte etiam, quia fundamenta Ludov. Romani concludunt, quando ambo habent causam ab eodem Rege; si verò à diversis Regibus, est magis dubium, maxime si unus Rex non esset hæres alterius: et si dicatur, quòd fundamentum ex capitulo *Abbate sane*, procedit etiam in habentibus causam à diversis Regibus; dicendum, quòd ille text. non benè probat id, ad quòd eum adducit Ludovicus Romanus; ne-

Lxxx

de aquella cosa, fasta quatro años, e el Rey deuegela pagar: e si fasta quatro años non pidiesse la estimacion, deude en adelante non podria. Otrosi dezimos, que si el Rey ouiesse alguna cosa comunalmente con otros, que la puede vender (7) toda, o dar (8), por razon de aquella parte que ha en ella; e passa el señorío de aquella cosa al que la vende, o al que la da. Mas con todo esso, deue dar (9) la estimacion a cada vno de los otros, segund la parte que auian en aquella cosa.

que Gloss. quam ipse allegat, hoc ita dicit. Sed cum hæc lex dicat, quod transit dominium in emptorem, vel donatarium rei venditæ, vel donatæ à Principe, et nihil ultra procedat: an, si quæstio non moueatur super dominio, sed super alio iure, veluti hypothecæ, vel aliâ, admitti debeat contra emptorem, vel donatarium? Angel. in l. 1. *C. de hered. vel action. vend.* dicit, quod emens hæreditatem, vel rem singularem à fisco, perpetuò est securus, ut nemo possit in totum, vel pro parte hæreditatem, vel rem illam dicere ad se pertinere, et quod ita intelligitur dict. l. *omnes* 2. *C. de quadr. præser.* sed bene potest quis dicere, se esse creditorem illius hæreditatis, et pro debito illo inquietare talem emptorem: et ita intelligatur dict. l. 1. secundum Cyn. ibi: non tamen aperit Angel. an possit agere hypothecaria, vel alia actione non concernenti dominium contra emptorem; et potius vult, quod non possit, cum in conclusione dicti non repetat de eimente rem singularem, et quia habetur expressè in dict. l. *omnes*, quod neque per viam hypothecæ possit haberi recursus, neque per alias personales actiones: et hoc quando Princeps, vel fiscus vendit rem simpliciter ut suam; si tamen venderet iure creditoris, vel aliquo iure speciali invalido, tunc si creditor scivit, vel scire potuit rem vendi per fiscum, et nihil dixit, videtur remissum jus pignoris, ut in l. *si hypothecæ* 8. et ibi Bald. *C. de remiss. pignor.* Socin. verò consil. 46. vol. 4. incipit *elegantè*, et *subtiliter*, col. 6. num. 13. versic. 4. *respondeo*, vult, quod etiamsi fiscus vendat simpliciter, habeatur dicta distinctio scientiæ, vel ignorantie, ex quo dict. l. *si hypothecæ* loquitur generaliter, et ita generaliter ibi intelligunt Gloss. et Bald. et quia hoc dicit voluisse Paul. de Castre. in l. fin. *C. si adversus fiscum*. Verius tamen est, quod dicit Bald. qui bene intellexit dict. l. *si hypothecæ*, et dict. l. 2. et l. *benè à Zenone*, et istud videtur tenendum: et dictam Pauli intelligitur, quando vendit iure creditoris; et licet ista lex Partitæ non exprimit ita late circa hypothecam, et alia, sicut habetur in dict. l. *omnes*, tamen supplenda est: quia est eadem ratio, et intentio istius legis, quod emptor, vel donatarium Principis perpetuò sit securus, et recursus tantum habeatur contra Principem, vel ejus fiscum. Adde etiam, quod tunc ex vigore hujus legis transit dominium in emptorem rei venditæ, quando venditio est valida, et solemnis; secus si non fuit solemniter facta, l. *fundus*, qui *Lucei Titii* 9. D. *de rescind. vend.* et tenet Bald. in dict. consil. 363. vol. 1. et Socin. dict. consil. 46. col. 7. num. 16.

(7) *Vender.* Adde l. 1. *C. de vend. rerum fiscal. cum privat. commun.* lib. 10. et l. 2. *de commun. rerum alien.* et Azon. in summa *C. de rebus alien. non alienand.* Et advertite, quia Bart. et Joan. de Plat. in dict. l. 1. limitant, et intelligunt, quando Rex, vel fiscus ex venditione totius rei perciperet utilitatem, utpote, quia melius venderet solidam rem, quam pro parte; si verò cessaret utilitas, tunc non posset vendere, nisi suam partem: et idem tenet Salic. in dict. l. 2. ubi Gloss. et licet sit æqua limitatio, vide ne fortè possit dici, quod non procedat per istam legem Partitæ, cum etiam permittat Principi rem in totum donare ratione communionis; et tamen in donando nulla adest utilitas, nisi

LEY LIV.

Del ome que vende a otro cosa agena, en nome de aquel que ouiesse el señorío della.

Si vn ome vendiesse a otro cosa agena, en nome de aquel que ouiesse el señorío della; si aquel cuya es la cosa, ha por firme (1) la vendida despues que es fecha, vale, e passa el señorío al que la compra; maguer que de comienço non fiziesse esse atal la vendida, con otorgamiento, nin con sabiduria de aquel cuya era la cosa. Mas si non la vendiesse en nome del señor della, mas en el suyo mismo; si aquel que la compra sabe que non es la cosa de

LEY 1.
tit. 1.
lib. 10
Novis.
Recop.

dicas, quod et in donando possit esse utilitas, cum fit in remunerationem servitii, vel aliâ sit utilitas Principis donare: sed esset magna restrictio ad istam legem, ut tantum procederet, si utiliter venderet, vel donaret; undè magis placet, quod procedat, quod hic habetur, indistinctè sine dicta limitatione. An autem sicut potest vendere, possit rem communem pignorare? Gloss. dicit, quod sic, in l. 1. *C. si communis res pignor. dat. sit.* Potest etiam consors petere, ut sibi detur pro eodem pretio, ut in l. 55. infra eodem, et Bald. dicebat in dict. l. 2. æquum esse, ut fiscus non vendat in solidum, nisi requisito consorte, qui volens dare idem pretium, debet aliis præferri, argum. l. *neesse* 8. D. *de in diem addition.* et l. 16. D. *de reb. auct. jud. possid.* Procedit etiam ista lex, sive res sit dividua, sive individua, secundum Gloss. et Doct. in dict. l. 2. et in dict. l. 1.

(8) *Toda, o dar.* Istud non ita reperitur de jure communi, cum dictæ leges, de quibus in gloss. proxima, tantum loquantur de venditione: nisi dicas, quod cum de jure communi permittitur Principi, ut habetur in dict. l. 2. et l. *benè à Zenone*, et suprâ in ista l. donare, vel alienare in totum, à fortiori si pro parte: sed respondetur, quod dictæ leges procedunt (ut dixi) quando ignorans rem alienam Princeps donat, vel alienat, et non quando scit; hic verò sciebat esse alienam pro parte: undè est multum notanda ista lex, quia non erat sic de jure communi. Sed hoc, quod dicit, debet intelligi, et limitari, dato tamen prius bono cambio, ut in l. 2. tit. 1. *Part.* 2. et in l. 31. tit. 18. *Part.* 3. et legitima causa subsistente, ut ibi. Secundum hoc non erit aliqua specialitas ratione communionis; et tamen ista lex vult aliquid in hoc esse speciale favore Regis: undè fortè non ita sufficiens causa sufficeret: pretium tamen semper debet solvi.

(9) *Deue dar.* Ex hoc verbo innuitur, quod totam pretium solvendum est fisco, et Princeps, seu fiscus partem reddit privato; quod Bart. notat in dicta l. 1. *C. de vendition. rerum fiscal.* ad statuta disponentia, quod de condemnatione medietatem habeat fiscus, medietatem privatus, quod totum debet solvi fisco, et fiscus dabit partem illi privata, l. *Senatus* 15. §. *Senatus* 3. et l. *res* 22. §. 1. D. *de jure fisci*: et hoc est utile secundum eum, quia favorabilius fiet executio, quando debet solvi fisco, quam cum privato, ut in l. pen. et ibi Bart. *C. de conven. fisci debit.* lib. 10.

LEX LIV.

Domino ratificante venditionem per alium ejus nomine factam, transit dominium in emptorem accipientem: eo autem non ratificante, si emptor habuit malam fidem, non præscribit; si bonam, præscribit; et vendens tenetur domino pretium restituere; etiam si nomine domini non vendidit: idem, si fies moriatur penes emptorem, aut perdat; quia ratificando habebit pretium, licet suo nomine non vendatur. Hoc dicit.

(1) *Ha por firme.* Habet ortum à notatis per Azon. *C. de rebus alien. non alienand.* in summa, parum post princip. et adde l. 48. suprâ eod. et l. *mater* 3. *C. de rei vendit.*

aquel que gela vende, entonce non passa a el señorío della, nin la puede ganar por tiempo (2). Ante dezimos, que aquel cuya es, que la puede demandar, e la deve cobrar en todas guisas. Pero si este comprador atal ouo buena fe quando compro la cosa, non sabiendo que era agena, mas cuydando que era de aquel que gela vendio; entonce puede ganar por tiempo el señorío della: e es tenuto el vendedor en todas guisas (3), de tornar el precio a aquel cuya era la cosa. Otrosi dezimos, que vendiendo ome cosa agena como suya, si despues que la vendida es fecha, se pierde la

cosa, o se muere (4), puede el señor de la cosa auer la vendida por firme, e demandar (5) el precio (6) della al vendedor; quier fuere fecha la vendida en nome del señor, o non.

LEY LV.

Como la vendida que es fecha de la cosa comun de so vno, deve valer, maguer no sea partida entre ellos,

Dos omes, o mas, auiendo alguna cosa (1) comunalmente de so vno (2), dezimos, que

LL. 1,
27 9,
tit. 13,
libro 10
Novis.
Recop.

(2) *Ganar por tiempo.* Propter malam fidem, ut in cap. fin. et in cap. *vigilanti* 5. de *prescription. regul. possessor* 2. de *regul. jur.* lib. 6. ll. 9. et 18. tit. 29. *Partita* 3.

(3) *En todas guisas.* Sive vendiderit nomine domini, sive suo, ut in l. *mater* 3. C. de *rei vendic.* et in l. 1. C. de *reb. alien. non alienand.*

(4) *Se pierde la cosa, o se muere.* Idem, si ejusdem rei est difficilis persecutio, ut quia ad partes longinquas est portata, l. 1. in fin. D. de *exercitor. Cyn.* et Angel. in l. *mater*, C. de *rei vendic.* Sed cum hic permittatur in subsidium, re perempta vel prescripta, habere ratam venditionem, an idem erit e contra, si tu emisti rem ex pecunia mea, et tu aliter non es solvendo, an possim agere ad rem? Gloss. final. in l. *Proculus*, D. de *jure dotium*, movet istam questionem, et vult, quod possum, quando pecunia pervenit ad te ex causa lucrativa, et idem vult Paulus de Castro in dict. l. *mater*, ad fin. Angel. et Bald. in dict. l. *mater* tenent contrarium: vide ibi per Salicet. 11. quæst. Et certè, ubi nullam aliud remedium posset competere ei, cujus pecunia res fuit empta, æquum videtur dictum Gloss. et Paul. de Castro, quod et Cynus tenuit post Pet. in dict. l. *mater*, et etiam vult ibi Alberic. si tamen alia actio posset competere, non esset tractandum de actione negotiorum gestorum in subsidium, prout dicit ibi Salyc. An autem venditionem rei mihi debite possim habere ratam in subsidium, ut pretium consequar, text. est, quod non, et ibi notat Bart. in l. *venditor ex hæreditate* 25. D. de *hæred. vel action. vend.*

(5) *Por firme, e demandar.* Adde l. fin. D. de *negot. gest.* et l. *mater* 3. et ibi Gloss. C. de *rei vendic.* et ibi vide Angel. super gloss. magna, et etiam Salyc. et vide Paul. de Castro in l. *si cum seruum*, D. *si cert. petat.*

(6) *El precio.* Quid si non vendidit, sed donavit? an re perempta vel usucapta, si ratum habeat dominus, possit agere in subsidium ad pretium rei, videtur, quod non, cum hæc lex loquatur in venditione, et Gloss. in l. *sed et si constante*, D. de *donat. inter virum, et uxor.* dicit, quod non procederet hoc in donatione, cum ibi non detur pretium donanti. Et nota etiam, quod possum habere ratam exactionem debiti mei, licet ille, qui exegit, meo nomine non exegerit, ut possim consequi in subsidium, Gloss. et ibi Bart. in l. *ejus qui*, D. *si cert. petat.* Et si creditor meus vendidit pignus, non habens jus distrahendi, possum habere ratum, etiam re non usucapta, vel perempta, ut agam ad pretium, gloss. notab. et ibi Bald. in l. 2. C. *si vendito pign. agatur*: quia creditor, vendendo ut creditor, eo ipso gerit negotium debitoris: et licet secundus creditor, qui vendidit pignus, non possit conveniri a primo, sed agere debeat hypothecaria contra emptorem, ut in l. 1. D. de *distraçt. pignor.* tamen si res sit perempta, vel prescripta, agat in subsidium ad id, quod superest ex pretio soluto debito creditoris, qui vendidit, gloss. notab. et ibi Bartol. in l. 1. D. de *distraçt. pignor.*

LEX LV.

Potest res communis cuilibet vendi, etiam extraneo: sed pro æquali pretio præferitur socius, si eam vult: sed non

potest rei communis pars vendi extraneo, intentato judicio communi dividendo, nisi de sociorum omnium voluntate. Hoc dicit.

(1) *Alguna cosa.* Habebit ergò locum ista lex, etiam in re mobili, vel se moventi, ut in pecoribus, et servis, cum istud verbum res sit generale, et omnia comprehendat, ut in l. 1. in fin. D. *si cert. petat.* l. *rei appellatio* 5. et l. *rei appellatione* 23. D. de *verb. signific.* l. *omnia* 32. §. 2. et ibi Bald. D. de *legal.* 2. et in juribus, et actionibus, l. 1. et ibi Bald. et Doctor. D. de *statu homin.* et in hæreditate l. *licet* 19. C. de *paçtis*: et comprobatur hoc, cum aliàs de jure reperitur teneri colonum, frumentum, et alios fructus potius vendere debere domino fundi, ubi collecti sunt, quam alii extraneo, l. 1. et ibi notat Bart. et Joan. de Plat. C. de *metallis, et metallar.* lib. 11. ubi dicit Lucas de Penna, illam legem facere pro dominis terrarum, quod coloni, et alii vassalli res eorum, quas venales habent, ut fructus, et alia, teneantur prius vendere dominis: ibique etiam dicit bonum verbum ad id, quod etiam in isto Regno videmus, tueri posse Curiam Regiam (argum. illius l.) cogentem omnes facientes sal in salinis propriis, ipsum sal vendere fisco, et non aliis; licet bonum foret, quod justitia pretii melius servaretur: facit etiam l. *venditor* 13. §. *si constat*, et ibi Paul. de Castro, D. *commun. prædior.* Et ratio hujus legis, que est æquitas, ut potius habeat consors rem communem, quam extraneus, ita militat in re mobili, sicut et in immobili. In contrarium tamen facit l. 75. in *Ordinat. Tauri*, in princ. cum dicit: *Si alguno vendiere parte de alguna heredad, que tiene comun con otro, etc.* et sic sentit, istam legem Partite procedere in communi immobilium tantum: et quia etiam in retractu jure proximitatis sanguinis tantum est cautum in immobilibus, ut in l. 6. et 7. tit. 7. lib. 5. *Ordin. Regal.* l. 13. tit. 10. lib. 3. *Foro Leg.* hoc idem et fuit de immobilibus tantum cautum in illa constitutione Frederici, quam citavimus, neque unquam vidi super rei mobilis communis venditæ retractum litem aliquam agitari; et fortè ita in judicio practicaretur, ut tantum ista lex procederet in immobilibus: sed de jure verior est prima pars, per istam legem indistinctè, et generaliter loquentem, et quia diversa ratio militat in retractu ratione sanguinis, quam in retractu ratione consortariæ.

(2) *Comunalmente de so vno.* Id est, pro indiviso sunt domini talis rei: nam consors dicitur, seu intelligitur per participationem domini, secundum Bald. in l. *dudum*, in fin. C. de *contrah. empt.* Undè procederet hujus legis dispositio, etiam si unus ex pluribus emphyteotis habentibus rem communem pro indiviso alienaret partem suam alii, quam directo domino, cuidam videlicet extraneo, requisito domino directi domini: nam et isti emphyteotæ habent utile dominium, ut in l. 1. in gloss. fin. D. *si ager vectigal. vel emphyteut. pet.* et per Bart. in l. 1. §. *quod autem ait*, D. de *superficiebus*, et quia etiam in retractu jure sanguinis hoc voluerunt Alber. Bald. Angel. post alios antiquos in l. *Imperator*, D. de *paçtis*, dum dicunt per illum text. dominum præferri consanguineo in retractu rei emphyteoticæ, et habetur in l. 74. in *Ordin. Tauri*, et te-

net Alexand. consil. 27. incipit *viso themate*, col. 2. vol. 6. et per Bald. in consil. 300. vol. 1. incipit *statuto caueatur*: idemque est dicendum in feudo eadem ratione; de quo per Joan. Fab. in §. 1. post princ. *Instit. de emptiō. et vendit.* et tenet Matthæus de Afflictis in suo tractatu *protomisios*, in gloss. 1. incipienti *tota hæc lex*, col. 3. et col. 11. totius tract. per text. in cap. 1. §. *sed etiam res, per quos fiat investitura*. Idemque est dicendum, si in aliqua re plures haberent communem usumfructum pro indiviso; ut si unus venderet suam commoditatem alii, quam consorti, consors posset retrahere pro eadem pretio: quod satis probatur ex verbis generalibus hujus legis, maxime tenendo opinionem, quod procedat hæc lex etiam in rebus mobilibus; undè non erit necessaria disputatio, an ususfructus connumeretur inter mobilia, vel immobilia, de qua per Bart. in l. *justo*, §. *non mutat*, D. de *usucap.* et per Lucam de Penna in l. fin. col. 2. C. de *vendend. rebus Civitat.* lib. 11. Sed quid si dominus proprietatis vendat proprietatem suam? an usufructuarius, tamquam habens partem in illa re, possit eam retrahere? Videtur, quod sic, quia usufructus pars domini est, l. *cum filius* 76. §. *dominus* 2. D. de *legat.* 2. Dic contra, quia est diversum jus usufructus ad dominio, et sic non potest dici, quòd competant verba hujus legis, cum dicit *comunimente de so uno*, ut in l. *recte dicimus* 25. ubi Gloss. D. de *verb. signific.* Gloss. in l. 4. C. de *usufruct.* et quia, ut dicit Bald. in l. 2. C. de *commun. rerum alien.* contra naturam esset, si proprietatem accederet usufructui: est enim usufructus pars domini integralis, sive legalis, non prædicativa, seu subjectiva, secundum Placent. cujus opinio probatur in dict. l. *recte*. Si enim quis dicat, *usufructus fundi Titiani pertinet ad Petrum*, non ex hoc inferatur, ergo *Petrus est dominus ejusdem fundi*; imò potius sequitur contrarium: quia dominus in proprio fundo non potest habere usumfructum, vel aliam servitutem. Si tamen dicatur, *usufructus junctus cum proprietate facit plenum dominium*, rectè dicitur; et sic usufructus est pars domini integralis: et idem dicendum est in usu, et multo magis: licet enim secundum Bald. in dict. l. 2. in corpore pleni domini derivetur; non tamen habet naturam proprietatis, sed est quadam forma corruptibilis, et de facili revertibilis ad proprietatem, tamquam ad materiam: et idem de aliis servitutibus est dicendum, quia portionis instar non obtinent, l. *Movius* 66. §. pen. D. de *legat.* 2. l. *quod ad servitutes* 75. D. de *eviction.* et in dicta l. *recte dicimus* 25. et tenet Bald. in dict. l. 2. in fin. Si tamen plures haberent usumfructum, vel usum fundi, seu habitationem domus, vel aliam servitutem, veluti pascendi pecoris in alieno agro, vel alias; si unus venderet partem juris sui extraneo, consortes illius juris et servitutis admitterentur ad retractum, propter communionem quam habent in illo jure, ut dixi exprá; maxime quia tales servitutes adherentes rebus immobilibus judicantur immobilia bona, ut probatur in cap. 2. de *rebus Ecclesie non alien.* lib. 6. et in l. fin. C. de *longi tempor. præscript.* et notat Anton. et Joan. de Imol. in cap. *nulli, de rebus Ecclesie non alien.* Et cum ista nostra lex generaliter loquatur, cum dicit, *alguna cosa*, neque se restringat ad bona immobilia; si plures habeant actionem personalem pro fundo, et unus vendit actionem suam extraneo, admittentur consortes illius juris et actionis ad partem consortis, ut sic possint agere personali actione ad consequendum totum fundum sibi debitum: undè non expedit investigare, an actiones judicentur inter immobilia, vel mobilia; de quo per Abb. in dict. cap. *nulli*, et per Bart. in l. 1. C. si *adversus transact.* et in l. *si sic legatum*, §. fin. D. de *legat.* 1. et per Joan. de Plat. in l. 2. §. 1. C. *quando, et quibus quarta pars debeat*, lib. 10. et per Bald. in l. *jubemus nulli*, col. 2. et in authent. *hoc jus porrectum*, col. fin. C. de *Saceros. Eccles.* et in cap. 1. vers. *sciendum, de feud. cognitio.* et de *pæce tenen. et ejus violat.* in fin. principii, et in l. 1. C. de *præst. pignor.* et in dicta l. 1. D. de *statu homin.* in utraque lectura, per Decium consil. 237. col. 1. Alexand. consil. 45. col. 3. vers. *primo enim considero*, et per Oldral. cons. 218. et sic cessabit, quæ in terminis istius questionis tradit Decius consil. 300. incipit *visa petitione*, col. 2. versic. *ullerius, et secundo, etc.* Quid tamen

si dominus directi domini vendat suum dominium? an habens utile dominium, tamquam consors in re, habeat jus retrahendi? Per istam legem videtur, quòd non, cum ista lex dicat *comunimente de so uno*, et utilis dominus non habet dominium communiter cum directo; sed subalternatur ista domini, quia non potest idem dominium esse apud duos, l. *si ut certo* 5. §. *si duobus* 15. D. *commo.* sunt ergo diversa domini, ut notat Bart. in l. *si quis vi*, §. *differentia*, D. de *acquir. posses.* et ad decisionem hujus questionis facit, quia si dominus directus vult dominium suum vendere, non tenetur emphyteotam vult dormire, an ipse velit habere æquali pretio, sicut è contra emphyteota teneretur. Poterit ergo dominus directus vendere cui libuerit, ut decidit notabiliter Speculator. tit. de *locato*, §. *nunc aliqua*, versic. 93. licet dicat, quòd de consuetudine quorundam locorum ponitur in instrumentis, ut si dominus voluerit jus suum vendere; possit emphyteota præ ceteris habere etiam pro minore pretio 10, vel 20. solidorum: sed hoc est conventionis, non necessitatis, prout dicit Jaso in suo tractat. de *jure emphyteot.* fol. 118. col. 3. vers. *juxta istum text.* ubi refert, et sequitur dictum Speculatoris.

Quid autem si alicui legat testator quintam partem honorum, prout communiter accidit tota die, quòd mariti legant uxoribus, et demùm talis legatarius emit ab hærede fundum hæreditarium, quem illi, qui sunt de genere et avolengo, retrahere volunt pro tanto, juxta leges Fori, et Ordinautorum; legatarius dicit, non fore locum retractui, eo quia ipse habet partem in re ratione legali quinti honorum, et sic præferendus sit, ut in l. 74. in *Ord. Tauri*? Dic homines de genere præferendos: eo quia in talem legatarium non transit dominium recta via, cum sit legatarius quotæ honorum, ut est casus in l. *si quis bonorum* 23. D. de *legat.* 1. et ibi firmat Bart. et tenent communiter Doctores, licet aliud voluerit idem Bart. in l. *non amplius*, §. fin. eod. tit.

Et facit hoc ad aliam questionem: maritus emit fundum constante matrimonio, deinde illum vendidit cuidam extraneo; uxor ejus, vel consanguinei ejus nomine et pro ea volunt retrahere pro tanto ex remedio hujus legis: an possint? Doct. del Castillo in commento suo dictæ l. in *Ordin. Tauri* in gloss. magna ad finem movet istam questionem, et tenet, quòd sic, per quadam motiva satis levia. In contrarium tamen videtur: quia medietas questionum, quæ applicatur uxori, intelligitur deducto ære alieno; et sic non potest dici aliquid superlucratum, nisi ære alieno soluto: undè non potest dici, quòd recta via in uxorem transierit dominium, sicut et in legato quotæ bonorum, ut in dicta l. *si quis bonorum* 23. D. de *legat.* 1. quæ fuit ejus legis fundamentalis ratio; ut tradunt Bart. et alii in dicta l. *non amplius*, §. fin. et cum ante divisiones lucrorum sint resarcienda capitalia utriusque, viri scilicet et uxoris, quæ ad matrimonium deducta sunt; quousque id fiat, non potest perpendi, quid competat uxori, seu quæ pars ex rebus emptis per maritum: et sic militat ratio dict. l. *si quis bonorum*: quòd autem prius deduci debeant dicta capitalia, comprobat latè Montalv. in l. 1. tit. de *las ganancias*, qui est tertius in ordine, lib. 3. *Foro Leg.* in gloss. in parte de *por medio*, et practicatur de consuetudine, etiam si vir de suo capitali amiserit ludens, vel in alios malos usus consumens, ut tradit Roder. Suarez in rep. dict. l. *Fori*, fol. 23. col. 1. Veritas tamen hujus questionis pendet ex eo; an dominium acquiritorum constante matrimonio, transeat in uxorem statim quòd maritus emit, vel aliter acquisivit, etiamsi soli viro traditio facta sit: in qua questione varie sunt opiniones, nam Petrus de Ancha. consilio 102. incipit *contra dictam donationem*, col. 2. tenuit in consimili statuto dominium ipso jure non transire in uxorem; sed competere actionem pro socio ad communicandum: allegat l. *si quis societatem* 74. D. de *pro socio*, ubi etiamsi contracta sit societas omnium bonorum, tamen si postea socius proprio nomine aliquid acquirat, suum erit, licet competat actio socio ad communicandum: licet enim rebus corporalium quas socii omnium bonorum habent tempore contractæ societatis, in quemlibet eorum pro parte transeat dominium, et possessio absque aliqua traditione, ut in l. 1. in fin. cum

1. sequent. D. *pro socio*, et notat Azo *C. pro socio*, in summa; tamen in his, quæ postea acquiruntur, hoc non procedit, sed acquisitum taliter erit proprium illius socii qui acquisivit, sed tenebitur ad communicandum, ut in dict. l. *si quis societatem*. Eandem sententiam in terminis nostræ legis Fori tenuit Doctor. noster de Palac. Rub. in sua repet. cap. *per vestras*, in rubr. col. mihi 319. ubi allegat dicto consil. Petri de Ancha. et ponderat verbum legis Fori, dum dicit *habeant æqualiter ambo*, quia verbum *habeant* non significat ipso jure, ut notat Gloss. et Doctor. in cap. *si diligenti*, de foro compet. et in cap. unico, de sagittar. et in l. *criminali* 5. C. de jurisd. omnium jud. et quia sola universalis societas habet istam prærogativam, ut dixi; societas verò inter virum, et uxorem non est universalis societas, sed tantum lacri, et quæstus. Doctor etiam de Segura in tract. de bon. lucrat. fol. 19. col. 4. tenet eandem sententiam; nam licet in præcedenti col. dixerat, dominium statim uxori acquiri per l. 1. in fin. cum sequent. et ibi Bart. D. *pro socio*, in sequenti col. dicit, "vel si velimus dicere, quòd uxor in continenti cum bona acquiruntur, non habet aliquod dominium, donec dissoluta sit societas," per text. in l. *si quis societatem*, D. *pro socio*, etc. et sic videtur potius in istam sententiam se inclinare. Contrariam sententiam tenet idem Doct. de Palac. Rub. in dict. repet. in rubr. col. mihi 362, ubi dicit, quòd secundum aliquos bona acquisita constante matrimonio, eo ipso quòd ducuntur ad domum, efficiuntur communia, et dominium transit pro parte in ipsam uxorem, ut sentit Gloss. reputata singularis in dict. l. 1. §. fin. D. *pro socio*; et ibi ponderat ipse, ad hoc probandum, verba dictæ legis Fori, cum dicit, *habeant ambo æqualiter*, quòd verbum refertur, tam ad maritum, quam ad uxorem, et sic, quòd sicut statim marito acquiritur dominium, sic et uxori: et posset, ultra eum, dictum verbum aliter ponderari, scilicet, quòd istud verbum *habeant* denotat executionem actus, ut est text. et ibi Doct. in cap. *ex parte* 9. de sponsal. in quæstione illa *habebo te in uxorem*, etc. Rodericus Suarez in repet. dict. l. *Fori*, movet istam quæstionem, fol. 23. versic. *quæritur ulterius*, et postquam adduxit aliqua fundamenta ex prædictis, et etiam l. *Stili* 203, scilicet, quòd præsumantur à lege bona esse communia inter maritum, et uxorem, nisi alter probet, quòd sint sua, et quòd si vir, et uxor pariter in domo habitant, neque aliquis eorum potest de titulo ostendere, quilibet eorum intelligitur pro dimidia possidere, l. *si duo* 3. D. *uti possidetis*, Angel. in l. *qui jure*, D. *acquir. possess.* et sic, quòd ex quo communiter possident, satis dicitur intervenisse traditio in persona utriusque; tandem in nullam partem inclinatur, dicens, quæstionem esse satis dubiam, et maturius cogitandam, et quòd ipse non decidit, eò quòd tunc habebat de facto consulere.

Vides ergò in quæstione ista quanta sit dubietas, et varietas inter Doctores nostros: vides etiam, quòd nullus eorum advertit ad illud fundamentum, quòd supra adduxi de dict. l. *si quis bonorum*, scilicet, quòd in legato quorundam bonorum propter rationem, quam dixi, non transit dominium recta via; quòd fundamentum videtur præcipuum in ista materia.

Mihi verò placet opinio illa, quòd in ista societate, quæ est inter virum, et uxorem, licet non sit, omnium bonorum, sed tantum lucri, et quæstus, dominium rei acquisitæ per virum constante matrimonio, statim transeat in uxorem: et primo moveor per l. 47. tit. 28. *Part.* 3. ubi habetur, quòd si societas omnium bonorum quæsitorum, et quærendorum contrahatur, quòd necdum in jam quæsitis, sed etiam in his, quæ postea acquiruntur per quemlibet ex sociis, dominium statim transit pro parte in alterum socium; et licet illa lex loquatur, quando est contracta societas omnium bonorum, advertendum est, quòd in quærendis non movetur illa lex ex eo, quia fuit societas omnium bonorum; quia, ut dixi, etiam in tali societate in futuris lucris non transit dominium in socium, qui non contraxit, ut in dicta l. *si quis societatem*, 74. ubi Gloss. et Doct. et in dict. l. 1. §. fin. eod. tit. sed quia voluit illa lex, idem juris esse in societate universali contracta super quærendis, quale erat de jure antiquo in contracta super jam quæsitis. Cum ergò inter virum, et uxorem, sit socie-

tas universalis in quærendis, ut patet per LL. Regni, et probatur in cap. *cum societas*, 17. ubi Gloss. 27. quæst. 2. et in cap. *significavit* 2. de donation. *inter virum, et uxorem*, habebit locum in tali societate dispositio dictæ l. 47. in fine. Secundo moveor ex verbis l. *Stili* 203, incipit, *Commo quier*, ubi est scripta illa consuetudo Regni, quæ communiter est in observantia, quòd bona mariti, et uxoris præsumantur communia, alio non probato: ubi sunt hæc verba: *Pero la costumbre guardada es en contrario, que los bienes que han marido, y muger, que son de ambos por medio: pondero verbum sunt*, quòd est verbum substantivum, et de præsentis effectivum, ut in l. *his verbis* 48. in princ. D. de hered. instituend. et dicit Bald. in tractatu *schismatis* in rubr. C. *si quis aliquem testari prohib.* col. 4. quòd istud verbum substantiam rei perfectissimè includit, neque est aliud verbum ita substantivum in mundo, sicut, *sum, es, est*; et cum dicat de præsentis dicta l. *Stili*, *son*, non debet intelligi, quòd in futurum soluto matrimonio, erunt, argum. l. *qui adficiunt* 72. et ibi Paul. de Castr. D. de servit. urb. prædior. l. *si ita* 7. et ibi Bart. D. de auro, et argent. leg. 1. *si stipulatus fuerim* 76. §. 1. et ibi latè Jaso D. *verb. obligat.* l. *cum stipulamur* 125. eod. tit. et si tale verbum fuerat in statuto, in quo consuluit Petrus de Anchar. in dict. consil. 102. idem dixerat, quòd patet ex ejus verbis, cum dicit, *nam verba statuti dicunt, quòd sint communia inter ipsos, etc.* sed verbum *sint* est præsentis temporis subjunctivi, et non significat ipso jure, cap. *si diligenti* 12. de foro compet. et per Doctor. in l. in *criminali*, C. de jurisd. omni. jud. vides ergò, quòd si in statuto, de quo loquitur, fuerat istud verbum *sunt*, aliter consulisset. Tertio hoc probatur ex l. 14. tit. fin. lib. 3. *Foro Leg.* ubi habetur, quòd uxor potest conveniri ad debita contracta durante matrimonio; quòd non est ex alio, nisi ratione lucrorum, quæ lex eidem communicavit, l. *secundum naturam* 10. D. de regul. jur. et ex eo, quòd lex ipso jure communicavit, vult, quòd ipso jure teneatur ad debita: et facit ad idem l. 60. in *Ord. Tauri*, quæ liberat mulierem ab hoc onere, ita demùm si renuntiaverit lucris habitis constante matrimonio; et sic vult, opus esse renuntiatione, ut lucra ipso jure communicata perdantur: neque obstat, si quis diceret, quòd imò ex illa l. 60. probatur uxori non fuisse acquisitum dominium; quia si id esset, sola renuntiatione non perderetur dominium, ut in l. *si quis vi* 17. §. *differentia*, D. de acquir. posses. respondetur, illud non obstat, cum procedat in dominio acquisito de jure gentium, mediante traditione; tunc enim possessionem non dimittendo, non potest periri sola voluntate, seu renuntiatione; hic verò tractamus de dominio ipso jure communicato per legem, quòd lex voluit revocabiliter acquiri, sicut dicimus in dominio, quòd per legem acquiritur legato, l. *si tibi homo* 86. §. *cum servus*, D. de legat. 1. Non obstat, quòd objiciebatur de l. *si quis honorum*, D. de legat. 1. quia diversum est in legato bonorum ab acquisitione istorum lucrorum, cum bona intelligantur deducto ære alieno; hic non, imò ipsa uxor tenetur pro parte ad ære alienum, et posset solvere capitale viri, et retinere sibi lucra. Advertendum tamen est, quòd licet ipso jure sibi acquiratur dominium, et possessio, non tamen acquiritur cum effecta, nisi soluto matrimonio, et sic finita societate, cum matrimonio constante non sint lucra, sed debet inspicere tempus, quo dissolvitur societas, et sic tempus dissoluti matrimonii: nam de jure non potest agi ad divisionem lucrorum, nisi societas soluta, ut habetur, D. *pro socio*, per plures II. et ita practicatur, ut et attestatur Roder. Suarez ubi supra, subdens notabiliter ad decisionem quæstionis principalis, de qua per dictum glossatorem II. *Tauri*, quòd mulier, donec solvatur matrimonium, non potest agere, neque petere aliquid ex lucris; præsertim cum constante matrimonio, administratio acquisitorum, et eorum alienatio principaliter resideat in persona mariti, per l. de *Nieva* fin. tit. 4. lib. 5. *Ordin. Regal.* et per l. *Stili* 205, et sic patet non esse veram decisionem dicti glossatoris, et clarius patet, quia aut maritus vendidit, et tradidit fundum, constante matrimonio acquisitum; et tunc cum sit translatum dominium in emptorem in toto fundo, non potest uxor dicere se consortem: aut tantum vendidit, et non tradidit; et

qualquier dellos puede vender la su parte (3), maguer la cosa non sea partida. E puedele vender (4) a qualquier de los que han en ella

parte (5), o a otro estraño (6). Pero si alguno de los que han parte en la cosa, quisieren dar tanto por ella (7), como el estraño, esse la de-

cum sit præcisè obligatus ad tradendum, cum possit tradere, et alienare etiam partem uxoris, et habeat facultatem rei tradendæ, juxta notata per Gloss. in §. *pretium*, *Instit. de empt. et vend.* in verbo *tradatur*, et per Bart. in l. 1. *D. de action. empt.* col. 4. non poterit uxor, volens retrahere, impedire maritum habentem à lege potestatem tradendi, et vendendi.

(3) *La su parte.* Ut *C. de com. rerum alien.* per totum.

(4) *Vender.* Non est assumendum hoc verbum, ita latè, quòd comprehendat quamcumque alienationem, prout aliàs habetur in l. *statuliberi à cæteris* 29. §. *Quintus*, *D. de statuliber.* et dixi suprà cod. l. 43. sed cum non sit materia favorabilis, ut in l. *dudum* 14. *C. de contrah. empt.* restringendum est ad venditionem propriè sumptam. Unde dicebat Alber. in dict. §. *Quintus*, speciale ibi esse favore libertatis, sed de proprio, et stricto vocabulo, emptionis verbum non est ita largum, ut in dict. §. dicitur, sed strictius, et ibi notat Gloss. ex quo infert ad quæstionem consimilem huic nostræ, si de statuto, vel consuetudine proximior possit retrahere rem venditam à consanguineo suo, quòd procedit in venditione propriè sumpta, non in cæteris alienationibus; et in hoc residet post Albertum, et Odofred. qui hoc tenuerunt, in disputatione sua incipienti in *aliqua Provincia*, quam refert Joan. Andr. in addit. ad *Spec. tit. de empt. et vendit.* §. *nunc dicendum*, el 2. col. 4. in addit. super parte *quemadmodum*, ubi *Spec.* in vers. *sed pone statutum est*, dicit, quòd tale statutum non habebit locum in datione in solutum: et idem videtur dicendum in ista lege, quòd consors non admittatur ad retrahendum rem datam in solutum. Quod intellige, quando daretur in solutum à iudice; secus si ab ipsa parte, secundum Alber. in prima parte *statutorum*, secunda parte, q. 2. per l. *sed si pecunia*, 3. §. *pignori*, *D. de rebus eorum*, et l. *alienationes* 13. *D. fam. mil. excisc.* l. *cum fidei hæredis* 9. *D. de fideicom. libertat.* et tenet etiam Joan. de Plat. in l. 1. *C. de fundis patrim.* lib. 11. ubi et in datione in solutum iudicialia intelligit, cessante fraude collusionis: hoc idem tenet Roman. consil. 107. Alexand. consil. 52, vol. 1. et tradit latè Andr. Tiraq. in tract. suo de *utroque retractu* in: gloss. 14. num. 8. cum sequent. Et advertet, quòd datio in solutum à iudice, quæ necessaria dicitur, est quando factis substationibus adjudicatur per iudicem creditori; si tamen alteri adjudicetur, id non est datio in solutum, sed mera venditio, l. *ordo* 3. *C. de execut. rei judic.* Bald. consil. 360. vol. 1. Intellige etiam, et limita, nisi daretur in solutum pro pecunia debita, nam tunc idem esset dicendum, quod in venditione; si verò daretur in solutum alterius speciei debite, nihil esset, quod ad venditionem pertineret, Gloss. Cin. Bart. et alii in l. *libera*, *C. de sentent.* Gloss. et ibi Bart. in l. *si quis aliam*, *D. de solution.* nisi tunc daretur res immobilis pro mobili, quia per dictum tunc esset, ac si daretur pro pecunia, ut latè tradit dicitus Andreas, quem vide in dict. gloss. 14. num. 40. cum sequenti. Neque etiam procederet dispositio hujus legis in permutatione, sicut neque in retractu, qui fit à proximiori, ut in dict. l. *Fori*, ubi vide Gloss. cum enim hic caveatur de redditione pretii, quod non potest habere locum in vera permutatione, ideò neque habebit locum hujus legis dispositio l. 4. §. *tobians*, *D. de damn. infect.* nam istud verbum *pretium* propriè ad venditionem refertur, l. fin. *C. de prædiis decur.* lib. 10. ubi Joan. de Plat. in terminis hujus quæstionis dicit, quod qui præfertur in emendo, non præfertur in permutando, Quid tamen si pro re immobili daretur mobilis: vide quæ dixi suprà ead. gloss. An autem habeat locum in transactione, si ex causa transactionis res dimittantur penes possessorem aliquo pretio recepto vel dato à possidente? Vide Andr. Tiraq. in dict. tract. in dict. gloss. 14. num. 60. cum sequent. et vide in eadem Gloss. quid in locatione ad longum tempus, num. 79. cum sequent. ubi etiam vide plures quæstiones attinentes huic materiæ: et vide Decium consil. 282. ad fin. de locatione ad longum tempus.

(5) *Que han en ella parte.* Poterit ergò vendere uni ex consortibus, licet ille minorem partem habeat, ut hic patet: quia etiam ratione minimæ partis quis dicitur consors, ut in l. 1. *C. de commun. seruo manum.* ubi Bald. notat, et infert ad statutum Florentinum, quo cavetur, quòd domus non possit alienari extra consortes; nam si sunt tres consortes, vel plures etiam ei, qui habet millesimam partem, potest alienari, non obstante, quòd sit alius consors habens majorem partem, quod dicit menti tenendum: hæc enim lex privilegat consortes condominos contra extraneos; ergò non inter se, *D. de minor.* l. *si minor* 34. ubi melior est conditio conventi in privilegii paritate. In contrarium tamen facit l. fin. *C. de agric. et mancip.* lib. 11. ubi habetur, quòd fundus patrimonialis Principis non debet vendi uni tantum colonorum suorum, sed pluribus debet vendi, ut materia seditionum tollatur: quia de natura rusticorum est, cum ditantur, superbire, et se in elationem extollere: et Joan. de Plat. ibi inducit illam legem in argumentum, quòd si res communis vendatur, potius debet vendi omnibus consortibus, et sociis, quam uni soli, ne molestus sit aliis; Lucas tamen de Penna ibi aliter intelligit illam legem, scilicet, quòd si aliquis ex colonis Imperatoris vult vendere prædium suum (quod tamen est de patrimonio Principis in directo dominio) requirendi sunt alii, qui sunt de simile origine, seu jure, neque est vendendus alicui, qui suis consortibus præsumatur existere gravis, et molestus: et secundum intellectum istum non obstat dic. l. sed fortè ex illa poterit limitari ista, scilicet, quòd si sit casus, in quo pars rei communis vendatur alicui ex consortibus, qui posset esse aliis rixosus, et molestus, si haberet magnam partem rei, quòd tunc admittantur consortes ad retractum, ac si venditum esset extraneo, ut saltim pro partibus, quas quilibet habet, concurrant in tali venditione; quod est benè notandum, et benè faciunt ea, quæ de socio rixoso notantur in l. *si conveniret* 14. *D. pro socio.*

(6) *O a otro estraño.* Adde l. *falso* 3. *C. de commun. rerum alienat.* et l. 1. *C. commun. divid.* valeret tamen statutum, quod non liceret vendere extraneo, nisi prius requisito consorte, ut in l. *dudum*, 14. et ibi Salicet. *C. de contrah. emp.* l. 1. et ibi Joan. de Plat. *C. non licere habit. metro.* lib. 11. et Bald. in l. prima, 1. notabili, *C. commun. divid.* licet Angel. in dict. l. *dudum*, per illam legem dicat talia statuta esse iniqua: quia illa lex loquitur, quando statutum omnino removeret extraneos; sed talia statuta non remouent, sed disponunt prius requiri consortem, et præferri in emptione, et tale statutum valet, ut in ista lege probatur.

(7) *Tanto por ella.* Sive pretium sit excessivum, et ultra justum valorem rei, sive non: quia venditor debet conservari indemnis, l. *ad officium* 3. *C. commun. divid.* et in authent. *hoc jus porrectum*, *C. de Sacros. Eccles.* l. *in fundo* 38. *D. de rei vendit.* ubi justum pretium dicitur, quod habiturus erat possessor; et res tantum valet, quanti vendi potest, l. *si servus furtivus* 14. in princ. et ibi Gloss. allegat concordantias, *D. de conditione furtiva*, et ita determinat Joannes Andreas in addition. ad *Specul. tit. de emption. et vendit.* §. *nunc dicendum* el 2. col. 6. et 7. et sequitur Bald. in l. 2. ult. quæst. *C. de rescind. vendit.* et probatur in l. fin. *C. de jure emphyt.* ibi, *et tantum præstare quantitatem, quantum ipse... ab alio recipere potest*, et tenet Joan. de Imol. in l. *qui Roma*, §. *coheredes*, *D. verb. obligat.* Fabian. de Monte in tractatu de *emption. et vendit.* 3. quæst. principalis quæstionis 20. Et quid si res vendatur certo pretio, et donetur, quod pluris est, an consors debeat reddere non tantum pretium conventam, sed et illud, quod donatum est? Dic, quòd non debet attendi illa communis clausula, quæ in venditione solet apponi, et quòd plus est *donavit*, quæ potius de consuetudine, et stilo notariorum ponitur, quam ut afferat aliquid momenti, ut dicit Angelus in l. 2. *C. de rescind. vendit.* si tamen aliàs appareret de mente venditoris, et ex affectione, et ex aliis con-

ue auer (8) ante que el estraño. E la vendida del estraño se deve entender que puede ser fecha, ante que sean entrados en pleyto (9), de la parte. Ca si el pleyto fuesse ya començado en juyzio para partirla, entonce non la podria vender al estraño, fasta que fuesse partida; fueras ende, con otorgamiento de los otros compañeros.

LEY LVI.

Del ome que por miedo, o por fuerça compra, o vende alguna cosa, por menos del justo precio.

Por miedo, o por fuerça comprando, o

jecturis, quòd aliquam partem justì prelii donavit, teneretur retrahens ad illud etiam solvendum, ut pulchrè hoc tradit Carolus Molinæus in *consuetudinibus Parisiensis*, tit. 1. §. 13. in gloss. 5. quæst. 12. et Fabian. de Monte in suo tractatu de *emptiõ. et vendit.* dicta octava quæst. principali, 4. quæst. et Andreas Tiraq. in libro suo de *utroque retractu*, fol. 140. num. 11. cum sequent. in fol. 141.

(8) *Deve auer.* Hoc de stricto jure communi non erat ita expressum; imò liberum erat in potestate alienantis alienare, in extraneum, vel consortem: sed de æquitate consors debet preferri, si velit tantum dare, quantum alius, secundum Baldum in dicta l. 2. *C. de commun. rerum alienat.* allegat l. *neesse autem*, D. de *in diem addition.* et l. 1. D. de *privileg. creditor.* quæ tamen leges hoc non probant in specie: et dicebat Fabian. de Monte in suo tractatu de *emptiõ. et vendit.* referens Guiliel. de Cugneo in l. 1. D. de *privileg. credit.* quòd cæteris paribus, potius tenetur quis vendere vicino, et quòd alias possit appellari: facit l. *quicumque* 7. *C. de omni agro desert.* lib. 11. et dicit etiam Fabianus ubi supra in tertia quæst. principali, quæst. 20. referre ista Modern. in l. *si mihi*, D. de *verbor. oblig.* quia interest nostra non habere malos vicinos, ut in l. fin. *C. de pactis inter emptor. et vendit.* et confines fundos etiam supra justam æstimationem interest nostra interdum habere, l. *si cui fundus* 34. D. de *legat.* 2. super hoc etiam facta fuit quædam lex à Frederico Imperatore, Rege Sicilia, quam ad litteram ponit Matthæus de Afflictis in suo tractatu de *jure profanomiscis*, quæ tamen non servatur in istis Regnis, neque hoc jus retractus ex vicinitate datur in isto Regno, neque aliqua lege Regni cavetur, neque etiam per leges juris communis dictum Guilielm. fundatur in specie dicti sui. Tene ergò menti istam legem decidentem, locum habere retractum ratione communionis rei venditæ: et debet in isto retractu jure communionis servari omne illud, quod servari debet in retractu jure consanguinitatis, juxta ll. *Parì*, et *Ordin. de Nivæa*: et omnia in illo retractu statuta in oblatione, et consignatione pretii, et cæteris diligentis, et observatione termini novem dierum, et aliis, habent locum in isto retractu, ut habetur in l. 75. in *Ordin. Tauri*, ubi per glossatores reperies aliquas quæstiones in materia hujus legis, et per Matthæum de Afflictis in dicto suo tractatu. Quid autem si extraneus, cui est res vendita, sit Clericus, vel Ecclesia? Dic, quòd adhuc habebit locum ista lex, ut est textus notabilis, et ibi Abbas *quinto notabili*, in cap. *constitutos* 8. de *in integr. restitut.* hoc enim privilegium etiam Clericis potest competere, ut tradit Decius consil. 282. ad finem, et in propriis terminis nostræ legis tenet Alexand. consil. 143. incipit *viso statuto Mediolanensi*, vol. 7. ergò et contra Clericos procedet hujus legis dispositio. Sed quid si tu, et ego habebamus rem communem, tu vendidisti partem tuam Titio, me irrequisito, postea ego vendidi partem meam Sempronio, Titio irrequisito, et cessi sibi jus, quod habebam ex forma hujus legis contra Titium, ut mihi revenderet: Titius nunc agit contra Sempronium, qui à me emit, dicens, quòd emptio sua fuit eo irrequisito, et vult habere pro eodem pretio par-

vendiendo algun ome alguna cosa, non deve valer; ante dezimos, que deve ser desfacha (1) la compra, si fuer prouado, que la fuerça, o el miedo fue atal (2), que lo ouo de fazer maguer le pesasse. E como quier que la vendida fuesse fecha por jura, o por peño, o por fiadura, o por pena, que fuesse y puesta, non deve valer. Ca despues que la vendida, o la compra, que es el principal, non vale (3), non deuen valer la otras cosas que fuesseu puestas por razon della. Otrosi dezimos, que se puede desfazer la vendida que fue fecha por menos de la meytad (4) del derecho precio, que pudiera valer en la sazõ que la

Leyes
1.º 2.
tit. 11.
libr. 5
Recop.

tem, quam ego vendidi Sempronio: Sempronius verò ex jure cesso pretendit sibi competere jus retrahendi partem, quam emit Titius: queritur quis preferatur? Quæstionem istam movet Paulus de Castro in l. *apud antiquos* in fine, *C. de furtis*, et concludit, preferendum Sempronium agentem ex jure cesso: vide ibi per eum. Nota etiam, quòd ex verbis hujus legis, cum dicit, *esse la deve auer*, etc. comprobatur illud, quod consuluit idem Paulus de Castro consil. 221. incipit *in hoc passu*, vol. 1. quòd et si sint plures consortes, et unus tantum petat revenditionem partis factam extraneo, quòd ille solus admittetur in solidum, et non pro parte sua tantum: est enim istud jus revendendi individuum, quia continet rem tradi, quod est individuum, l. *stipulationes non dividuntur* 72. D. de *verb. oblig.* et notat Bartolus in l. *cui usufructus*, D. de *usufruct. legat.* non enim nisi in solidum petere potuisset, l. *quod autem* 11. §. fin. cum l. sequent. D. de *in diem addition.* Et advertit, quòd extrahens rem ratione communionis, vel proximitatis, tenebitur refundere omnes expensas, quas fecit in re is à quo retrahitur, vide per Alber. loquentem in casu, cum jure proximitatis retrahitur, in l. *intra utile*, §. 1. D. de *minor.* et ibi, quid si protestetur, quòd non faciat tales expensas.

(9) *Pleyto.* Id est, lis sit contestata, ut in l. 1. in fin. *C. commun. divid.* à qua ista lex sumpta est.

LEX LVI.

Rescinditur venditio, si fuit facta per vim, vel metum, hoc verè probato; nec etiam valent accessoria ad firmitatem posita, etiam juramento firmata. Item rescinditur, si fuit deceptus ultra dimidium justì pretii; nisi ad verum pretium reduceretur, vel nisi res sit perditã, vel deteriorata, aut per majorem 14. annis juramento firmata: si tamen fuit deceptus minor 14. annorum, etiamsi juret, rescinditur contractus. Hoc dicit.

(1) *Desfacha.* Adde l. 1. *C. de rescind. vend.* et l. *si vi, vel metu* 3. et l. *si per vim* 4. *C. de his, quæ vi, metusve caus. fiunt*: et dicit *desfacha*, quia contractus tenet, licet rescindatur per actionem quod *metus causa*, ut notat Glos. in dicta l. 1.

(2) *Atal.* Id est, talis, qui caderet in constantem virum; et qualis sit iste, declaratur benè in l. 7. tit. pen. *Partit.* 7.

(3) *Principal, non vale.* Adde l. *non dubium* 5. *C. de legib.* et l. *cum principalis* 178. D. de *reg. jur.* et l. *Seias*, et *Agrius* 27. D. ad *Leg. Falcid.* in eo tamen, quod hic dicitur de juramento, intellige preta absolutione, ut dixi in fin. tit. 11. *Part.* 3. et per Innoc. in cap. *venerabilem, de election.* et in cap. *ad aures*, quod *metus caus.* et per Paul. de Castre. in authent. *sacramenta puberum*, col. 1. in fin. *C. si adversus vendit.*

(4) *Menos de la meytad.* Adde l. 2. et l. *si voluntate* 8. *C. de rescind. vend.* et cap. *cum dilecti* 3. et cap. *cum causa* 6. de *empt. et vend.* et l. 4. tit. 7. lib. 5. *Ordin. Regal.* quæ extendit dispositionem hujus legis, et illius, ad con-

fizieron (5). E si el vendedor esto pudiere probar (6), puede demandar al comprador, quel cumpla (7), sobre aquello que au'a dado por ella, tanto quanto la cosa estonce podria va-

ler segund derecho. E si esto non quisiere fazer el comprador, deve desamparar la cosa (8) al vendedor, e recibir del el precio que auia dado por ella. E por menos del de-

tractum locationis, et permutationis, et ad alios similes, et si interveniat publica subhastatio, et restringit terminum petendi usque ad quadriennium à die contractus: adde Spec. tit. de emption. et vendit. §. nunc dicendum est, col. 4. et in tit. de locato, §. nunc aliqua, versic. 90, ubi et quid in feudi, vel emphyteosis concessione. Et habet etiam locum ista lex, secundum Alberic. in dict. l. 2. in datione in solutam, et habetur in l. si quos 16. C. eod. tit. quod limita, ut in casu l. 5. tit. 7. lib. 5. Ordin. Regal. vide Bald. in l. ordo in fin. l. col. C. de execut. rei judic. habet etiam locum in contractibus innominatis, Gloss. in l. si olei, C. de locat. et in contractibus stricti juris, tam per viam exceptionis, quam actionis, secundum Alber. Bald. et Salic. in dict. l. 2. et in transactione vide per Gloss. l. Lucius, §. fin. et ibi Bart. D. ad Trebel. Quid tamen in deceptione aestimationis rei datæ in dotem? Vide l. 16. tit. 11. Part. 4. et quæ ibi dixi. Habet etiam locum in nimia constitutione dotis, secundum Gloss. in l. si ex causa, §. in dotis, D. de minor. et tunc non debet concludi in libello alternative, videlicet vel quòd dos reducatur ad justam mensuram, vel quòd ex toto discedatur à contracta dotis; sed tantum, quòd dos reducatur ad justam mensuram, secundum Bald. novel. in tractat. de dote, fol. 20. col. 1. versic. et hoc erit quadragesimum secundum privilegium. Au autem remedium hujus legis habeat locum, si interveniat ista deceptio in permutatione beneficiorum, Calderinus voluit, quòd sic, in tit. de rerum permutatione, consil. 4. incipit duo Canonici. Decius tamen consil. 210, viso puncto ad finem, 2. col. intelligit dictum Calderini, quando ex tali permutatione Ecclesia fuisset decepta ultra dimidium justæ aestimationis; secus si tantum esset deceptio inter personas permutantium; nam tunc, secundum eum, propter solam inæqualitatem, etiam data enormi læsione, non deberet vitari permutatio: vide ibi per eum; et quid si procurator vendit, vide Gloss. in l. qui fundum, §. procurator, D. pro empt. et quod notat Abb. in cap. cum causam, de empt. et vendit. versic. 2. oppono, col. 2.

Pro limitatione istius textus nota quòd non procedit, neque potest allegari ista deceptio in contractu locationis gabellarum, ut in l. 143. in Quaterno gabellarum; non tamen per illam legem videtur tolli beneficium restitutionis, Gloss. in l. postquam liti, C. de pactis, et per Bald. in l. 1. C. si adversus fiscum. Quid autem si res quæ valebat 100. vendita fuit pro 10. eo pacto, ut si in Paschate non solverentur, adimpleretur justum pretium? an tunc sit locus remedio hujus legis? Bald. in cap. 1. qualiter dominus propriet. feud. priet. dicit, quòd non, quia sufficit provisio contrahentium. Questionem etiam pulchram similem huic ponit Odofred. et refert Alberic. in dict. l. 2. col. 4. versic. item quarit, de eo qui vendidit rem valentem 10. pro quatuor, pacto apposito, ut venditore solvente, dicta quatuor usque ad annum, emptor teneatur rem sibi restituere; modo venditor non solvit dicta quatuor infra terminum: numquid eo elapso poterit uti beneficio hujus legis, et dictæ l. 2. et tenet, quòd sic, quia ex pacto non videtur renuntiasse beneficio hujus legis; sicuti è converso quis potest uti speciali beneficio, licet remiserit jus commune, ut in l. 1. C. de legit. hæred. et licet hæc duo dicta videantur compugnare; tamen dictum Baldi procedit ex eo, quia venditor scivit pretium conventum non esse justum, et nihilominus vendidit; in secundo verò dicto Odofredi, et Alberici non constat, quòd hoc scivit: scienti enim justum pretium, et rem vendenti viliori, non competit hoc remedium, ut notat Azo C. de rescind. vendit. in summa, ibi scienti enim, etc. l. 1. D. de action. empt. et regul. scienti 27. de regul. jur. in 6. Sed nonne quilibet præsumitur scire valorem rei suæ, ut in l. quisquis 15. C. de rescind. vend? namquam ergò habere poterit locum remedium hujus legis. Sed dic, quòd ubi quis paulo vilius vendit, præsumitur, quòd sciverit pretium rei, et ita procedit l. quisquis, ut ibi patet; sed ubi

multo vilius, ita quòd enormis læsio sequeretur, ignorare præsumitur, argumento l. cum de inlebito 25. D. de probat. et tenet Salic. in dict. l. 2. in fin. post Petr. et Cin. et Nicol. de Mattha: debet ergò secundum eum, error in libello narrari, licet non sit necesse probari. Et nota, quòd si contractus venditionis esset confirmatus per judicem, non posset agi remedio hujus legis, ut in l. 1. et ibi Bart. et Joann. de Plat. C. de præditi Decurion. lib. 10. et idem Plat. in l. si quos, C. de Decurion. eod. lib. quod intellige, quando decretum fieret cum causæ cognitione, et ita exprimitur in eo, et non esset interpositam ex falsa causa, ut in l. cum vero 26. §. subventum 7. D. de fideicom. libert. et tradit Decius cons. 351. col. fin.

(5) En la sazón que la fizieron. Adde l. si voluntate 8. C. de rescind. vendit. et cap. cum causa 6. de empt. et vendit. Gloss. in cap. cum dilecti, eod. tit. et cap. cum causam 42. et ibi Gloss. de testibus, et text. in l. non intelligitur 3. §. Dicit fratres 5. et ibi Bart. D. de jure fisci. Sed quid si per testes probatur, quòd per annum antè res tantum valebat? namquid per hoc illativè concludant de tempore contractus? Bald. post Jacob. de Rav. in dict. l. 2. col. pen. dicit probari ex hoc præsumtivè: nam in brevi tempore, per locum à communiter accidentibus, non contingit mutatio notabilis quantitatis in stabilibus, nisi aliud probaretur; quia sæpè per guerras, et alias hominum passiones in brevi tempore fiunt magnæ mutationes; undè judex debet super hoc arbitrari. Albericus ibi col. 5. vult, quòd imò probatio non concludat; sed debeat probari de tempore contractus: opinionem tamen Jacobi tenet Cin. in authent. sed quævis, C. de rei uxor. action. Salic. in dict. l. 2. col. antepen. et satis mihi placet ita, quòd hoc resideat in judicis arbitrio.

(6) Pudiere probar. Hoc qualiter probetur, ponit Glos. magn. in dict. l. 2. in fin. C. de rescind. vend. et ibi Bart. Bald. Angel. et Salic. et per Joan. de Plat. in l. fin. C. de præditi, et omnib. reb. nacular. lib. 11. et in brevi tempore non præsumitur mutatio valoris, vide l. fin. tit. 25. 2. Part. Bald. ubi suprà col. pen. versic. pone quidam: et ad id, quòd tradunt, an probetur ex instrumentis veterum venditionum, adde Bald. in l. unica, col. final. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest, et Alexand. cons. 28. col. 2. vol. 5. et fundus civitati propinquus carius aestimatur, secundum Bald. in l. si quis argentum, in princ. C. de donation. et l. si cui fundus 54. D. de legat. 2. Et adverte benè, quòd res debet aestimari cum qualitatis suis, l. 1. §. si hæres, D. ad Trebel. l. cum de mortis 4. in fin. C. de donation. caus. mort. et dicit Bartol. in dict. §. si hæres, quòd sis cautus, quando tractatur ista materia, quòd consideres personam venditoris, si erat implicitus debitis, vel si dedit fidejussorem, vel non; ut ex hoc possis concludere, quòd talis res non reperisset emptorem tantæ quantitatis; et idem dicit in similibus qualitibus rerum, quæ habent augere, vel diminuire pretium: adde etiam ea, quæ notantur in cap. ad nostram 5. de empt. et vend. Et testes deponentes super valore rei, etsi non interrogentur; debent reddere rationem dicti sui, Bald. in l. fin. C. de jure domin. impetr.

(7) Quel cumpla. Ex hac lege colliges formam libelli, et ponit Ang. in dict. l. 2. in fin. et vide per Speculat. tit. de emption. et vendit. §. nunc dicendum, versic. ubi autem quis in venditione. Et probatur ex ista lege, quòd licet in libello, non fiat mentio de beneficio rei, sed tantum agatur ad suppleendum pretium, libellus tenet, et adde l. pater 7. D. quod cum eo, et Bald. in dict. l. 2. col. 9. et tene hoc menti, quia Abbas post Doctores alios voluit contrarium in cap. cum dilecti, de empt. et vendit. ubi vide text. Quid autem si primus emptor alienavit in aliam, contra quem agatur, vide per Bald. in dict. l. 2. col. 8. et Salic. col. 5. et Alex. cons. 92. vol. 1. col. 3.

(8) Desampar la cosa. Sed an cum hoc eligit emptor,

recho precio podria ser fecha la vendida, quando de la cosa que vale diez maravedis, fue fecha por menos de cinco maravedis. Otrosi dezimos, que si el comprador pudiere pro-uar, que dio por la cosa mas de la mitad del derecho precio, que pudiera valer en aquella sazón que la compro, que puede demandar se desfaga la compra, o que baxe el precio, tanto quanto es aquello que demas dio. E esto sería, como si la cosa que valiesse diez maravedis, que diesse por ella mas de quinze (9). Esto dezimos que puede fazer, e demandar el vendedor, o

el comprador, non seyendo la cosa que se vendio perdida, nin muerta (10), nin mucho empeorada; ca si alguna destas cosas le acaes- ciese, non podria despues fazer tal demanda. Otrosi dezimos, que si el comprador, o el ven- dedor, jurare, quando fiziere la compra, o la vendida, que maguer la cosa valiesse mas (11), o menos, que nunca pudiesse demandar, que fuesse desatada la vendida; si fuere mayor de catorze años (12) el que vendio, quando la jura fizo, deve ser guardada la jura: e non se puede desatar entonce la compra, nin la ven-

teneatur etiam fructus restituere? Videtur, quòd non, cum hæc lex, et etiam l. 2. *C. de rescind. vend.* tantum dicant de re; et fructus debeat lucrificare, cum eos titulo perceperit. Alberic. movet istam questionem in dict. l. 2. col. 4. et non decidit, sed remittit se ad Rofredum in titulo de *actione quanto minoris*, versic. *item quaritur, utrum debeat restitui fundus cum fructibus*; et videtur de mente Bald. in dict. l. 2. quæst. 1. quòd non veniant fructus in ista actione, quòd et voluit Fabian. de Monte S. Sabini in suo tractatu de *emtion. et vend.* 8. quæst. principali, col. pen. versic. 8. ad finem. Videtur dicendum, quòd cum ista lex velit contractam istum, ubi tanta læsio, seu deceptio intervenit, reduci ad æqualitatem, quòd teneatur restituere fructus pro parte pretii, in qua venditor fuit deceptus; et similiter in casu, in quo potius velit supplere justum pretium, tenebitur etiam ad interesse pretii, quod non dedit, argum. eorum, quæ habentur, et notantur in l. *usuras* 2. *C. de usur.* et in l. *curabit* 5. *C. de action. empt.* et in l. *Julianus* 13. §. *ex vendito* 19. et seq. D. eod. l. 1. §. 1. et l. *facta redhibitione* 60. D. de *adit. edicto*, quod bene nota in practica: facit etiam, quia quando res restituitur ex beneficio hujus legis, omnia in pristinum statum reducantur ad instar restitutionis minoris, ut in l. *quod si minor* 24. §. 4. versic. *restitutio*, D. de *minor.* Post hæc scripta habui ad manus Summam Rofredi Benaventani, quem refert Alberic. qui idem tenet in effectu, scilicet, quod si eligat restituere fundum, quod restituat cum fructibus, et recipiat pretium, quod dedit, cum interesse quod in regione frequentatur, argum. D. de *usuris*, l. *videamus*, et l. pen. D. de *verb. signific.* quia secundum eum, verbum *restituere* plenam habet significationem, etiam fructuum, et accessio- num, etc. argum. l. *curabit* 5. *C. de action. empt.* et dict. §. *ex vendito* 19. dictæ l. *Julianus*; D. de *action. empt.* et l. *emptor* 65. D. de *rei vendit.* Post hæc etiam reperi Bart. Cæpol. in suo tractatu de *simulatione contractuum* in primo casu principali, col. fin. ubi vult contrarium, imò, quod neque de jure Civili, vel Canonico fructus sint restituendi, rescissa venditione ex remedio dictæ l. 2. dicens, quod non meminit se legisse jure cautum; imò, quod dicta l. 2. videtur probare contrarium, ex quo solum providet, quod sit in elatione lædentis, vel rescindere contractum, vel supplere justum pretium; et cum tenuerit ipso jure venditio, et sic emptor perceperit fructus rei suæ, eos restituere non tenetur; et subdit, quod facit ad hoc, quod notat Bald. in cap. 1. de *feud. dat. in vicem leg. commissor.* et Anton. in cap. *ad nostram* circa medium, ibi *sed veniente tempore, de empt. et vendit.* et subdit etiam, quod in foro animæ bene credit, quod emptor teneatur restituere fructus, vel in sortem computare pro eo minori pretio, quo res fuerat vendita, vel distracta. Tu verò tene, quod dixi, etiam in foro contentioso; quia habet maximam æquitatem, et fulcitur auctoritate Rofredi, et Alberici, qui transit cum eo, et vult etiam Salicet. in dict. l. 2. num. 5. et facit optimus text. in l. *majoribus* 3. *C. commun. utriusque judic.* et fundamenta Cæpolæ non urgent in contrarium. Et ex hoc etiam inferitur, quod si emptor tempore quo rem tenuit eam hypothecavit, quod tenebitur ad interesse, vel ut rem liberet ab hypotheca, nam tenet hypotheca, ut latè tradit

Alber. in dict. l. 2. col. 4. versic. *item quæro*, post Thomam de Piperata, et Bart. in l. *si res*, D. *quibus mod. pign. vel hypoth. solo.* de quo vide Bald. in dict. l. 2. col. 7. versic. *juncta hoc quaritur*, et Joan. Andr. in addition. ad *Spec.* in rubric. de *obligatione, et solutione*, col. 2. et infrà eod. l. fin. ubi vide omninò, quia illa lex non vult tenere hypothecam. Adverte etiam, quod si emptor fuisset in mala fide, inducendo vendentem, ut venderet minus justo pretio, tunc præcisè tenetur rem restituere, neque posset supplere justum pretium, ut est text. juncta Gloss. in l. pen. *C. si vendit. pign. agatur*, et per Paul. de Cast. in dict. l. 2. in princ.

(9) *Mas de quinze.* Approbat opinionem Azon. in summa, *C. de rescind. vend.* et Gloss. et Innoc. in cap. *cum causam, de emtion. et vendit.* et Gloss. in dict. l. 2. reprobata opinione R. et Cyn. in dict. l. 2. vide quæ dixi in l. 16. tit. 11. *Part. 4.*

(10) *Perdida, nin muerta.* Approbat opinionem Azon. *C. eod.* in summa, et Glos. in dict. l. 2. reprobata opinione Guidonis, et Bart. Beixien. qui tenuerunt, periculum spectare ad emptorem, ex quo venditio fuit perfecta; et quod sic adhuc venditor possit consequi supplementum justii pretii, et tenebat etiam Alberic. in dict. l. 2. col. 3. dicens, hanc esse opinionem veriore, et justiore; opinionem tamen Azon. quæ hic approbatur, dicit Salicet. communem in dict. l. 2. q. 14. et q. 19. Et adverte, quia Glos. et Doct. in hoc loquuntur in casu, quo venditor fuit deceptus: ista lex Partitarum disponit etiam eo casu, quo emptor fuit deceptus; in quo est majus dubium ex eo, quod venditori remanet needum pretium justum, verum et quod excedebat à pretio justo, ita quod venditor in isto casu est in lucro, et sine damno; et videbatur æquum, quod saltem ad pretium excessivum teneretur etiam re perempta. In casu verò, quo emptor fuit deceptus, uterque remanebat in damno re perempta, undè multum nota istam legem Partitarum, idem disponentem in emptore decepto, quod in venditore.

(11) *Maguer la cosa valiesse mas.* Quid si non jurasset isto modo, sed simpliciter, non venire contractum venditionis, an tunc poterit agere venditor remedio hujus legis, et dict. l. 2. *C. de rescind. vend?* vide Bald. in l. *quæ sub conditione*, §. *si quis, D. de condit. instit.* dicentem per illum text. quod non potest petere alternativè, quòd adimpleatur sibi justum pretium, vel rescindatur venditio: videtur tamen, secundum Paul. de Cast. ibi, quod non obstante juramento, saltem possit agere ad pretium simpliciter, scilicet, ut suppleatur sibi justum pretium, per dict. §. *si quis*, ubi altera conditio firma permanet; licet conditio jurisjurandi rejiciatur: quod satis est menti tenendum.

(12) *Mayor de catorze años.* Vult ista lex, quod ad hoc, ut juramentum obstet majori quatuordecim annorum, debeat specificè jurare, quod licet res plus, vel minus valeat, non contra veniet: non ergò sufficeret juramentum simpliciter præstitum; et sic approbatur hic Gloss. in cap. *cum causam*, in fin. de *empt. et vendit.* in dict. l. 2. et vide quæ dixi in l. 16. tit. 11. 3. *Part.* Et limita, et intellige istam legem, quando læsio esset parùm ultra dimidium justii pretii; si tamen esset magnus excessus, veluti si rem valentem 15. daret pro quatuor, vel quinque, tunc ratione enor-

dida, por tal razon. Mas si fuesse menor de catorze años, non valdria la jura, e desatarse y a la compra, o la vendida, tambien como si non ouiesse jurado.

LEY LVII.

Como la vendida que es fecha engañosamente, se deve deshazer.

Ley 3, titul. 1, libr. 10. Novis. Recop. Heredad, o casa, o viña, o otra cosa qualquier auiedo algun ome, en algun lugar do el non estouiesse, nin sopiesse quanto se valia, nin la ouiesse nunca visto; e non auiedo voluntad de la vender, si otro alguno le mouiesse razones engañosas, de manera que gela ouiesse de vender; dezimos, que tal vendida como esta se puede desfazer (1), e non vale (2); quier sea fecha por menos de lo que vale, quier non. Mas si este, cuya fuesse la cosa, ouiesse voluntad de la vender, e el comprador le fiziessse engaño, encubriendol alguna cosa de las quel pertenescen a la heredad, o a la cosa que vendia; o faziendol creer engañosamente, que maguer algunas cosas pertenesciessen a la heredad, dixesse que estauan en poder de alguno, que estauan malas de cobrar, e que eran perdidas; estonce dezimos que vale la vendida, porque el vendedor ouo voluntad de lo fazer. Pero el comprador es tenuto (3), de emendarle aquel engaño que fizo; de manera que aya el precio derecho que podría valer aquella cosa que le vendio, con

missimæ lesionis, quia intervenit dolus re ipsa, non obstaret juramentum, l. si quis cum aliter 36. D. de verb. oblig. l. omnes 17. §. Lucius, D. qua in fraud. creditor. et notat Abb. in dict. cap. cum causa, in fin. et in cap. cum contingat, col. 19. vers. nonus casus, de jurejur. et procedit etiam si sit major 25. annorum, ut declarat benè Philippus Corneus consil. 214. vol. 3. incip. viso puncto, col. pen. vide etiam latè per Decium consil. 180. et consil. 344. et consil. 403. et que dixi in l. 59. tit. 18. Partit. 3. et latè Petrum de Anchar. in repet. cap. canonum statula, fol. 12. de const. Et advertit etiam, quod potest renunciari remedio hujus legis, ut dicit Bald. in dic. l. 2. col. 5. et ibi per alios Doctores. ubi vult, quod minor, mulier, vel rusticus debeant de hoc beneficio certiorari: et si renuntiat emptor, non videtur renunciare venditor, Bald. in cap. 1. qualiter domi. propriet. feud. prioretur, col. 2. et ibi etiam vide per eos, parvi effectus esse illam clausulam solitam apponi à notariis, videlicet, quod si plus valebat res, venditor emptori donavit pro bene meritis, et servitiis: posse tamen habere aliquem effectum, declarat ibi Ang. col. pen. circa finem, versic. sed advertit, et vide latius de ista clausula per Bart. Cepol. in suo tract. de simulatione contract. præsumptione 7.

LEX LVII.

Si non videntem, nec agnoscentem rem suam, nec ejus pretium, nec vendere volentem, dolo aliquis induxerit ad vendendum, non valet venditio: sed si volebat vendere, valet; sed tenetur decipiens ad damnum. Hoc dicit.

(1) *Se puede desfazer.* Scilicet, quatenus de facto processit; nam de jure est nulla, cum dolus dederit causam

las sus pertenencias que fueron engañosamente encubiertas.

LEY LVIII.

Como se puede desfazer la vendida, si el comprador non guarda el pleyto que puso sobre ella.

Mueuense los omes a las vegadas, a vender sus cosas, por pleyto que les fazen ante en las veudidas, o por cosa que les prometen; de manera que si esto non les prometiessen, de otra guisa non las querrian vender. E poren-de dezimos, que quando alguno vendiesse su cosa sobre tal pleyto, que conuiene en todas guisas, que el pleyto sea guardado: ca si non lo guardassen en la manera que fue puesto, desfazerse y ha poren-de la vendida. Mas si la vendida fuesse fecha de otra guisa, que la non fiziessen señaladamente por razon de los pleytos, mas auiniendose el comprador, e el vendedor en la vendida; e de si, fiziessen pleytos despues en razon della, entonce valdria, e non se puede desatar, maguer los pleytos non fuesssen guardados. Pero aquel que fizo la postura, tenuto es de la cumplir, e de emendar al otro los daños, e los menoscabos quel vinieron, por razon que non guardo el pleyto, que fue puesto en la vendida.

contractui, l. et eleganter 7. in prin. D. de dolo, l. si dolo 5. C. de rescind. vendit.

(2) *Non vale.* Ut in dict. l. et eleganter 7. in princ. ubi vide bonam glos. D. de dolo: et adde, idem esse in distractu, si dolus dedit ei causam: vide per Bald. in l. de tutela, C. de in integr. restit. minor. et l. 3. C. de exception. non tamen esset ipso jure nullus contractus, quando dolus non dedit formam contractui, sed modo contrahendi, ut notat Bald. per text. ibi in l. 3. C. si minor. se major. dixer. et si deceptus vellet stare contractui, posset, ut notat Gloss. in dicta l. si dolo, et in dict. l. eleganter, et vide Joan. de Plat. C. de fundis rei privat. l. fin. lib. 11. et Bald. in l. dolum, C. de peric. et commod. rei vend. quid autem in dolo dante causam constitutioni dotis, vide Bald. novel. in tract. de dote, chart. 37. col. 3. et de dolo dante causam matrimonio spirituali, vide in cap. fin. 20. quast. 3. et ibi Gloss. quid si det causam matrimonio carnali; et de dolo dante causam transactioni, vide l. sub pretextu 19. C. de transact. et quod ibi Bald. notat col. 2.

(3) *El comprador es tenuto.* Adde l. Julianus 13. §. si venditor 4. et §. idem Julianus 6. D. de action. empt. et l. si quis affirmaverit 9. D. de dolo.

LEX LVIII.

Si pactum in venditione appositum, sine quo non fuisset celebrata venditio, non servatur, rescinditur venditio; sed si sine pacto etiam fuisset celebrata, non rescinditur, sed agitur ad interesse. Hoc dicit.

LEY LIX.

Del ome que encubiertamente, e con engaño, compra las cosas a algund ome que era pechero, por fazer perder al Rey sus derechos.

Ley 3, it. 7, ib. 10, Novis. Recop. Encubiertamente, e con engaño, vendiendo sus cosas algund ome, que era pechero, o debdor del Rey, por fazerle perder sus pechos, o sus rentas, o su debda que le ouiesse a dar, la vendida que fue assi fecha non deve valer (1), mas deve ser desfecha en todas guisas. E si el comprador sabe este engaño, e hizo la cosa a sabiendas, es tenuto de pechar al Rey, de lo suyo, tanto como aquello por que auia comprado atales cosas, como sobredichas son.

LEY LX.

Como se puede desfazer la vendida, que hizo el sieruo en los bienes del señor.

Estableciendo vn ome a otro por su personero en todas sus cosas; entre tanto que este atal fincasse en la personeria, le estableciesse el otro por su heredero, non lo sabiendo el; si acasesciese, que muriesse aquel que lo auia establecido por su personero, e por su heredero, e algund su sieruo vendiesse de

LEX LIX.

Si debitor, vel tributarius Regis vendidit rem fraudulentem, ut Regem suo jure defraudet, rescinditur venditio: et si emptor est particeps fraudis, solvet Regi aliud pretium. Hoc dicit.

(1) *Non deve valer.* Concordat l. pen. C. de rescind. vendit. ubi Alber. dicit, quòd illa lex obviat fraudibus volentium evitare onera publica, sicut sæpè faciunt rustici, qui de rebus eorum fictè faciunt venditiones dominis suis, secundum Odofredum: dicit etiam Francis, Accursius, quòd cum vellet recedere de Bononia, et ire aliò ad legendum, cum sibi præceptum fuisset ut non recederet sub pena publicationis honorum, vendidit bona sua cuidam amico suo; sed nihilominus fuerunt publicata: sed quia rediit, restituta sibi fuerunt: hæc Alberic. Angel. etiam ibi notat illam legem contra incolas terrarum, qui incepta guerra, et collectis impositis, in continenti omnia vendunt, et inde fugiunt: nam et ad res venditas fiscus habebit recursum: inducit etiam contra rusticos, qui gravantur collectis, plusquam cives, qui, ad fugiendum collectas, distrahant bona civibus, adde l. incolæ muneribus destinatis 34. D. ad municipat. et eod. tit. l. ordine 15. §. in fraudem 2. ubi bonus text. et de assumptibus ordinem, vel habitum in fraudem publicorum munerum, vide Bart. in l. semper, §. fin. D. de jure immun. et l. 1. et ibi Joan. de Plat. C. ut nemo ad suum patroc. nicos, vel rusticos eorum, lib. 11. ubi de contractibus factis in fraudem publicarum functionum, et ibi de pena statuta contra tabelliones, et adde l. qui tam ignavia 26. et ibi Joan. de Plat. C. de decurion. lib. 10. Bart. et idem Plat. in l. 1. C. de navibus non excusand. eod. lib. et l. 6. tit. 9. lib. 5. Ordin. Reg. ubi de donatione, quæ fit per patrem filio clerico, et Gloss. et ibi Joan. de Plat. in l. cum facultates, C. de his, qui numer. liberorum, lib. 10. de emptionibus quas patres faciunt nomine filiarum spuriorum, vide l. 1. et ibi Bald. C. de natur. liber. et ibi, quòd pretium confessatum non sufficit, imò arguit venditionem esse fictitiam; et de modis arguendi istas fraudes, vide Bald. in l. 1.

Tom. II.

los bienes del finado alguna cosa a otro; tal vendida como esta non valdria, e poderla y a desfazer el heredero, quando quier que lo sopiesse, ante que la cosa fuesse passada (1) a poder del comprador. E esto se puede fazer, maguer el mismo se ouiesse acertado en la compra, e lo ouiesse llamado por testigo; e aunque ouiesse escriuido su nombre (2) en la carta de la compra. E esto es, porque non era sabidor, que era establecido por heredero: ca si lo sopiesse, non consentiera que la vendida fuesse fecha. Pero si este sieruo sobredicho tenia tal lugar en vida de su señor, que acostumbraua algunas cosas a vender por el; como quier que el heredero pueda desfazer la vendida, por la razon sobredicha, con todo eso, tenuto es de emendar al comprador los daños, e los menoscabos, quel vinieron por razon de aquella compra, de los bienes que el sieruo traya en pegujar si los ouiere.

LEY LXI.

De los omes que se arrepienten para desfazer las vendidas; que non se pueden desfazer, maguer ganassen carta del Rey para desfazerlas.

Arrepientense a las vegadas, para desfazer

col. fin. C. si quis omis. caus. testa. et in authent. ex testamento, col. 3. C. de collat. et in l. si quis posthac 9. C. de bonis damnator. et notab. per Bald. in l. fraus, D. de legib. et in l. 2. C. de repud. hæred. et in l. 1. col. 4. C. qui bonis cedere possunt.

LEX LX.

Si dominus omnium honorum suorum procuratorem hæredem instituit, venditio facta rei dominicæ per servum hæreditarium jacente hæreditate, in qua idem procurator, ignorans se hæredem, post domini mortem subscripsit, rescinditur, ut prius sciverit ante traditionem: tamen si servus solebat in vita domini sic vendere, quamvis rescindatur venditio, tenetur tamen hæres de peculio emptori. Hoc dicit. Ista lex habuit ortum à l. Titius Seji 8. D. de rescind. vendit.

(1) *Fuesse passada.* Sabaudi maxime, nam idem esset si sciret post rem traditam; nam sive sit perfecta venditio, sive non, erronea subscriptio non nocet propter generalem rationem, quæ sequitur, ibi: *Esto es porque non era sabidor, etc.* et ita declarat Alber. in l. Titius 8. D. de rescind. vend. ex qua ista lex sumpta est, post Jacob. de Aret. et Francis. Acurs.

(2) *Su nombre.* Quando tamen subscriptio non esset erronea, et qui se subscribit, non se subscribat ut testis, neque ut auctoritatem præstans, talis subscriptio noceret in jure subscribentis, ut tradit Bart. in l. quæ dotis in fin. D. solut. matrim. Paul. de Castr. in l. Cajus, D. de pign. action. etiam si ageretur de dominio perdendo, ut in l. Titia cum testamento 34. §. Lucia Titia 2. et ibi Bald. et Paul. de Castr. D. de legat. 2. et vide l. sicut 1. §. non videtur 15. D. quibus mod. pign. vel hypot. sol. et l. fidejussor 26. §. pater, et ibi Gloss. D. de pignor.

LEX LXI.

Venditio perfecta non potest sine partium voluntate res-
Aaaa 2

Ley 1, tit. 1, lib. 10. Novis. Recop.
 la vendida, los omes, despues que han vendidas sus cosas: e van a pedir mercerá a los Reyes, que les manden dar sus cartas para que las puedan desfazer. E porende dezimos, que tales cartas non les deuen dar; e si las dieren, non deuen valer (1). Ca non seria cosa guisada, que pues la vendida fue fecha de rechamente, e con plazer del vendedor, e del comprador, que pueda ser desfecha por premia, e a miedo, del vno dellos. Otrosi dezimos, que maguer el vendedor se quisiesse arrepentir, despues que la vendida fuesse fecha, diziendo al comprador, quel daria el precio doblado (2), e quel desamparasse la cosa, que aun por tal razon non podria desfazer la vendida, nin seria tenuto el comprador de lo fazer, si non quisiesse.

LEY LXII.

De los que quieren desatar la vendida que ouieren fecho de su grado, maguer digan que la fizieron con cuyta.

Ley 1, tit. 1, lib. 10. Novis. Recop.
Leyes 2, 3, tit. 1, lib. 10. Novis. Recop.
 Desatar queriendo alguno la vendida que ouiesse fecho de su grado, diziendo que la vendiera con gran cuyta (1), en que estaua, de hambre, o por muchos pechos que auia a dar por razon de aquella cosa que vendio, o

cindi, etiam ex rescripto Principis; et etiam si venditor pœnitet, et velit dare pretii duplum. Hoc dicit.

- (1) *Deum valer.* Concordat l. de contractu 3. et l. raras 7. C. de rescind. vendit.
 (2) *Doblado.* Adde l. non est 6. C. eod. tit.

LEX LXII.

Non potest rescindi venditio, licet dicat venditor, quod propter necessitatem vendidisset; nisi sit deceptio ultra dimidium iusti pretii, vel si dolus dedit causam contractui. Hoc dicit.

- (1) *Gran cuyta.* Adde l. non idcirco 12. C. de rescind. vendit.
 (2) *La fiziera.* Adde l. quisquis 15. C. de rescind. vendit.
 (3) *Diximos.* Suprà eod. l. 57.

LEX LXIII.

Rescinditur venditio, si venditor celavit seruitutem, tributam, vel malam herbam nascentem in re vendita: et si fuit sciens, restituit pretium, et interesse; si ignorans, pretium dumtaxat restituit venditor. Hoc dicit.

- (1) *Seruidumbre.* Adde l. 1. §. 1. D. de action. empti; et limita, nisi talis seruitus esset apparens, veluti si in domo vendita vicinas haberet tigna in iuncta ab una parte: nam tunc non tenebitur venditor, etiam si promississet vacuam tradere possessionem, l. ea qua: 43. §. quaedam etiam, D. de contrah. empt. l. si tamen 48. §. ci qui seruum 3. D. de edil. edicto, et tenet Alberic. post Din. in dict. l. 1. §. 1. ubi plenè disputat.
 (2) *Tributaria.* Adde l. si sterilis 21. §. 1. de action. empt. et l. si minor 9. C. eod. tit.
 (3) *El vendedor.* Et sic loquitur, quando venditor sciabat tributum, vel seruitutem deberi; quid autem si ignorabat, gloss. 4. in l. Julianus, in princ. D. de action. empt.

por otra cosa semejante destas; dezimos, que esto non abonda, para desfazer la vendida. Otrosi dezimos, que si alguno quisiere desfazer la vendida, diziendo que la fiziera (2) por menos de lo que valia; por tal razon non la podria desfazer. Fueras ende, si la vendida fuesse fecha por menos de la meytad del derecho precio, segun es sobredicho en las leyes deste Titulo; o si pudiere prouar, que la vendida fue fecha por engaño que le hizo el comprador a sabiendas, non seyendo el vendedor sabidor de quanto valia la cosa, nin auiedo nunca vistola, assi como de suso diximos (3).

LEY LXIII.

De la casa, o torre, que deue seruidumbre, o que fuere tributaria, vendiendo vn ome a otro, si la encubre el vendedor, se puede desfazer la vendida.

Ley 2, tit. 15, lib. 10. Novis. Recop.
Ley 1, tit. 16, lib. 10. Novis. Recop.
 Casa, o torre, que deue seruidumbre (1), a otro, o que fuesse tributaria (2), vendiendo vn ome a otro, callando el vendedor (3), e non le aperciendo dello a aquel que la compra; por tal razon como esta puede el comprador desfazer (4) la vendida: e es tenuto el vendedor, de tornarle el precio, con los daños, e menoscabos (5) que le viniessen por esta ra-

dicat, regulariter teneri, etiam si sit ignorans, nisi in duobus casibus. Primus in seruo vendito, qui erat fur: nam scire debebat emptor, quod si servus, ergo fur: de hoc tamen dic, ut infra eod. l. proxima; secundus in prædio tributario; nam ex quo erat prædium provinciale, scire debuit emptor, per consequens esse tributarium, ut aliàs dicit Gloss. in l. omnes, C. sine censu, vel reliquis: et istud, quod Gloss. tenet, videntur Doctores communiter tenere in l. si minor, C. de action. empt. et secundum hoc, in casu hujus legis in seruitute teneretur etiam venditor ignorans, in prædio tributario non: sed in contrarium videtur hæc lex, quæ utrumque casum seruitutis, et tributi æquiparat; ideò dicendum videtur, quod utroque casu teneatur venditor, etiam ignorans, et sic, quod istud verbum callando procedat, sive taceat scienter, sive ignoranter; nam ratio quam assignat Gloss. et Doctores de prædio provinciali, non militat in hoc Regno, in quo prædia non sunt tributaria: in hoc tamen erit differentia inter scientem, et ignorantem, qui si venditor sciatur, tenebitur ad totale interesse; si verò ignoret, tenebitur quanto minoris propter seruitutem: vel tributum, emisset; quæ fait opinio aliquorum, quos refert Gloss. in dict. l. si minor: et in verbis istis hujus actionis quanto minoris comprehenditur, ut etiam si pro nihilo emisset, vel nullo modo emisset, venditio rescindatur, et totum pretium repetat: quia quod nihil est, minus est, l. illud 7. §. 2. vers. minus, D. de tributor. declarat Salic. in dict. l. si minor.

(4) *Desfazer.* Nota benè quia de jure communi videbatur, quod tantum agat ad interesse, ut in l. 1. §. 1. et l. Julianus 13. §. idem Julianus 6. D. de action. empt. et l. quotiens de seruitute 61. D. de edil. edict. erit ergo per istam legem in electione emptoris, an velit stare emptioni, et agere ad interesse, ut in dictis iuribus, vel eam dissolvere, ut hic habetur, et vide quod dixi in gloss. proxima in fine.

- (5) *Con los daños, e menoscabos.* In sciente hoc benè

zon. Otrosi dezimos, que si vendiesse vn ome a otro algund campo, o prado, que sopiesse que criava malas yeruas (6), e dañosas para las bestias que las paciessen, e quando lo vendiesse se callasse, que lo non quisesse dezir al comprador; que es tenuto porende el vendedor, de tornarle el precio al comprador, con todos los daños quel vinieren porende. Mas si esto non sopiesse el vendedor quando lo vendio, non seria tenuto de tornar mas del precio tan solamente.

LEY LXIV.

De la tacha, o maldad que ouiesse el sieruo, que vn ome vendiesse a otro.

Tacha, o maldad auiendo el sieruo, que vn ome vendiesse a otro, assi como si fuesse ladron (1), o ouiesse por costumbre de fuyrse a su señor, o otra maldad semejante destas: si el vendedor sabia esto (2), e non lo dixesse al

procedit: scetis si ignorasset, ut dixi in gloss. proxima, nisi ignorantia esset sapina: quia tunc habetur pro sciente, ut voluit Gloss. in dict. l. si minor, in l. solut. gloss. et tenet ibi Salyc. et quod ignorans non teneatur ultra redditionem pretii, habes infra ead. l. in fin.

(6) *Malas yeruas.* Adde l. pen. C. de adilit. action. et l. sed addes 19. §. si quis dolia l. D. locat. l. 14. tit. 8. infra ead. Part. et in l. in fundo, D. de adilit. edicto.

LEX LXIV.

Rescinditur venditio, si celatur latrocinium servi, ac vitium latens, scienter: et in tali casu restituitur pretium, et interesse; sed si ignoravit, non restituitur, sed restituitur quanto minus valet de pretio. Hoc dicit.

(1) *Ladron.* Reprobatur ergo hic, quod Gloss. dicebat de servo fure vendito, quod venditor hoc ignorans in nullo teneatur, in dict. l. Julianus 13. in princ. in gloss. 4. D. de action. empt. et dixi in l. præced.

(2) *Sabia esto.* Adde dict. l. Julianus in princ. et l. 1. in princ. D. de adilit. edicto, et l. 1. C. de adilit. action.

(3) *De recibir el sieruo.* Sed quare hic competit huic actio redhibitoria, cum propter vitia animi non detur, l. ob qua vitia 4. §. in summa 4. D. de adilit. edicto? Dic secundum Bald. in l. 1. C. de adilit. action. quod hic propter dolum venditoris, qui sciens vitium tacuit, omnis actio degenerat, et ideo potest conveniri, ut pretium reddat cum damnis, et rem accipiat: ita Bald. ibi col. 4. et adde, quæ habentur in l. bovem in princ. D. de adilit. edicto.

(4) *Que valia menos.* L. Julianus 13. in princ. D. eod. à qua ista sumpta est, dicit quanto minoris essem empturus, ibique gloss. 1. et 4. assignant differentias inter actionem quanto minoris civilem, et actionem quanto minoris prætoriam: et una earum est, quia in civili agitur, quanto minoris esset empturus, in prætoria, quanto minus res valet: et ibi declarat Paul. de Castr. effectum, qui ex hoc resultat, et etiam Bart. quia civilis respicit pretium singulare respectu personæ emptoris, prætoriam respicit commune pretium, et tradit etiam Bald. multum notanter in l. 2. col. 4. C. de rescind. vendit. alia differentia est, secundum Gloss. et Doct. in dict. l. Julianus, quod civilis est perpetua; prætoriam verò est annalis. Petrus verò et Cyn. in l. 2. C. de adilit. action. dicunt, quod non est reperire quanto minoris civilem actionem, sed tantum prætoriam; et probant per litteram l. 2. C. de adilit. action. ubi Imperator

comprador, tenuto es de recibir el sieruo (3), e dene al comprador tornar el precio, con todos los daños, e los menoscabos que le vinieron ende. E si lo non sabia, dene fincar el sieruo al comprador. Pero es tenuto el vendedor, de tornarle tanta parte del precio, quanto fuere fallado en verdad, que valia menos (4) por razon de aquella tacha. E esso mismo dezimos que seria, si el sieruo ouiesse alguna enfermedad (5) mala encubierta.

LEY LXV.

Que la vendida de cauallo, o mulo, o otra bestia, que vn ome vendiesse, a otro, se puede desfazer, si el vendedor encubre la tacha, o la maldad del.

Cauallo (1), o mulo, o otra bestia vendiendo vn ome a otro, que ouiesse alguna mala enfermedad (2), o tacha (3), por que valiesse menos; si lo sabe el vendedor (4), quando la

dicit, quod non videt, quo jure agi possit contra venditorem anno elapso: nam si actio, quanto minoris est res, est temporalis, et repellitur ab interesse communi; ergo multo fortius actio, quanto minoris esset empturus, debet esse temporalis, et repellere ab interesse singulari: quia jura singularia facilius tolluntur, et breviori tempore, l. in honorariis 35. §. sed cum rescissa, D. de action. et obligat. l. ejus militis 34. §. militia missus, D. de testam. milit. præterea, secundum Petrum, idem est dicere quanto minoris res est, vel quanto minoris esset empturus: quia æstimatio singularis non attenditur, nisi secundum id, quod communiter attenderetur: et licet Doct. communiter teneant opinionem Gloss. in dict. l. Julianus, et in dict. l. 2. et non dicta Petri, et Cini; hæc tamen lex Partitarum multum videtur inclinare in opinionem Petri, et facit etiam l. infra prox. quæ taxat tempus annale, ut et ibi dicam.

(5) *Enfermedad.* Adde infra l. prox.

LEX LXV.

Rescindi potest venditio animalis propter vitium occultum scienter intra sex menses à die traditionis rei, et non ultra. Benè tamen potest agi ad æstimationem, quanto minoris valet, infra annum à die traditionis, et non ultra. Hoc dicit.

(1) *Cauallo.* Idem in servo, ut in l. 1. in princ. D. de adilit. edicto, et non repetit hic, quia de eo dixerat supra eod. l. prox. licet illa lex etiam dixit de vitiiis animi; hæc verò lex loquitur de vitiiis corporis, in quibus, et in servo habet locum, quòd hic dicitur. Sed nunquid pro libro corrupto detur redhibitoria? Vide Azon. C. de adilit. action. in summa, quòd sic, et Gloss. D. eod. l. 1. Bald. in l. si prædium, col. 1. C. eod. non tamen datur pro juribus, et in l. proinde Pomponius 33. D. eod. et Bald. ubi supra.

(2) *Mala enfermedad.* Hoc dicit, quia pro parvis non datur redhibitoria, l. 1. §. proinde 8. et l. cui dens 11. D. de adilit. edicto.

(3) *Tacha.* Veluti si equus sit retrogradus, aut calcitrosus: et licet hæc sint vitia, quæ non consistant in corpore in jumentis, fit propterea redhibitio, quia sunt in eis vitia naturalia; in hominibus verò accidentalia sunt, et contraria voluntate possent curari, ut declarat Bald. in l. 1. 4. col. C. de adilit. action. et adde l. bovem 43. in princ. et ibi Gloss. de adilit. edict.

(4) *Si lo sabe el vendedor.* Idem dic, et si ignoret, ut in l. 1. §. causa hujus edicti 2. D. de adilit. edict.

vende, deuelo dezir; e si lo non dize, luego que el comprador la entendiere aquella enfermedad, o tacha, fasta seys meses (5) puedela tornar (6) al vendedor, e cobrar el precio que dio por ella: e el vendedor es tenuto de lo recibir, e tornar el precio (7) al comprador, maguer non quiera. E si fasta los seys meses non demandare el comprador el precio, despues non lo puede demandar, e fincaria la vendita valedera; como quier que fasta vn año (8) puede el comprador fazer demanda, a aquel que le vendio la bestia, que le peche, o le torne tanta parte del precio, quanto fallassen en verdad (9), que valia menos por razon de la tacha, o de la enfermedad que era en ella. E destes plazos adelante, non podria (10) el comprador fazer ninguna destas demandas. E este tiempo de los seys meses, e del año sobredicho, se deue començar a contar, desde el dia (11) que fue fecha la vendita.

LEY LXVI.

Como non puede ser desfecha la vendita de la bestia, si el vendedor dize paladinamente, a la sazón que la vende, la maldad que ha.

Manifiestamente diciendo (1) la tacha, o

(3) *Seys meses.* Adde l. *sciendum* 19. §. fin. et l. *cum sex* 55. D. *adil. edict.* et l. 2. *C. de adil. action.* et Gloss. in l. *adiles ajunt*, in glossa magna, D. eod. et non currit istud tempus pendente conditione, ut in l. *bovem* 43. §. *si sub conditione* 9. D. eod.

(6) *Tornar.* D. eod. l. *redhibere* 21. et l. *facta redhibitione* 60. et debet reddi cum fructibus, ut D. eod. l. 1. §. 1. et an redhibitione facta, debeat fisci reddere gabellam? Vide Bald. in dict. l. *si prædium*, col. 2. *C. de adil. action.*

(7) *El precio.* Quid si nolit reddere pretium? Vide Bald. in l. *si prædium*, ad finem, 2. col. *C. de adil. action.*

(8) *Fasta vn año.* Concordat l. *si tamen* 48. §. *non nocet* 2. D. *de adil. edict.* et vide l. 2. *C. de adil. action.*

(9) *Fallassen en verdad.* Non ergo procedet, quod dicit Bald. in l. 2. col. 4. *C. de rescind. vend.* esse duplicem, quanto minoris civilem, vel prætoriam: unam qua possit agi, quanto minoris res est, aliam, quanto minoris esset empturas: vide quæ dixi supra eod. l. proxima.

(10) *Non podria.* Hoc in servis, pecoribus, et iumentis planum est, ut hic, et in l. 2. *C. de adil. action.* in aliis tamen rebus, veluti pro fundo habente herbam pestilentem, vel aliud vitium in rebus soli, D. eod. l. 1. in princ. et in l. *fundo*, et l. *si prædium* 4. *C. eod.* vel pro tigno, vel libro vitioso, de quibus hic non loquitur, et pro quibus daretur actio ex empto, fortè istæ actiones essent perpetuæ, ut in l. *Julianus* 13. in princ. D. *de action. empt.* facta distinctione scientiæ, vel ignorantie venditoris: Ædiles enim, ut dicit Bald. in l. 2. col. 4. *C. de rescind. vend.* cum solum animata considerabant, quæ sunt frangibilia, et corruptibilia, indecens habuerunt, quod super fragili materia actio esset perpetua; sed jus Civile considerat inanimata, quæ sunt majoris durationis communiter.

(11) *Desde el dia.* In hoc videtur contrariari dictis superius, ibi: *Luego que el comprador la entendiere*: undè videretur intelligendum, quod hic dicit, si eadem die emptor scivit vitium; aliàs esset contra prædicta, et contra dispositum per jus commune, ut habetur in dict. l. 2. *C. de*

la enfermedad el vendedor al comprador del sieruo, o de la bestia que le vende, si el comprador, seyendo ende sabidor, le plaze de la compra, e recibe la cosa por suya, e da el precio por ella; si despues desto se quisiere arrepentir, non lo podria fazer; nin seria tenuto el vendedor, de recibir la cosa, nin de tornarle el precio. E esso mismo dezimos que seria, si se auñessen en el precio ambos a dos, e fuesse fecha la vendita en tal manera, que por tacha que ouiesse (2) la bestia, non la pudiesse desfechar el comprador. Mas si el vendedor dixesse generalmente, que la bestia que vendiesse auia tachas, e encubriesse, callando, las que auia, o diziendolas embueltas (3) con otras engañosamente, de manera que el comprador non se pudiesse apercebir; entonce dezimos, que seria tenuto de recibir la cosa que assi vendiesse, e de tornar el precio, a los plazos que diximos en la ley ante desta.

adil. action. vide Glos. in l. *sciendum*, §. fin. D. *adil. edicto.*

LEX LXVI.

Si venditor apertè certificavit emptorem de vitio servi, vel alterius animalis, non rescinditur venditio; sed si non certificavit, vel fraudulenter vitium una cum aliis, quæ non erant in re, dixit, rescinditur intra sex menses. Hoc dicit.

(1) *Diziendo.* Idem si non dixisset, si tamen vitium, erat patens, et sic emptor cognovit, ut in l. 1. §. *si intelligatur* 6. et l. *si tamen* 48. §. *ei qui* 3. D. eod. Quid tamen si emptor supinè ignoravit, venditor autem scivit? Dic, quod adhuc non tenebitur venditor, secundum Bald. in l. 1. col. 2. in princ. *C. de adil. action.* post Gloss. ibi: contrarium tamen tenet ibi Cyn. et sequitur Abb. in cap. *injustum*, in fin. *de rerum permutat.* quia dolus venditoris præponderare debet culpæ emptoris, ut in l. *item si obstetric* 9. D. *ad L. Aquiliam*, et hoc videtur verius, et æquius, et adde Gloss. in l. *quæritur*, §. *si venditor*, D. *de adil. edicto*, et quod notat Joan. Andr. in addit. ad *Spec.* in rubr. *de empt. et vendit.* versic. *ponit autem.*

(2) *Que ouiesse.* Intellige, si venditor vitium ignorabat; nam si sciret, et non expressit, non iuraretur, argum. l. *tenetur* 6. in fin. et l. *quæro* 39. D. *de action. empt.* et tenet *Spec.* et Joan. Andr. in tit. *de empt. et vendit.* §. *nunc dicendum*, versic. *quid si venditor*, Abb. in cap. *injustum*, versic. *sed quæro*, *de rerum permutat.*

(3) *Embueltas.* Adde l. *quæritur* 14. §. *si venditor* 9. D. *de adil. edict.* et Joan. Andr. in addit. ad *Spec.* in loco *de quo supra* in gloss. prox. Abb. in dict. cap. *injustum*, Angel. de Aret. in §. *prætorum*, *Instit. de iure natur. gentium*, et *civil.* adde Gloss. in cap. *neque artificioso*, 22. quæst. 2. et quæ dicit *Specul. dict. tit. de empt. et vendit.* §. pen. col. 3. in duobus locis, et Alexand. cons. 14. col. fin. vol. 5. et cons. 95. per totum.

LEY LXVII.

Del comprador que empeña, la cosa, despues que la ha comprada; que deve ser tornada a su dueño, si se desfaze la vendida.

Si el comprador, despues que ouiesse la cosa comprada en alguna de las maneras que diximos en las leyes ante desta, la empeñasse a otro, e despues desso se desatasse la vendida por alguna de las razones que de suso diximos, estonce el que toma la cosa a peños, tevudo es de la tornar (1) al vendedor cuya fue: e puede demandar al que la empeño, que pague lo que dio sobre ella a peños. Otrosi dezimos, que si vn ome empeñasse a otro alguna cosa, obligandose eu tal manera que la non podiesse vender, nin dar, nin enagenar en ninguna guisa, fasta que la ouiesse quita; si despues que la ouiesse empeñado assi, la vendiesse a otro, non valdria la vendida (2), e podria ser desatada por esta razon.

TITULO VI.

DE LOS CAMBIOS QUE LOS OMES FAZEN ENTRE SI: E QUE COSA ES CAMBIO.

Cambiar vna cosa por otra, es vna manera

LEX LXVII.

Rescissa venditione ex causa justa, et reddita venditori; si emptor alii rem illam pignori dedit ante rescissionem, venditor agit contra rem pignoratam tenentem, et potest agere creditor contra pignorantem. Item si promisit debitor non alienare pignus, antequam creditori satisfaciat, et vendidit illud; non valet venditio. Hoc dicit.

(1) *De la tornar.* Et sic non tenuit pignus: quod de plano procedit in re vendita sub pacto additionis in diem, de quo in l. 40. supra eod. et habetur in l. ubi autem 4. §. sed et Marcellus 3. D. de in diem additionem. et l. si res 3. et ibi Bartol. D. quibus mod. pig. vel hypoth. solv. ubi venditio resolvitur ex causa necessaria. Sed ubi resolvitur ex causa voluntaria, quæ erat in potestate emptoris, ut non resolveretur, ut in venditione quæ rescinditur ex remedio l. 2. C. de rescin. vend. et l. 56. supra eod. de jure communi Doctores communiter tenebant, quod pignus tunc tenebat, ut dixi in diet. l. 56. in gloss. in verbo desamparar: item, quod quando res reddibetur, quod pignus interea contractum per emptorem tenuerit, patet in l. bovem 43. §. pignus 8. D. de adil. edict. et l. si debitor 4. in princ. D. quibus mod. pig. vel hypot. solv. eo, quia emptor reddibet rem ex sua voluntate, secundum Gloss. ibi. In contrarium tamen, imò, quod etsi resolutio fiat de voluntate emptoris, pignus resolvatur, probatur hic, et in l. lex neccitigali 31. D. de pignor. licet illa lex intelligitur, quando factum debitoris non erat directè ordinatum ad hoc, ut res rediret ad auctorem, ut declarat Bartol. in l. in diem, D. de aqua plu. arc. Fortè posset dici, quod ista lex limitatur, et intelligatur, quatenus disponit in illis casibus, in quibus resolutio fit quodammodo ex voluntate emptoris, et ex facto ad hoc directè ordinato per eum; et non quando ex causa omninò necessaria, ut procedit, quando fuit lata sententia super dissolutione venditionis, et redditione rei, quia tunc videtur dissolvi ex causa necessaria, ut dixit Bald. in l. 2. col. 9. in princ. C. de rescind. vend. eo, quia iudicium redditur in invitum: undè et dicebat Bald. in l. si pradium, col. 2. versic. sed pone lata est sententia, D. de

de pleyto, que semeja (1) mas al de las vendidas, e de las compras, que a otro. Ca bien assi como ome gana la cosa, que ha comprada, por precio que da por ella; bien otrosi la gana, por aquello que por ella cambio. Onde pues que en el Titulo ante deste tablamos de las vendidas, e de las compras, queremos aqui dezir de los cambios. E mostraremos, que cosa es cambio. E en que manera se haze. E quien lo puede fazer. E de que cosas. E que fuerça ha. E por que razones puede ser desatado, despues que fuere fecho. E sobre todo mostraremos de los otros pleytos, a que dizen en latin Contractos innominatos, que han semejança con el cambio.

LEY I.

Que cosa es cambio, e de que manera se haze.

Cambio es dar, e otorgar vna cosa señalada, por otra. E puede fazerse el cambio en tres maneras. La primera es, quando se haze con plazer de amas las partes, e con otorgamiento, e con prometimiento de lo complir: e esto seria, como si dixesse el vno al otro: Plazevos, de cambiar conmigo tal vuestra cosa (1) por tal mia; nombrandola cada vna de-

adil. action. quod est sententia lata in redhibitoria, quod venditor recipiat rem, et reddat pretium, nascitur actio in factum venditori, etiamsi emptor nolit uti sententia, quod est notabile. Iste tamen intellectus est divinatorius ad istam legem, et etiam per hoc non respondetur rationi Doctorum distinguentium, an resolvatur ex necessitate, vel ex voluntate: et quia non debet esse in voluntate emptoris, sic evertere pignus ab eo constitutum, quod ita militat lata sententia, sicut si non est lata; ideo cogita, quia vel dictus intellectus, licet divinatorius, est tenendus, vel dicendum, leges antiquas per hanc corrigi ut sic indistinctè, quando jus illius, qui dedit pignus, resolvitur ex causa antiqua de praterito, sive ex necessitate, sive ex voluntate resolvatur jus pignoris quoad accipientem. Vel dic, quod ista lex restringitur solum ad illos casus, in quibus venditio resolvatur ex causa necessaria, pro quo facit littera, quam vidi in quodam libro de manu, ubi non est illud verbum (*en las leyes ante desta*), sed tantum dicit (*e despues desso se dessatare la vendida por alguna de las razones que de suso diximos*) et sic, quod refertur ad casus, ubi ex causa necessaria resolvitur. Cogita tu latius.

(2) *Non valdria la vendida.* Adde l. si creditor 7. §. fin. D. de distract. pign. et ut hic vides, approbatur littera nullam esse venditionem, de qua per Bart. in l. si ita quis, §. ea lege, D. de verb. oblig.

TITULUS VI.

(1) *Que semeja.* Ut in l. 2. D. eod. et C. eod. l. 2. differt tamen, ut habetur in l. 1. D. eod.

LEX I.

Est permutatio unius rei pro alia concessio, vel datio: et fit de partium consensu cum voluntate complendi, sive precedat interrogatio, sive non: aut de facto unam rem pro alia dando. Hoc dicit.

(1) *Tal vuestra cosa.* Et sic res certa pro alia certa, ut ille Stichus pro isto Pamphilo, vel illa domus pro tali agro,

llas señaladamente: e deue el otro dezir: Plazeme, e otorgo, e promecto (2) de lo complir. La otra es, quando lo fazen por palabras simples (3), non lo otorgando, nin lo prometiendo de lo complir; mas diziendo assi: Quiero cambiar tal cosa con vos; e el otro respondiendo que le plaz: por tales palabras, o otras semejantes dellas, se faze el cambio; maguer las cosas que cambio non sean presentes, nin passadas a poder de ninguna de las partes. La tercera manera es, quando se face el cambio por palabra, compliendo (4) despues por fecho amos a dos, o la vna de las partes tan solamente. Ca en tal cambio como este ahonda, quales palabras quier que digan; solamente, que sea fecho con plazer de amas las partes, e resciba el vno dellos la cosa, por que cambio la que era suya.

LEY II.

Quien puede fazer cambio, e de que cosas.

Cambios pueden fazer todos los omes que diximos en el Título ante deste (1), que pueden comprar, e vender. E avn dezimos, que aquellos que non pueden fazer compra, nin vendida, non pueden cambiar. Otrosi dezimos, que todas las cosas que se pueden comprar, e vender, se pueden cambiar. Otrosi, las que se non pueden vender, nin comprar, non se pueden cambiar (2). Fuera de las cosas espirituales, que maguer non se pueden vender, puedense cambiar; assi como vna Iglesia por otra (3), o vna Dignidad por otra (4), o vna Racion por otra, o los diezmos (5) de la vna Iglesia por los de la otra. Pero el cambio destas cosas tales, o de las otras semejantes dellas, deuese fazer con otorgamiento del Perlado (6) que ouiere jurisdiccion sobre aquel lu-

Ley 1, tit. 1, lib. 10 Novis. Recop. Ley 2, tit. 21, libro 1 Novis. Recop.

(11) *Libros*. Adde Gloss. in authent. *habita*, *C. ne filius pro patre*, in verbo *speciali*, ubi vide Bald. et Joan. de Plat. in l. 3. *C. de muner. patrimon.* lib. 10. et in l. *medicos* 6. *C. de profes. et medicis*, eodem lib. vide etiam de aliis, de quibus non solvitur vectigal, in Gloss. l. *si publicanus*, §. 1. D. *de publican. et vectigal.*

(12) *Por mensajeria*. Adde l. *à legatis* 8. *C. de vectigal.*

(13) *Lugares do se suele pagar*. Est enim culpabile deviare à recto itinere, l. *si quis* 5. *de cursu public.* lib. 12. et dicit Bald. in l. *cum proponas*, col. 1. *C. de nautic. fænor.* quòd ille, qui non tendit per locum consuetum, præsumitur ire contra deventum: occasio enim fraudandi tolli debet. Et limita, nisi metu hostium, vel impetu maris, non servaret locum navigii, vel itineris soliti, l. 2. §. *si quid*, D. *si quis caution.* Bald. in dict. l. *cum proponas*, col. fin. ad fin.

(14) *Dezir verdad*. Adde l. *omnibus* 3. *C. de vectigal.* ubi vide Gloss.

(15) *Pierdan*. Statim ipso jure, ut in l. *commissa* 14. *de publican.* sed vide quæ dicam in l. sequenti, in gloss. super verbo *afforrasse*, et Gloss. in dict. l. *commissa*.

(16) *Dexente lo suyo*. Privilegium militis est hoc, ut in dict. l. *omnibus*, et idem videtur dicendum de Ecclesia, ut in §. *novarum*, ubi Gloss. in parte *translationis*, 16. quæst. 1. Gloss. in cap. *si tributum* 11. quæst. 1. quid tamen si Ecclesia non solveret canonem emphyteoticum, vide per Specul. tit. *de restit. in integr.* §. *quis autem*, col. 8. et ibi in additione, et Bald. in l. *placet*, *C. de Sacros. Eccles.* et in cap. 1. col. 3. *de alienat. feud.* quid autem in minore, vide infra eod. l. proxim.

zimos, que todos quantos leuaren del Reyno cauallos (17), o otras cosas qualesquier, de las que son defendidas de sacar, deuen perder todo lo que desta guisa sacaren. Fueras ende aquellos, a quien Nos otorgamos poder por nuestras cartas, que lo puedan sacar.

LEY VI.

De los Mercadores que andan descaminados, por furtar, o encubrir los derechos que han a dar, de las cosas que lieuan.

Descaminados andan los mercadores a las ^{Ley 16, tit. 12, lib. 10, Novis. Recop.} vegadas, por furtar, o encubrir, los derechos que han a dar, de las cosas que lieuan. Onde dezimos, que qualquier que esto fiziesse, que deve perder todas las cosas (1) que leuare desta manera. Pero si aquel que andouiesse descaminado, ouiesse ya pagado el derecho, o el portadgo, que auia de pagar, mostrando ende aluala, o prueua derecha, que fuesse de creer, non caeria en esta pena sobredicha: nin deuen embargar a el, nin a sus cosas, por esta razon. Otrosi dezimos, que si alguno que fiziesse algunos destes yerros, fuesse menor de catorze años (2), que non caeria en esta pena, queriendo dar el portadgo. Esso mismo

^{Ley 6, tit. 20, libro 6, Novis. Recop.}

(17) *Cauillos.* Et sic antiqua est prohibitio de equis non extrahendis à Regno.

LEX VI.

Devians causa vectigalis celandi, perdit merces, de quibus non solvit: nisi sit minor 25. et maior 14. annorum, dum tamen contra eum non probetur, quòd scienter, et malitiosè celavit; vel nisi sit impubes; aut res quæ celatur, erat servus; et antequàm peteratur, erat per celantem manumissus; aut res ante moritur, vel perditur; vel per quinquennii spatium collector petere negligenter omisit. Hoc dicit.

(1) *Todas las cosas.* Hodie non solvit nisi quadruplum, et non confiscantur omnes res, ut in l. 9. tit. 10. lib. 6. *Ordin. Regal.* sed dic, quòd illa lex procedit, quando recto itinere transit, et non solvit; si verò transeat per loca devia, tunc procedit ista lex, et ita declarat dicta l. 9.

(2) *Menor de catorze años.* Adde l. *Imperatores* 7. in fin. D. *de publican. et vectigal.*

(3) *Menor de veynte cinco años.* Adde l. *si ex causa* 9. §. *si in commissum* 5. D. *de minor.* et ibi dicit Gloss. quòd si intra 30. dies minor solvat, quòd erit tutus ipso jure, post erit opus restitutione in integrum, et ita intelligit illam legem, et dict. l. *Imperatores*: sed hæc lex Partitæ vult non esse necessariam restitutionem.

(4) *Maliciosamente.* Adde dict. §. *si in commissum*, per quem text. dicit Bald. in cap. 1. §. *præterea* el 1. *de prohib. feud. alien. per Freder.* quòd si dominus feudi vult, quòd minor non restituatur ob id, quòd non petit investituram intra annum, constituat eum in vera contumacia per monitionem Parium Curia: et adde in materia l. *si tutoris* 23. C. *de administ. tutor.* et Joan. de Plat. in l. pen. C. *de fide et jure hastæ fiscalis*, lib. 10. et l. 2. C. *de feudis patrimon.* lib. 11.

(5) *Afforrassé.* Adde l. 1. C. *de vectigal.* et advertet, quia ista lex vult, quòd etiamsi sit omissa professio servi, et vectigal non fuit solutum, teneat manumissio facta ante mortam questionem commissi, et dominus in nullo teneatur; cuius contrarium tenet Gloss. et Doct. communiter in dict.

dezimos que deve ser guardado, si aquel que lo fiziesse fuesse mayor de catorze años, e menor de veynte cinco años (3); fueras ende, sil fuesse prouado, que lo fiziera a sabiendas maliciosamente (4). E aun dezimos, que si algund ome passasse su sieruo por lugares do deuiessé dar portadgo, e non lo diesse; si despues desso lo aforrassé (5), non es tenuto el señor, nin el sieruo, de perder porende ninguna cosa, nin de dar el portadgo (6): e esto es por razon del franqueamiento. Mas si el sieruo passasse, assi como sobredicho es, non dando portadgo del, e non lo aforrassé; entonce, si los portadgueros lo sopieren, e demandaren el sieruo, deuelo perder (7). Otrosi dezimos, que passando algun ome, bestia, o otra cosa buva, de que non de portadgo, que si ante que gela demanden los portadgueros, se muriere, o se pierde, aquella cosa que assi passasse, que non es tenuto el que la passo, de dar la estimacion (8) della. Otrosi dezimos, que si los portadgueros fueren negligentes, en non demandar por cinco años (9) las penas, e los derechos (10) sobredichos, a los que tales yerros ouiessem fecho, que dende en adelante non lo podrian demandar a ellos, nin a sus herederos.

Ley 15, tit. 12, lib. 12, Novis. Recop.

l. 1. qui intelligunt illam legem, quòd ibi non fuit omissa professio, sed tantum fuit à vectigalis solutione cessatum; et hoc propter timorem contrarii, quod formatur ex l. *commissa* 14. D. *de publicanis*, ubi propter omissam professionem statim res confiscatur, et sic in isto casu cum manumittit, jam non est dominus, et sic non debet tenere manumissio. Certè est difficile contrarium; unde fortè oportet dicere, quòd per istas leges Partitarum, licet sit omissa professio, non incidat res ipso jure in commissum, sed exigatur sententia, et quòd hoc voluit l. supra prox. in verbo *perdan*, quod non significat ipso jure, sed per sententiam, ut tenet Gloss. et Doct. in l. *si quis in tantam*, C. *unde vi*, Felin. in cap. 2. col. 2. *de rescript.* et ista etiam lex, quæ vult tenere manumissionem servi ante mortam questionem commissi.

(6) *El portadgo.* Contrarium dicebant Doctor. in dict. l. 1. C. *de vectigal. et commiss.* etiam in casu in quo secundum eos tenebat manumissio servi.

(7) *Deuelo perder.* Vides ergo, quod loquitur ista lex etiam in casu in quo servus perditur; quod non est, ubi tantum cessatum est à solutione, si professio non fuit omissa: et sic vult, etiamsi professio sit omissa, quod teneat manumissio, dummodo sit ante mortam questionem commissi.

(8) *Estimacion.* Adde l. 2. C. *de vectigal.* et sic licet res incidat in commissum, tamen debitor non tenetur, si res pereat casu fortuito, vel culpa levi, vel levissima; secus si dolo, vel lata culpa, ut in dict. l. 2. ubi infert ex hoc Bald. quod si quis portabat frumentum contra devectum, et sic illud debebat perdere; tamen si in itinere obviavit piratis, et derogaverit eum, quòd non tenebitur fisco ad estimationem frumenti.

(9) *Cinco años.* Adde l. 2. C. *de vectigal. et commiss.* et Francisc. Balb. in suo tractat. *prescript. char.* 50. col. 3. versic. *si vero non sunt incorporata*, et Bart. in dict. l. *commissa* in fin. D. *de publican.*

(10) *Los derechos.* Nota hoc, quia de his nihil dicebatur in dict. l. 2. adde l. 129. in *Quaterno gabellarum.*

LEY VII.

De las rentas de los portadgos, que se pusieren nueuamente en la Villa, o en otro lugar.

De las rentas de los portadgos, que se pusieren nueuamente (1) en las Villas, o en otro lugar, dezimos, que deue auer el Rey las dos partes, e la Ciudad, o la Villa, o el Castillo, do lo toman, la tercera (2), para fazer los muros, e las torres de los lugares do lo tomaren, e para las otras cosas que lo ouieren menester, que sea a pro de todos (3) communalmente. Pero los otros portadgos, que antiguamente acostumbraron los Reyes a tomar para si en algunos lugares, ellos los deuen auer enteramente. Otrasi dezimos, que estos portadgos, e los otros derechos, e las rentas del Rey, deuen ser publicamente arrendadas, metiendolas en almoneda (4); e qual mas diere por ellas, esse las deue auer. Pero qualquier que las arrendare, non las deue tener mas de tres años (5). E si en este tiempo de los tres años prometière otro alguno de dar mas de la tercera parte (6) del arrendamiento por ello, puedenlas tomar a los que las touieren arrendadas, e dar a aquel que mas diere por ellas.

LEY VIII.

De como aborrescen los Mercadores a las vegas de venir con sus mercaderias a algunos lugares, por el tuerto, e demasias que les fazen, en tomarles los portadgos.

Aborrescen (1) los mercadores a las vega-

LEX VII.

De vectigalibus, et exactionibus noviter impositis, habet Rex duas partes, et locus, ubi solvitur, tertiam pro reparatione murorum, et pro aliis necessitatibus communibus civitati; sed antiquitas imposita sunt Regis, si consuevit integra habere. Item subhastetur vectigal publicè licitando: et plus offerenti conceditur, et tenebit per tres annos dumtaxat licitator; infra quod tempus alii plus offerenti ultra tertiam partem. Hoc dicit.

(1) *Nueuamente.* Nota hoc verbum, nam in l. fin. C. de vectig. et commiss. de qua ista sumpta est, non erat ita benè expressum.

(2) *La tercera.* Nota benè hanc legem pro novis gabelis, et pedagiis, quæ de novo in aliquibus civitatibus imponuntur; nam possunt præterdere civitates istam tertiam pro suis necessitatibus.

(3) *A pro de todos.* Adde l. 10. tit. 28. et l. 20. tit. fin. 3. Part.

(4) *En almoneda.* Adde l. si tempora 4. et ibi Gloss. et Gloss. in l. 1. C. de fide, et iure hast. fiscal. et ibi Joan. de Plat. et text. in authent. hoc jus porrectum, C. de Sacros. Eccles. Bald. in l. ordo, col. 1. C. de exec. rei jud. et adde ll. 41. et 44. in Quaterno gabellarum.

(5) *Mas de tres años.* L. 4. C. de vectig. à qua ista sumpta est, non sic dicit, sed quòd non locentur minori tempore triennii, quo finito iterum subhastentur.

(6) *Tercera parte.* Hodie est quarta, ut in Quaterno gabellarum l. 76. et ibi aliter disponitur, quam hic; vide ibi, et l. 52.

Tom. II.

das, de venir con sus mercaderias a algunos lugares, por el tuerto, e el demas que les fazen, en tomarles los portadgos. E porende mandamos, que los que ouieren a demandar, o a recabdar este derecho por Nos, que lo demanden de buena manera. E si sospecharen, que algunas cosas leuaren demas de las que manifestaren, tomenles la jura, que non encubran ninguna cosa. E desque les ouieren tomada la jura, non les escodriñen (2) sus cuerpos, nin les abran sus arquetas, nin les fagan otra sobejania, nin otro mal ninguno. Ca assaz abonda, que les tomen la jura, e de atender la pena que deuen auer, si fallaren despues en verdad, o por otra manera qualquier, que encubrieron alguna cosa. Otrasi dezimos, que si los portadgueros, que ouieren de recabdar los derechos de los nuestros lugares, tomaren, o forçareu, a los omes que por y passan, alguna cosa demas, de lo que ouieren a tomar con derecho, que lo tornen doblado (3) a aquellos a quien lo tomaren, quando quier que gelo demanden, fasta vn año. E si vn año passare, que gelo non demanden, dende en adelante, que non sean tenudos de pechar el doblo; mas que deu aquello que assi tomaren tan solamente, o otro tal, e tan bueno, o el precio deillo. Esso mismo dezimos que seria, si los portadgueros tornaren de su voluntad ante del año, aquello que ouiesse tomado, non gelo demandando los otros por juizio.

Ley 12,
tit. 20,
libr. 6
Novis.
Recop.

Ley 7,
tit. 17,
libr. 6
Novis.
Recop.
Ley 2,
tit. 20,
libr. 6;
l. 1. 17
idem.
Ley 23,
tit. 11.
Ley 14,
tit. 12,
libr. 7
Novis.
Recop.

LEX VIII.

Non debet per gabellarium perquiri corpus mercatoris, nec aperiri ejus arca ex suspitione mercis occultata; sed juret non fraudasse: et si alio modo invenitur errasse, punietur secundum jus. Item, si publicanus illicitè plus aliquid exegerit, reddet cum duplo intra annum conventus, post annum verò simplum; et à pœna dupli liberatur, si voluntariè, quod illicitè exegit, restituat ante annum. Hoc dicit.

(1) *Aborrescen.* Et rectè, undè dicebat Bald. in l. cum proponas, in fin. C. de nautic. favor. quòd si Rex imposuit unum grossum pro salina, si itinerarii de facto accipiant duos, licitum est quocumque ingenio fugere manus eorum, quia prædones sunt; et omne damnum, quod propter hoc contingit Regi, debet relinqui per eos, quorum vitio hæc accidit, argum. l. igitur 12. §. fin. D. de liberal. caus.

(2) *Non les escodriñen.* Tene menti istam legem, quia non memini vidisse ita benè expressam de jure communi, licèt Joan. de Plat. in l. 2. C. quando, et à quibus 4. pars debe. lib. 10. arg. illius leg. col. fin. dicit, illam legem facere, quòd publicanus non possit compellere transeuntem viatorem, ut dissolvat fardellos suos, ne pompa, aut vilitas ejus detegatur: facit l. 1. §. si cista, D. de depos. dicit tamen ipse, quòd Gloss. tenuit contrarium, quia etiam in trossellis committitur falsitas, ut in l. 1. §. qui in rationibus 4. D. de falsis.

(3) *Doblado.* Adde l. 1. in princ. et §. 1. et l. hoc edicto 5. §. 1. cum l. sequent. D. de publican.

Ccccc

LEY IX.

Que ningun ome non puede poner portadgo, ni Concejo, ni Iglesia, en todo el Señorío del Rey, sin su mandado.

Nueuamente (1) non pueden poner portadgo, ningun ome, nin Concejo, nin Iglesia, en todo el Señorío del Rey, si non fuere por su mandado. Pero el Rey (2) puede lo poner, e aun otorgar poder a otri, que lo ponga, si entendiere que lo ha menester, por mejorar algun lugar (3) que esta muy pobre (4), o por ser el camino mas seguro (5), o por otra razon semejante (6) destas. E por ende dezimos, que si alguno pusiere portadgo nueuamente, sin mandado del Rey (7), que non vala: e sea tenuto de tornar doblado (8) todo lo que tomare. E otrosi dezimos, que si el portadguero maliciosamente acreciere, o menguare el portadgo que era puesto antiguamente, que deue ser echado por ende de la tierra (9); e lo que demas tomare, deuelo pechar, assi como dicho es (10).

TITULO VIII.

DE LOS LOGUEROS, E DE LOS ARRENDAMIENTOS.

Alogar, e arrendar, son dos maneras de

LEX IX.

Novum vectigal, seu portaticum, nemo, nec Concilium, nec Ecclesia imponere potest nisi Regis mandato; aliás non valet, et recipiens tenetur ad restitutionem cum duplo. Item gabellarius minueas, vel addens gabellam, vel portaticum ultra, vel intra quantitatem antiquam, perpetuò exulet, et quod ultra consuetum receperit, restituat ut supra l. proxima. Hoc dicit.

(1) *Nueuamente.* Adde l. 1. §. 1. et ibi Bart. D. ad Leg. Jul. de ambit. et l. 2. tit. 1. Part. 2. et l. 5. tit. 10. Partit. 7. et ll. 1. 3. et 7. tit. 10. lib. 6. Ordin. Regal. et l. 118. in Quaterno gabellarum; et per Gloss. in cap. si quis romipetas, 24. quæst. 3. et dicantur de novo imponi, sive de novo imponantur, sive ultra solitum augeantur, vel minuantur, l. vectigalia 10. in princip. D. de publican. et facit l. 1. §. opus novum, D. de noui operis nuntiat. et tenet Salicet. in l. 2. C. vectigal. nova instit. non posse: sic et Barones non possunt imponere operas subditis ultra conventionem, vel consuetudinem antiquam, l. 1. et ibi Joan. de Plat. C. ne opera à collator. exigantur, lib. 10.

(2) *El Rey.* Et sic est hoc de reservatis Principi, dict. l. 2. tit. 1. Part. 2. et dict. l. 2. C. nova vectig. instit. non posse.

(3) *Algun lugar.* Et nota, quòd privilegia concessa civitatibus, aut locis, sunt realia, et perpetua, l. forma 4. §. quamquam 3. D. de censib. et in l. vectigalia 10. ubi Bald. notat, C. de vectigal. Quid tamen si privilegium non concederetur civitati, sed civibus? Videtur idem, ut in l. civibus 2. D. de reb. dub. quòd ibi limitat, et intelligit Paulus, scilicet, quòd relictum civibus intelligatur relictum civitati, nisi ex modo, et causa adjunctis legato, aliud appareat, vel nisi ex qualitate rei legatæ aliud præsumatur, ut declarat ibi Socin. col. 2. per text. in cap. requisiti, de testam. et vide in materia, quòd habetur in l. annua 20. §. Attia 1. D. de annuis legat. et Bald. in l. omnia privilegia, C. de Episc. et Cler.

(4) *Muy pobre.* Sumptum est ex l. 1. C. nova vectigal.

pleytos, que vsan los omes de so vno: e como quier que algunos cuydan que son de vna manera, pero ha departimiento entre ellos. Onde pues que en los Titulos ante deste hablamos de las vendidas, e de las compras, e de los mercadores, que acostumbran a fazerlas mas amenudo, que los otros omes; queremos dezir en este Titulo, de los logueros, e de los arrendamientos. E mostraremos, que cosa es loguero, e arrendamiento. E quien lo puede fazer. E en que manera deue ser fecho. E de que cosas. E quanto tiempo dura. E en que sazon deuen dar los arrendadores las rentas, o el loguero que prometieron. E a quien pertenesce el pro, o el daño, si la cosa arrendada, o el fruto della, se mejora, o se empeora, o se pierde. E como, despues que es cumplido el tiempo del arrendamiento, o del loguero, deue ser tornada la cosa a su dueño.

LEY I.

Que cosa es Loguero, e Arrendamiento.

Aloguero es propriamente, quando vn

instit. non posse, ibi, tenuis patria tua, et à l. vectigalia 10. C. de vectigal.

(5) *Mas seguro.* Et hoc casu levantes pedagia tenentur tenere itinera segura, ut dixi supra eod. l. 4. et adde Bald. in §. conventiculas, col. 2. in princ. de pace juram. firm.

(6) *Semejante.* Non enim sine maxima causa possunt imponi nova vectigalia, ut hic, et in cap. innovamus 10. de censibus, et in dict. l. 1. et peccant Reges imponentes sine causa, secundum Innoc. in dict. cap. innovamus. Et an etiam peccet exactor, qui vectigalia imposita sine causa exigit, vide Andr. de Iser. in tit. qua sunt regal. in parte vectigalia, circa finem, qui dicit, quòd si sciret exactor esse imposita sine causa, vel esset notorium, etiam exigens peccaret, et rapina esset: aliás exactor non debet esse curiosus, ex quo per Principem est impositum, ut latiùs ibi per eum.

(7) *Sin mandado del Rey.* Nota bene, quòd quando impetratur rescriptum Principis ad imponendum vectigal de novo in aliqua civitate, vel oppido, debet sibi fieri mentio de aliis vectigalibus, seu pedagiis, quibus est onerata talis civitas, et quæ ibi solvantur; aliás rescriptum esset subreptitium, argum. cap. mandatum 38. et cap. litteris 39. de rescript. et tenet Alber. post Oldral. in rubr. C. nova vectigal. in fin. Adde etiam, quòd consuetudo immemoralis æquipolleret in hoc privilegio, ut in cap. super quibusdam 26. §. praterea, de verb. signific. et per Bart. et Doct. in l. si publicanus, §. fin. D. de publican. et in dict. l. 2. C. vectig. nova, ubi vide signanter per Sal.

(8) *Doblado.* Duriores poenæ imponuntur hodie per ll. Ordin. Reg. ut patet ex ll. 1. 3. 7. et 13. tit. 10. lib. 6. Ordin.

(9) *De la tierra.* Sumpta est de l. fin. C. vectig. nova instit. non posse.

(10) *Dicho es.* Suprà eod. l. proxima.

TITULUS VIII.

LEX I.

Locatio est, quando unus locat operas alteri personali-

ome loga a otro, obras (1) que ha de fazer con su persona, o con su bestia; o otorgar vn ome a otro poder de vsar de su cosa (2), o de seruirse della, por cierto precio, que le ha de pagar en dineros contados. Ca si otra cosa rescibiesse, que non fuessen dineros contados, non seria loguero (3), mas seria contracto innominato: assi como diximos en la postrimera ley del Titulo de los Cambios. E arrendamiento, segun el lenguaje de España, es arrendar (4) heredamiento, o almoxerifadgo, o alguna otra cosa, por renta cierta que den por ella. E aun ha otra manera, a que dizen en latin affletamiento; que pertenesce tan solamente a los logueros de los nauios.

LEY II.

Quien puede arrendar, o alogar, e por quanto tiempo.

Arrendar, e alogar, dezimos que puede todo ome, que ha poder de comprar, e de vender, segun diximos en el Titulo de las Vendidas, e de las Compras, en las leyes que fابلan en esta razon. Pero los Caualleros, e los Oficiales de la Corte del Rey (1), non deuen

ter, vel per suum iumentum fiendas; vel si dat alteri potestatem sua re utendi pro certo pretio in pecunia numerata: quia si in pecunia non esset, foret contractus innominatus: quia in lingua Hispanica vocatur arrendatio, quando possessio, vel aliquis annuus reditus conducitur pro certo reditu. Est et alius contractus vocatus affletamentum, sive nautium, propriè ad navigii locationem pertinens. Hoc dicit.

(1) *Obras.* Vide l. qui operas 38. D. locati.

(2) *De vsar de su cosa.* Adde l. si tibi, et l. cum fundum, D. locat. et l. 3. C. cod.

(3) *Non seria loguero.* Adde Instit. de locat. in princ. et in §. 1. et l. 1. §. si quis seruum, D. depos.

(4) *Arrendar.* Id est, ad reditum dare.

LEX II.

Locare et conducere potest, qui et vendere et emere; nisi miles, qui non potest conducere prædia rustica, ne seruitium Regis impediatur; nec etiam hoc potest curialis, ne seruitium Regis perturbetur. Item potest fieri consensu contrahentium, sicut emptio, ad certum tempus, vel ad vitam unius. Et pacta super hoc conuenta seruentur, nisi sint contra leges, et honos mores: et ante tempus mortuo locatore, vel conductore, tenetur hæres stare locationi. Hoc dicit.

(1) *Oficiales de la Corte del Rey.* Adde l. curialis 30. C. locat. Gloss. et l. fin. C. de rescind. vendit.

(2) *Podria embargar.* Et sic videtur, quòd debeat intelligi de militibus: et sic milites nostri temporis, vacantes acio, saltim dum vacant, non videntur comprehendi sub hac prohibitione; quod et voluit Alberic. in l. milites, C. cod. et in l. militem, C. de procurat. Dic etiam, quòd Doctores non debent intendere cultura agrorum, propter honorem dignitatis doctoralis, vide Joan. de Plat. in l. fin. C. de mancip. et colou. patrim. et saltuens. lib. 11.

(3) *Muriessse.* Quid in hærede artificis, qui locavit operas suas, seu promisit facere certum ædificium sub certa mercede vel pretio? Videtur, quòd in dubio sit electa indus-

ser arrendadores de campos, nin de heredamientos ajenos: porque por tal razon como esta se podria embargar (2), lo que han a fazer en seruicio del Rey. E puede ser fecho el loguero, o el arrendamiento, en aquella manera que se pueden fazer las vendidas, e las compras, con plazer e otorgamiento de ambas las partes; e a tiempo cierto, o para en su vida del que rescibe la cosa a loguero, o del que la loga. E si por aventura logasse vno a otro casa, o otra cosa a tiempo cierto, e se muriesse (3) el que la auia alogada, en ante que el tiempo se compliesse, su heredero deue seruirse, e aprouechar de la cosa logada, fasta que se cumpla el tiempo: e es tenuto de pagar por ella, lo que denia dar el finado que la auia alogado. Otrosi dezimos, que si se muriesse el señor de la cosa logada, que el heredero (4) es tenuto de guardar el pleyto, segun que lo puso el finado, e deuelo auer por firme. Otrosi dezimos, que todos los pleytos que pusieren entre si los omes sobre los arrendamientos, e los alogamientos, que deuen valer, e ser guardados. Fueras ende los que fuessen puestos contra las leyes deste nuestro libro, o contra buenas costumbres.

l. 7,
tit. 9,
lib. 7
Nacis.
Recop.

tria personæ, et sic locatio non transeat ad hæredem, l. inter artifices 31. cum Gloss. D. de solution. et vide Joan. de Imol. in l. si sic 133. ad fin. D. de verb. oblig. et Alexand. consil. 106. col. antep. vol. 3. et limita, ut in l. 9. in fin. infra cod. et officia industrialia ad hæredem non sunt transitoria, l. curatoris 17. et ibi notat Alexand. C. de negot. gest.

(4) *Et heredero.* Sed an successor in maioria teneatur stare locationi prædecessoris? Ista lex facit, quòd sic, et quia successor in Baronia dicitur successor universalis, secundum Bald. in authent. cessante, C. de legit. hæred. et facit text. in cap. 1. de probat. ubi habetur, quòd contractus Principis (et sic fortius ceterorum dominorum) obligat successorem, et ibi Bald. Abb. et Doct. Cin. et Bald. in l. digna vox, C. de legit. facit etiam gloss. notab. in l. divorcio, in princ. D. solut. matrim. in gloss. super parte tertia portio, ibi, translatio fit ex necessitate, etc. per quam gloss. Bart. et alii Doct. ibi dicunt, quòd regula sit, quòd successor, in quem de necessitate fit restitutio, teneatur stare colono.

In contrarium facit, quia qui non habet dominium liberum, sed cum qualitate temporali, non potest disponere liberè, sed cum sua qualitate temporali, Bald. in l. fin. §. sed quia nostra, C. commun. de leg. per text. in l. si quis domum, §. 1. D. locat. facit text. in l. peto 69. §. prædium 1. D. de legat. 2. Præterea in prælato locante prædium Ecclesie, cui multum assimilatur successor in maioria, habemus elegans consil. Pauli de Castro 1. vol. consil. 2. ubi fortius voluit, quòd etiam quando prælatus utiliter conduxit rem Ecclesie, etiam ad modicum tempus, quòd neque tunc successor tenetur stare colono; motus, quia non potuit antecessor obligare successorem per se ipsam: et ibidem fundat, quòd locatio fuit ipso iure extincta ex defectu potestatis locantis, quia non potuit locare ad majus tempus, quam ipse esset usurus, et finito iure locatoris, finitur ius conductoris, l. lex vecligali 31. D. de pignor. l. 4. §. sed et Marculus 3. D. de in diem addit. de quo in prælato late per Doct. in cap. fin. ne prælati nices suas, et habetur in l. 9.

LEY III.

Que cosas pueden ser logadas, e arrendadas.

Obras que ome haga con sus manos, o bestias, o navios, para traer mercaderias, o para aprouecharse del uso dellas (1), e todas las otras cosas que ome suele alogar, pueden ser alogadas, o arrendadas. Otrora el vsufruto de heredad, o de viña, o de otra cosa semejante, puede ome arrendar; prometiendo de dar cada año cierto precio por ella. Pero si aquel que arrienda el vsufruto desta manera, se muriesse, non deve passar el derecho de vsar de tal arrendamiento, al heredero de aquel que lo auia arrendado; ante dezimos, que se torna al señor de la cosa: ca el arrendamien-

to de tal vsufruto es de tal manera, que se acaba en la muerte del que lo tenia arrendado. Pero si el que tenia la cosa arrendada, ouiesse pagado todo el precio o parte del, por aquel año en que se fino, e non ouiesse el vsufruto tomado; tenuto es el señor (2) de la cosa, de tornar al heredero del finado, aquello que ouiesse rescebido del, por este año en que se fino, o dexarle el esquilmo del vsufruto de aquel año.

LEY IV.

Quando deuen pagar los arrendadores, e los alogadores, el precio de las cosas que arrendaren, o alogaren.

Pagar deuen los arrendadores, e los alo-

Ley 1,
tit. 1,
libr. 10
Novis.
Recop.

tit. 17. 1. *Partit.* ubi vide quæ dixi: et hoc idem in quodam dace, qui venderat certam commoditatem cuiusdam pedagii, tenet Socin. consil. 7. vol. 3. incipit *supra questionem*. Et præsertim pars ista videtur procedere, si locationis tempus non inciperet in vita locatoris, imò antea moreretur; cum id, quod sit tempore habili, si effectus conferatur in tempus inhabile, non tenet, ut in l. *quod sponsa* 4. C. de donation. ante nupt. Hinc dicit gloss. not. in §. *his omnibus*, 8. quæst. 1. quòd Papa non potest in vita sibi eligere successorem, quia effectus confertur in tempus, quo non est futurus Papa; et facit pulcher text. in cap. unico, *qui success. frud. dare tenentur*, et in cap. *si quis investitus, qui successores tenentur*, et ibi Bald. dicit, quòd quando prædecessor successorem supplantat in præueniendo ante tempus, non tenetur successor ratum habere, et facit, quod adducit Alexan. consil. 68. volum. 1. col. 1. Et eo maxime pars ista procedet, si talis locatio esset in magnum damnum successoris: nam et ea, quæ mediante cautione ratificari tenetur fideicommissarius, procedunt, quando utiliter sunt gesta, et non potest aliqua culpa imputari heredi; non verò ea, quæ inutiliter, et in damnum fideicommissarii gesta sunt, l. *mulier* 22. §. *sed enim* 3. D. ad Trebel. Paul. de Castr. in l. *cum hæreditas*, eod. tit. et malè gesta prædecessoris successor revocat, ut notat Archid. in cap. *decessorum*, 25. quæst. 2. vel si factum prædecessoris fuit ob faciendam gratiam conductori, juxta ea quæ tradit Bald. consil. 457. vol. 1. incipit *reverendus pater*, vel si locavit tempore non opportuno, vel pro multis annis, cum communitè processu temporis crescant redditus, ut in l. *ait Prætor* 7. §. *quasi* 3. D. de minor. et ibi Alber. col. fin. et eod. tit. l. *verum* 11. §. *si locuplet* 5. et ibi Bald. Propterea, ubi prædecessor non habet potestatem obligandi successorem, semper contractus iudicatur personalis, et non sub nomine dignitatis, ut in cap. *veniens* 8. et in cap. *de cætero* 5. de transaction. per quæ jura Cardin. in dict. cap. fin. *ne prælat. vices suas*, dat istam doctrinam, et Socinus consil. 34. vol. 3. Præterea si doctrina Gloss. dicit l. *divortio* ita universaliter sumeretur, esset enervare multa jura, et doctrinas Doctor. loquentiam in ista materia: patet in prælato, qui est successor necessarius, non tamen ita indistinctè tenetur stare colono, ut per Abb. et Doct. in dict. cap. fin. et in usufructuario, qui de necessitate restituit proprietario, qui tamen non tenetur stare colono usufructuarii, l. *si quis domum* 9. §. 1. D. locat. unde dictum illius gloss. non est ita generaliter intelligendum, sed juxta materiam, et casum in quo loquitur; veluti in locatione mariti, vel in misso in possessionem causa rei servandæ, juxta leges quas allegat, secundum quas debet restringi, ut alias dicit Gloss. in cap. *tua fraternitas, de adulter.* Bart. in l. *non solum, §. liberationis verba*, D. de liber. legat. ut et ita voluit Jaso in dict. l. *divortio*, col. 8. dicens, hoc dictum Gloss. ita generaliter jure non probari: unde recurrendum est ad doc-

trinam Bart. in l. *si filio*, §. *si vir in quinquennium*, D. solut. matrim. et non ita generaliter sumi debet dictum illius gloss. debet enim distingui, an prædecessor habeat plenam administrationem respectu illius, cui de necessitate restituit, an non, ut ibi per Doct. et adduxit etiam gloss. Fori in l. 7. tit. 17. lib. 3. *Pro Leg.* vide etiam ad prædicta, quæ notat Archid. in cap. *alienationes*, 12. quæst. 2. col. fin. in princ. ibi in gloss. *fructus, etc.* Item ut dicit Bald. in l. 1. col. fin. C. de jure fisci, ille demum tenetur stare colono, qui est obligatus ad frui licere, ut est hæres locatoris, vel qui consensit tacitè, vel expressè locationi; ut ecce mulier dedit fundum in dotem: nam si vir locaverit, certè mulier consentire videtur, nam ad hoc dat, ut locet, et locare in fructu est: sed qui non consensit in obligatione frui licere, neque consensit locationi, non tenetur stare colono: non tenebitur ergò successor in majoria stare colono, cum non succedat in obligatione frui licere; nisi successor consensit locationi in vita prædecessoris, vel sit talis fundus, qui non præstet fructum de quinquennio in quinquennium: tunc enim locator utitur, etiam de voluntate primi constitutendis. Sed pone, quòd dominus, seu possessor majoriæ habet redditus à vassallis pro termino, quem colunt, et ipsi vassalli dividunt terminum inter se auctoritate domini, fortè per quadriennium: nunquid potest novus dominus, qui succedit, revocare divisionem? Vide quæ notat Bald. in dict. l. 1. col. fin. dum loquitur de usufructu servi: et certè quando redditus sunt perpetui super illo termino, non videtur quòd successor infringere possit divisionem factam inter vassallos, qui dividere potuerunt inter se.

LEX III.

Quælibet res in commercio hominum existens potest locari, vel conducì. Item et usufructus alicujus rei pro certo pretio annualim: sed tunc mortuo conductore, expirat locatio; cum de sui natura morte usufructuarii finiatur: et si dominus recipit pretium ipsius anni, restituitur pretium heredi, vel permittitur heredi conductoris habere fructus ipsius anni. Hoc dicit.

(1) *Del uso dellas.* Adverte, quòd quando res locata est depauiata ad certum usum, intelligitur in dubio locata et conducta ad illum usum, secundum Bart. in l. *cum in plures*, ad fin. princ. D. eod.

(2) *Tenudo es el señor.* Nota hoc, quia in l. *si dpmi-na* 10. C. de usufruct. de qua ista sumpta est, hoc non exprimitur; quinimò neque Doctores tangunt, excepto Angelo, qui dicit, quòd dominus proprietatis hoc casu non tenebatur reddere pretium, et nihil allegat: tu tene menti istam legem.

LEX IV.

Solvi debet pretium locationis, vel conductionis, tempo-

gadores, el precio de las cosas que arrendaren, o alogaren, segund la costumbre que fuere usada en cada vn lugar; o al tiempo en que se auinieren, quando se fiziere el arrendamiento, o el alogamiento. E si en algun lugar non ouiesse costumbre usada, o non ouiesse puesto ellos plazos entre si, a que pagaren, estonce deuen pagar al fin del año (1).

LEY V.

Como el señor de la heredad, o de la casa, puede echar della su arrendador, que la arrendo, si non quisiere pagar lo que prometio.

Alquilada teniendo algund ome de otro alguna casa, si non le pagare el logero a los plazos que pusieren con el, o a lo mas tardar a la fin del año, segund diximos en la ley ante desta; dende adelante (1) el señor de la casa puede echar della al que la tiene alquilada, sin caloña, e sin pena. E demas dezimos, que todas las cosas que fallaren (2) en la casa, de aquel que la tenia alquilada (3), fiucan obligadas (4) al señor de la casa por el logue-

re quo convenit; et si nihil convenit, solvitur secundum consuetudinem loci contractus; et si non est loci consuetudo, solvitur in fine anni. Hoc dicit.

(1) *Al fin del año.* Approbat opinionem Azon. C. eod. in summa, et Gloss. in l. *ade*, C. eod. tit. et si pensio est distributa per singulos annos, licet locatio sit pro pluribus annis, debet solvi in fine cujuslibet anni: quia tot sunt locationes, quot pensiones, ut in l. *seire debemus* 29. et in l. *pluribus* 140. D. de verb. oblig. et vide per Doct. in dict. l. *ade*, et per Abb. et Doct. in cap. *propter sterilitatem, de locato*. Et nota, quod quando pensio est solvenda de fructibus, non debetur ante fructus perceptos, l. *Firmio* 26. §. fin. D. *quando dies legal. cedat*, item, quando inquilinus ex justa causa migrat, tunc etiam non expectato fine anni, debet solvere, secundum Joan. de Plat. in l. 1. C. de Primitivo, lib. 12. argum. l. *non utique*, D. de damn. infect. et l. 1. §. *si pensio* 4. D. de migrando.

LEX VI.

Res invictæ in domo conducta, etiam locatore ignorante, sunt citra conventionem obligatæ: idem de invectis in prædio rustico, locatore sciente: et potest locator ea retinere pro pignore. Item, si conductor non solvat pensionem domus locatæ in terminis præfixis, seu in fine anni, expelli potest per locantem. Hoc dicit. Habuit ortum à l. *certi juris* 5. C. eod. tit.

(1) *Dende adelante.* Imò videtur, quod debeat cessare in solutione per biennium, ut possit expelli, ut infra l. *proxim.* ibi, *la quarta*, etc. et l. *quatro* 54. §. *inter locatorem* 1. D. *loc.* Dic, quod si locatio facta fuit ultra biennium, procedit dict. l. et dict. §. *inter locatorem*: si verò fuit ad biennium, vel minori tempore, procedit ista lex, secundum Cyn. et Bald. in dict. l. *ade*. Vel dic, quod aut vult expellere à præsentis usu rei cessantem in prima solutione, et potest, etiam non expectato biennio, licet locatio facta fuerit pro majori tempore; poterit tamen moram purgare: aut vult expellere à totali usu rei, ita quod non sit locus purgationi moræ, et tunc exigitur cessatio solutionis per biennium: secundum Bald. et Salyc. in dict. l. *ade*. Vel dic, quod quando fuit factum pactum de non expellendo, tunc exigitur biennium, ut in dict. §. *inter locatorem*; si verò hoc non fuit in pacto expressum, sufficit esse cessatum in prima solutione; quod fuit de mente Gloss. in dict. §. *inter locatorem*, et tenet etiam Bald. in dict. l. *ade*, et vide per Alexand. consil. 106. incipit *magnificæ prætor*, vol. 3. col. 1. cum quatuor sequent. ubi vide ad limitationem, et declarationem prædictorum; cætera vide per Bald. in dict. l. *ade*, 2. et 3. col. ubi notabiles questionis ponit, et adde Bart. in dict. §. *inter locatorem*, et Abbat. in dict. cap. *propter sterilitatem*, ultim. notab. Bart. in l. 2. post princ. C. de jure emphit. ubi et Jaso notabiliter, et per Bald. in authent. *qui rem*, C. de Sacros. Eccles.

(2) *Que fallaren.* Multum pondera hoc verbum; nam videtur hæc lex velle, quod non indistinctè sint tacitè obli-

gata omnia invecta in domum, sed ea tantum quæ reperiuntur in domo, tempore quo dominus vult habere pensionem, vel tempore quo vult, ut sibi satisfiat de deterioratione domus; pro quo videtur casus in l. *est differentia* 9. D. in quibus caus. pign. vel hypoth. tacit. contrah. que lex requirit inclusionem rerum, ut impediat eorum alienatio; nisi dicas, quod illud sit speciale favore libertatis, ut et aliàs voluit Jaso dicere post Marti. Landen. in l. *item quia*, D. de pactis. Ista tamen lex Partitæ vult quod dixi, et certè sapit maximam æquitatem: et est magna restrictio ad notata in dict. l. *certi juris*, C. de locat. ubi Bald. et Angel. volent contrarium, et etiam ceteri Doct. dicentes, quod ex sola illatione, seu invectione, ut ibi sint quandiu daret tempus locationis, contrahatur tacita hypoteca, licet postea ibi non reperiantur. Tene ergò menti istam legem.

(3) *Alquilada.* Secus ergò, si gratuito habitabat ut in l. *si gratuitam*, in princ. alias incipit Pomponius 5. D. in quibus caus. pign. vel hypoth. tacit. contrah. et per Jason. in l. *item quia*, D. de pactis.

(4) *Fiucan obligadas.* Ut in l. *certi juris* 5. C. eod. et in §. *dem Serviana* 7. Instit. de action. et si primus conductor alii locaverit, quod potest, ut in l. *nemo* 6. C. eod. res illatæ per secundum conductorem sunt obligatæ domino pro ea pensione, qua ipse tenetur primo conductori, ut in l. *si in lege* 24. §. *si colonus* 4. D. *locat.* et l. *solutam* 11. §. *solutam* 5. D. de pign. action. et ibi Bart. Et intellige de rebus, quæ inferantur ut ibi sint perpetuò, secundum Gloss. in dict. l. *certi juris*; secus si ad tempus: ex quo inferit ibi Bald. et Angelus ad merces, quas mercatores invehunt in domum conductam, quod non sint obligatæ, neque emptor earum possit conveniri hypothecaria. De re autem aliena, illata in domum, communiter Doctores ibi contra Gloss. tenent, quod non sit obligatæ, nisi dolus arguatur in domino rei, veluti, si taceat dolosè in dampnum contrahentis. Et quid in rebus minoris conductentis domum? Gloss. in l. *item quia*, D. de pactis, tenet, non esse tacitè obligatæ, et ita ibi simpliciter cum ea transit Jaso: contrarium sententiam tenet Odofr. quia cum ipsa lex obliget, non videtur minor circumscriptus, qui utiliter jure communi, l. fin. C. de in integ. restit. minor. Opinione Odofredi sequitur Rofr. in tit. de action. *Serviana*, et istam opinionem tenet Alberic. post Cyn. in dict. l. *certi juris*, cum distinctione tamen, quæ fuit Petri, an minor conductus domum sibi utilem, et procedat ista opinio: an amplam sibi non necessariam, vel inutilem, et procedat prima opinio Glossæ. Salyc. tenet opinionem Glossæ indistinctè, quam et tenet Cyn. in addition. et etiam tenet Angel. in dict. l. *certi juris*, licet dicat opinionem Petri, ita distinguentis, esse æquam: mihi valde placet opinio Petri, ita distinguentis, quam et approbare videtur Bald. in dict. l. *certi juris*, col. 2. versic. *ego considero*, et bene facit l. 2. D. de rebus eorum; neque placet illa distinctio Angel. et aliorum dicentium, quod quando intervenit aliquod factum extrinsecum ex parte minoris, ut est invectionio rerum in domum, tunc non inducatur tacita obli-

ro (5), e por los menoscabos que ouiesse fecho en ella: e puedelas retener (6) el señor de la casa, como por peños, maguer non quiera el otro, fasta que le pague el loguero, o le enderece los menoscabos (7) que le fizo en su casa. Pero estas cosas sobredichas que fallaren en la casa, e tomare por peños, non las deue tomar el señor della por si mismo tan solamente, mas ante los vecinos, metiendolas todas en escrito (8) ante ellos, porque non pueda ser fecho engaño. E de lo que de suso diximos de las casas, entiendesse tambien de las heredades, como de las viñas, e de las huertas, que dan los omes a labrar, o arrendandolas. Ca quantas cosas metiere el labrador en ellas con sabiduria del señor (9), todas fincan obligadas al señor, e las puede tener por peños fasta que el labrador pague la renta que ha de dar por razon del arrendamien-

to, si lo non pago a los plazos que le ouiere de pagar.

LEY VI.

Como non deue ser echado de la casa, o tienda, el que la touiesse alogada, fasta el tiempo cumplido; saluo en los casos señalados.

Alogando vn ome a otro casa, o tienda, fasta tiempo cierto, pagandole el que la recibe, el aloguero que pone con el, a los plazos en que se auinieron, non le puede echar della, fasta que aquel tiempo sea cumplido. Fuera ende, por quatro razones (1). La primera es, quando al señor cae la casa (2) en que mora, toda, o parte della, o esta guisada para caer, e non ha otra (3) en que more; o ha enemistad en aquella vecindad en que mora, o otra premia porque non osa mo-

gatio rerum, eo quia tunc non à lege, sed à facto extrinseco procedit; vel nullum factum extrinsecum intervenit, et tunc quando est tacita obligatio legalis, cadat etiam in minore; undè secundum Angel. minor contrahendo matrimonium, et recipiendo dotem, tacite bona ejus sunt obligata pro restitutione dotis: non enim video bonam rationem diversitatis, cum et ipse contractus matrimonii, ipsa etiam receptio dotis facta sint extrinseca ex parte minoris. Adverte etiam, quod communis videtur conclusio Doct. in dict. l. certi juris, quod si locator per pactum sibi providit de speciali hypotheca in aliquibus bonis, non habeat locum ista tacita; solus Bald. ibi col. fin. tenet contrarium, motus, quia provisio hominis, et provisio legis descendunt ex diverso fonte, et fortè verior est opinio Bald. cætera vide per eum, et Doct. in dict. l. certi juris, et per Jason. in dict. l. item quia.

(5) *Por el loguero.* Et sic vult ista lex, quod licet dominus expellat colonum, vel inquilinum, adhuc tamen possit petere pensionem; et idem probatur in l. pen. in princ. D. eod. ubi vide Paul. de Cast. qui intelligit hoc quoad præteritas pensiones: non autem quoad futuras.

(6) *Retener.* Adde l. utique, D. de dam. infect. et l. est differentia 9. D. in quibus caus. pign. vel hypot. tacit. contrahitur.

(7) *Menoscabos.* Ut in l. 2. D. in quibus caus. pign. vel hypoth. tacit. contrahitur.

(8) *En escrito.* Adde l. cum domini 56. D. eod. et dict. l. est differentia, et ibi Bart. et Bald. in l. ade, col. 2. C. locat.

(9) *Con sabiduria del señor.* In hoc est differentia inter prædium rusticum, et urbanum: ratio differentie est, quia sancta rusticitas, ut inquit Hyeron. omnia palam habet; et sic nihil in prædio rustico infert, quod sit occultum juris præsumptione, et sic dominus de facili scire potest: at in illatis in prædium urbanum, esset quodammodo injuriosum ea detegere, et investigare, secundum Bald. et Salic. in dict. l. certi juris.

LEX VI.

Non potest conductor ante tempus à domo expelli, nisi in casibus in hac lege expressis. Hoc dicit.

(1) *Por quatro razones.* Et an in his quatuor casibus possit expellere inquilinum propria auctoritate? Azo in summa, C. eod. vult, quod sic: Rotredus, quem Alberic. refert in l. ade, col. 2. C. eod. tit. dicit, tutius esse, quod fiat auctoritate judicis, et pro hoc D. de donation. l. Aquilius 27. Bald. ibidem l. lectur. col. pen. versic. 3. quarto, vult, quod possit propria auctoritate; si tamen judex sit

aditus ab aliqua partium, debet spectari ejus auctoritas: vide ibi per eum. Et quid si locator juravit, non expellere colonum, vel inquilinum, vide per Archid. post Vincent. in cap. alienationes, 12. quæst. 2. qui vult, quod adhuc insit conditio, quæ à jure intelligitur, ut in cap. quemadmodum 25. de jurejur. et in cap. beatus, 22. quæst. 2. et l. quarto 54. §. inter locatorem 1. D. locat. vide quæ infra dicam in gloss. proxima.

(2) *Cae la casa.* Rectè posuit verbum de præsentis, volens necessitatem improvisam denotare; nam si scit eam esse, vel futuram esse, non habet beneficium hujus legis, secundum Gloss. et Doct. in dict. l. ade. Quid tamen si inter locatorem, et conductorem convenit de non expellendo conductorem, durante tempore conductionis, prout quotidie videmus apponi in instrumentis locationis? Angel. in dict. l. ade, tenet, quod propter talem conventionem non poterit expelli, licet locator indigeat habitatione: nam per hæc verba, secundum eam, videtur recessum à natura contractus locationis, ut in l. quarto 54. §. inter locatorem 1. D. eod. neque dicit esse mirum, si propter necessitatem inhabitandi, ubi tale pactum intervenit, dominus non possit auferre, quia illa verba de non expellendo, aliquid debent operari, ut in dict. §. inter locatorem, et facit optimè l. si quando 109. D. de Legat. 1. undè consulit esse cautum conductorem, ut semper in instrumento faciat apponi illa verba, quæ tamen verba nihil dicit operari, si colonus non solvat pensionem, vel malè re utatur; et hoc dictum Angel. refert, et simpliciter sequitur Decius consil. 292. col. 1. Ego tamen dubito de veritate istius dicti, ex eo quod istæ tacite conditiones in promissione, et etiam in juramento subintelligantur à jure, ut dixi suprâ ead. l. in gloss. 1. ubi allegavi dictum Archidiacon. in dict. cap. alienationes, 12. quæst. 2. et quia dict. §. inter locatorem non benè probat dictum Angel. et etiam, quia promissio de non expellendo debet intelligi rebus sic extantibus, non si necessitas superveniat, argum. dict. cap. quemadmodum 25. de jurejur. et l. quod Servius 8. D. de condit. ob causam.

(3) *E non ha otra.* Plenius se declarat ista lex, quam habetur in dict. l. ade, licet satis ibi comprehendatur, cum dicit usibus suis necessariam.

(4) *Osa morar.* Totum hoc tendit ad ostendendum causam necessariam. Bald. in dict. l. ade, in princ. col. pen. ponit aliud exemplum, ut quia in domo locata vult lacere artem lanæ, vel aliam honestam; quod videtur durum, nam in tali casu non urget necessitas, de qua in exemplis hic positis, vel similibus. Fortè procederet dictum Baldi, quando dominus, seu locator in domo sua exercebat talem artem, et propter aliquem casum supervenientem non potest ibi eam exercere, vel si casus similis necessitatis interveni-

rar (4) en ella; o si casasse el alguno de sus fijos, o si los fiziesse Caualleros (5). La segunda es, si despues que la logo, aparescio alguna cosa atal en la casa, por que se podria derribar si non fuesse adobada (6). Pero en estos dos casos (7) sobredichos tenuto es el señor de la casa, de dar al alquilador otra en que more (8), atal con que le plega, fasta el tiempo en que deue morar en la otra; o de descontarle del loguero tanta parte, quanta viniere en aquel tiempo que deue en ella morar. La tercera razon es, quando el que touiesse la casa logada, vsasse mal della, faziendo en ella algun mal por que se empeorasse, o llegando en ella malas mugeres (9), o malos omes, de que se siguiesse mal a la vezindad. La quarta es, si alogasse la casa por quatro años, o cinco, auiendo a dar por ella cada año loguero cierto; ca si passaren dos años (10), que non pagasse lo que auia a dar, dende adelante puedele echar della. E por

qualquier destas razones sobredichas, puede echar ante de tiempo, el señor de la casa, al que la touiere alogada, o alquilada, maguer el otro non quiera.

LEY VII.

De los campos, o viñas, o otros heredamientos, que arrienda vn ome a otro; que son tenudos de refazer los daños, e los menoscabos, que viniere por su culpa a los señores dellos.

Campos, o viñas, o otros heredamientos, arrendando vn ome a otro; aquel que los arrendare, deue ser acucioso (1) en aliñar, e en guardar, e labrarlos, bien assi como faria si fuessen suyos. E las lauores que ouiere de fazer en ellos, deuelas fazer en tales sazones, e en tal manera, que los arboles, e las otras cosas, que fueren en la heredad, o en la casa que arrendare, se mejoren porende, e non

ret, non aliás. Et nota henè, quòd si pro observantia locationis res locata esset obligata conductori, et sic conductor habeat jus in re; si locator dominus donet rem locatam alteri, non poterit donatarius expellere inquilinum, quamvis pro usu suo egeat re locata: et sic isto casu non militabit dispositio hujus legis, neque l. *ade*, 3. C. eod. quia in eum non transit jus locationis, sicut neque in emptorem, ut in l. *emptorem* 9. C. eod. et D. eod. l. *qui fundum* 52. ita in specie dixit Raph. Cuman. in l. *si filiosfamilias*, §. *si vir*, D. *sol. mot.* et sequitur ibi Alexand. col. 3. dicens, dictum hoc esse notandum, et quòd non meminist alibi se legisse.

(5) *Caualleros*. Istam causam non reperio in jure communi expressam: fortè de more antiquo Hispaniæ, cum filius fiebat miles, habitare solebat seorsum à patre, et domo indigebat. Idem ergò si crearetur Doctor, vel filius esset iudex, vel advocatus, ita quòd indigeret ampla domo seorsum à patre, vel si fieret presbyter: facit cap. *militare*, 23. quæst. 1. et quòd notat Gloss. et ibi Bart. et Doct. in l. *miles* 6. D. *de re judic.* et in l. *advocati* 14. et in l. *fori* 4. C. *de advoc. divers. judicior.*

(6) *Si non fuisse adobada*. Refectione tamen facta, poterit inquilinus domum inhabitare, licèt pro refectione expellatur, Gloss. et ibi notat Bart. in l. *si duo*, §. *cum inquilinus*, D. *uti possidet.* et dominus tenebitur pati ipsum habitare, et ibi habetur.

piat in se periculum, donec opus à locatore approbetur, ante approbationem, etiamsi locator non sit in mora approbandi, non tenebitur de casu fortuito, secundum Gloss. in dict. l. *opus*, D. eod. nisi specialiter recipiat in se periculum casus fortuiti, iuxta ea que notat Bart. et Doct. in l. *sed et si quis*, §. *quæsitum*, D. *si quis caution.* neque obstat l. *item quæritur* 13. §. *si gemma* 5. D. eod. quia intelligit illam, quando expressè recipit in se periculum casus fortuiti; quo casu, etiamsi veniat de natura rei, tenetur de casu, ut tradit Alexand. in dict. §. *quæsitum*, col. 4. Aliter tamen intelligit dict. §. *si gemma* Paul. de Castro in dict. l. *opus*, cujus intentio videtur, licet loquatur obscure, quòd ubi quis locat operas suas tanquam artifex, quia ex hoc asserit se periculum, tenetur de leuissima culpa; et si suscipiat in se periculum, ex pacto tenebitur de casu fortuito, ut pactum aliquid operetur, quia mentitus est se esse peritum, ex eo quia cognoscere debuerat materiam gemmæ, quæ ex ejus vitio, seu ex natura ipsius rei non poterat sculpi absque fractura: secus verò esset, quando casus accideret, non propter vitium operis, neque imperitiæ magistri, sed aliàs casu fortuito: quia tunc cum ex natura contractus solam tenebatur de leui culpa, satis operatur pactum, quòd teneatur de leuissima culpa; quæ verba Paul. de Cast. sic intellecta satis sunt notanda: et sic si in casu hujus legis vitio soli ædificium corrueret, magister qui suscepit in se periculum, tenebitur tunc de tali casu, licet accidat vitio soli, de quo aliàs non teneretur, ut in l. fin. D. eod. quia potest hoc imputari suæ imperitiæ; secus si alio casu fortuito accideret, veluti terræmotu, vel vi tempestatis, ubi nihil est, quod possit ei imputari ratione suæ imperitiæ: quod nota ad limitationem l. fin. D. eod.

(4) *Del maestro.* Etiam leuissima, quia ut dixi in gloss. præcedenti, de tali teneretur. Et nota hic, quòd casus supervenient non liberat à pœna præcedentis culpæ, ut et notat Bart. per illum text. à contrario sensu in l. *si prius*, D. eod. Et collige etiam hic, quòd mora locatoris in approbando opus, non liberat conductorem à culpa præcedenti; quod satis etiam probatur in dict. l. *si prius*, ubi Gloss.

(5) *Se pagasse.* Post approbationem ergo operis periculum est locatoris, qui approbavit: et si intelligas, quando opus corrui post approbationem ex mala custodia domini, vel casu fortuito, planè procedit. Si verò contingat vitio operis, vel culpa magistri, et domini, quando approbavit, scivit vitium, et idem erit; si verò ignorabit, imò in approbatione illa fuit deceptus, quia nescivit vitium, et tenebitur conductor, approbatione non obstante, secundum Bart. in

miento, o del loguero, deve ser tornada la cosa, que assi fuesse dada, a su señor (1). E si por aventura fuere rebelde el que la tuviere (2), non la queriendo entregar, assi como sobredicho es, fasta que fuesse dado juyzio contra el, deuela tornar despues doblada, a aquel que gela logo, o gela arrendo, o a sus herederos. Otrosi, quando algund menoscabo auiniere en aquella cosa por su culpa (3), deuelo pechar.

LEY XIX.

Como la cosa que es arrendada, o alogada, se puede vender a otro.

Auiendo arrendado algund ome, o aloga- Ley 1,
tit. 1,
lib. 10
Novis.
Recop.
do a otro, casa, o heredamiento, a tiempo cierto, si el señor della la vendiere (1) ante que el plazo sea cumplido, aquel que la del comprare, bien puede echar della (2) al que la tiene alogada (3); mas el vendedor que gela logo, tenuto es, de tornar-

dict. l. *opus*, D. eod. ubi vide II. quas allegat.

LEX XVIII.

Finito tempore locationis, si conductor non restituit rem conductam domino, si perseverat usque ad sententiam, tenetur de duplo, et de damnis rei. Hoc dicit.

(1) *A su señor.* Et præsumitur dominus ille, quia locavit; undè non habet necesse probare dominium, ut notat Bart. in l. *non abs re*, C. *unde vi*: quòd intelligi, quando fundat se in contractu locationis; secus verò si agat actione in rem, seu rei vindicatione simpliciter, non faciens mentionem de contractu locationis; tunc enim debet probare de dominio, et licet in processu constaret de locatione, non obtineret, ut notat Gloss. et Doct. in l. *si quis conductionis*, C. eod. facit l. *habebat* 13. in princ. D. *de institor.* cap. *abbate sane* 3. *de re judic.* lib. 6. et tenet Alexand. consil. 43. vol. 4. col. 1. in fin.

(2) *Tuviere.* Ex contractu scilicet locationis, sive sit ipse conductor, sive ejus hæres, ut in l. *conductores* 34. C. eod. et in l. *non abs re* 10. C. *unde vi*: et de hærede intellige, scilicet, si fuerat sciens, secundum Bart. in dict. l. *non abs re*.

(3) *Por su culpa.* Venit enim in hac actione dolus, et lata, et levis culpa conductoris, l. *in judicio* 28. C. eod.

LEX XIX.

Emptor rei locatæ potest expellere conductorem ante tempus; nisi aliud convenit inter eum, et venditorem, vel nisi fuit locatio ad conducentis vitam, vel pro se, et hæredibus: et quando emptor expellit, restituit ei venditor salarium pro rata temporis. Hoc dicit.

(1) *Vendiere.* Idem, si legaverit, vel alio titulo particulari concesserit: quia successor singularis non tenetur stare colono, ut D. eod. l. *qui fundum* 32. et l. *nihil* 120. §. fin. D. *de legat.* 1.

(2) *Echar della.* Sed quid si nolit expellere? an colonus teneatur stare locationi cum singulari successore? Dic, quòd non, ut in l. *qui fundum* 32. D. eod. sive conduxerit ad modicum tempus, sive ad longum; quia actio personalis competens locatori, non transit sine cessione in singulare successorum: si tamen esset cessa actio, tunc cogeretur stare, ut declarat ibi Bart. quem sequitur Joau. de Plat. in l. *cognovimus*, C. *de mancip. et colon.* lib. 11.

(3) *Alogada.* Idem dic, et si esset emptor fructuum, se-

Je tanta parte del loguero (4), quanto tiempo fincaba que se deuia della aprouechar.

cundum Bald. per text. ibi in l. *si fundum* in princ. 2. lectur. D. eod. tit.

(4) *Del loguero.* Sed an teneatur ad interesse ultra hoc? Videtur, quod sic. per l. *si mercas* 25. §. 1. D. *locat.* et l. *nihil* 120. §. fin. D. *de leg.* 1. et tenet Bart. in l. *emptorem*, C. eod. Alex. in l. *si filiofamilias*, §. *si vir in quinquennium*, D. *solut. matrim.* Alber. in dict. l. *emptorem*, C. eod. cum enim venditor potuit reservare jus coloni in venditione, et non fecit, justum est, ut teneatur ad omne interesse coloni, vel inquilini.

(5) *Dos casos.* Adde alium in l. fin. D. *de jure fisci*, scilicet in colono fiscali, ne fiscus teneatur illi ad interesse: et idem dicit Ludov. Rom. in Ecclesie singulari successore, in l. *si filio*, §. *si vir*, D. *solut. matrim.* cum Ecclesia, et fiscus æquiparentur, ut in l. fin. C. *de Sacros. Eccles.* et tenet Bart. in l. *cognovimus*, C. *de mancip. et colon.* lib. 11. Contrarium tamen tenet Alexand. in successore singulari Ecclesie in dict. §. *si vir*, col. 4. et ad l. fin. C. *de Sacros. Eccles.* in qua se fundant Bart. et Roman. Respondet Alexand. quod ibi solum dicitur, civitatem, et Ecclesiam æquiparari; de fisco autem nulla ibi fit mentio: unde cum jura non dicant stari debere colono civitatis, neque stabitur colono Ecclesie: adducit etiam, quia fiscus habet privilegium tacite hypothecæ, l. 2. C. *de privileg. fisci*, quod privilegium non reperitur in Ecclesia, secundum Bald. in rubr. C. *de privileg. fisci*, et in dict. l. fin. Pro dicto tamen Romani facit, quod dicit Abb. in cap. *venerabilis*, col. 4. *de judic.* ubi generaliter dicit, quod Ecclesia gaudet privilegio fisci, et quod notat Gloss. in cap. *auditis*, super verbo *jure minoris*, de *in integr. restit.* ubi dicit, quod Ecclesia utitur jure Imperii: allegat §. *si minus*, in authent. *de non alien. collat.* 2. ubi text. dicit, quod Imperium, et Ecclesia non multum differant ab alterutro: facit etiam Gloss. in l. *si procurator*, super verbo *solutio*, D. *de jure fisci*, ubi Gloss. extendit ad Ecclesiam, quod in illa lege disponitur de fisco, scilicet, quod procurator Ecclesie non possit habere fidem de pretio, sicut neque procurator fisci: Abb. etiam in dict. cap. *auditis*, col. 3. versic. 2. *nota*, infert ex dicto illius gloss. quod privilegia tributa Imperio competunt Ecclesie, et cum eo simpliciter transit Franc. Balb. in tract. *præscript.* fol. 43. col. 4. versic. 4. *quaro*: facit etiam, quod adducit Lucas de Penna in rubr. *de superindicto*, lib. 11. in questione illa, an sicut terræ domanii, seu Coronæ Regiæ sunt immunes à superindicto (quod dicitur alleviatio aliquorum non valentium solvere tributa fiscalia, et superimpositio super alios vicinos), an etiam terræ Ecclesiasticæ, seu Ecclesiarum gaudeant tali immunitate?

Sed adhuc credo veram impugnationem Alexand. et Ecclesiam in hoc non gaudere dicto privilegio fisci: quia nullo jure probatur generaliter Ecclesiam gaudere debere privilegiis fisci; et Abb. in hoc loquitur ex capite, et nullum jus allegat: et ad dict. §. *si minus*, respondetur, quod loquitur in alia materia, et quod ille text. probet contra Abb. cum dicit, *non multum differt*; et sic text. voluit non in omnibus æquiparari: et quia datur instantia, ubi non æquiparatur, ut dixit Alexand. scilicet in privilegio tacite hypothecæ: et etiam quia licet sententia lata contra fiscum indefensum, et sine suo avvocato non teneat, ut in l. *non intelligitur* 3. §. *Deus* 5. D. *de jure fisci*; contra Ecclesiam tamen, quæ habet prælatum, et non est viduata pastore, tenet sententia, etsi non defendatur, neque ejus procurator compareat, ut in cap. *ex litteris*, 4. ubi Gloss. et Doct. *de in integr. restit.* et in cap. fin. *ne sede vacant.* et per Gloss. in l. *si præses*, C. *quomodo*, et *quando judex*: et ut dicit Jaso in §. *ex maleficiis*, col. 9. *Instit. de action.* quando lex parificat duos casus in una materia, non fit extensio, quando sumus in diversa materia ab illa, in qua facta fuit æquiparatio; vult ergo, quod ista æquiparatio fisci, et Ecclesie tantum procedat in casibus expressis in jure, non verò regulariter: hoc etiam tenet Alber. in l. 2. C. *quib. caus. pign. vel hypot. tacite contrah.* Facit etiam ad hoc, quia in dubio cum Ecclesia non reperitur privilegiata, utitur jure

Pero dos casos (5) son, en que el arrendador de la cosa arrendada, non podria ser

communi, ut in cap. 1. *de alien. feud.* quem ad hoc allegat Salic. in l. 1. versic. *nunc transeamus ad personas testantium*, C. *de Sacros. Eccles.* et Alexand. consil. 182. col. 1. vol. 5. Neque gloss. dict. l. *si procurator*, §. 1. in verbo *solutio*, se fundat in æquiparatione prædicta: imò dictam illius legis extendit etiam ad minorem: et est ratio, secundum Bart. in l. *à Dico Pio*, §. *sed si emptor*, D. *de re judic.* quia fiscus, minor, Ecclesia, non possunt vendere nisi ex causa, scilicet, ut creditoribus satisfaciunt, quam causam non adimplet procurator habendo fidem de pretio; et sic ratio illius dicti non est æquiparatio fisci, et Ecclesie.

Tene ergo, quod emptor non tenetur stare colono Ecclesie, et adde Curtium senioreem ita consulentem consil. 10. Adde alium casum, ubi emptor tenetur stare colono ultra casum fisci, scilicet quando emptor post emptionem dixit colono: Volo, quod sic semines, et sic facias: nam per hoc tacite videtur fecisse pactum colono de stando locationi, ut est de mente Gloss. super verbo *tacito*, et ibi notat eam Alber. in dict. l. *emptorem*, et allegat l. *item quaritur*, §. *qui impleto*, D. *locat.* et dicit ita de facto obtinuisse. Adde alium casum in colono partiaro, cui successore singularis stare tenetur, secundum Jacob. Butricarium in l. *idemque*, D. *pro socio*, et Alber. in dict. l. *emptorem*, ubi contrarium tenet Jacob. de Bello Viso, et Spec. licet dubie, in tit. *de locato*, §. 1. vers. *sed pone locabi tibi, etc.* et Alexand. in dict. §. *si vir in quinquennium*. Moventur, quia colonus partiarus non habet jus in re, neque in fructibus, quousque ab eo sint percepti, l. *cum in plures* 60. §. *nescem* 5. et ibi Gloss. D. *locat.* et probatur in l. *arboribus* 12. §. *Julianus* 5. D. *de usufruct.* et fructus perfecti contractu emptionis spectant ad emptorem, l. *fructus* 13. C. *de action. empt.* neque colonus habet personalem actionem contra emptorem: quia illa non transit in singularem successorem, dict. l. *emptorem*, et l. fin. §. fin. D. *de contrah. empt.* Bald. etiam in dict. l. *emptorem*, col. 2. tenet hoc, dicens, quod tantum pro illo anno, quo colonus seminavit, et fecit sumptus, tenebitur stare colono, non ultra: et quatenus Bald. dicit pro illo anno, videtur, quod debeat intelligi, ita quod fructus sint jam percepti; alias neque pro illo anno tenetur stare colono partiaro; licet propter sumptus colonus posset retinere fundum, donec de eis esset sibi satisfactum, quia alias, ut dictum est, colonus nullum jus haberet in fructibus: et quia, ut dicit Joan. Andr. in *addit. ad Spec.* in loco supra alleg. in additione super verbo *fisci*, si vigore statuti bona hantii deberent penitus destrui, si colonus coluit, et seminavit prædium, et fructus sunt pendentes tempore hantii, destruentur, non obstante jure coloni, cum adhuc sint hantii domini fundi, et sint pars fundi, l. *fructus* 44. D. *de rei vendit.* Adde alium casum, scilicet, ubi in contractu locationis interveniret hypotheca honorum pro observantia contractus, secundum Bart. in l. 1. §. *quod autem*, D. *de superfic.* et in dict. l. *emptorem*, et in dict. §. *si vir*, ubi et subdit Alexand. quod ista hypotheca non operabitur, ut emptor præcisè teneatur stare colono, cum hypotheca honorum sit accessoria ad principalem obligationem, quæ solum datur ad interesse, ut in dict. l. *qui fundum*; unde oblato tali interesse per emptorem, poterit expellere colonum, ut et fuit de mente Bart. in dict. l. *emptorem*; et ibi latè tradit Salic. et fuit sentent. Jacob. Butric. in dict. l. *si mercas*, §. 1. D. eod. et hoc satis placet, et est de mente omnium Doctorum. Advertet tamen, quia Joan. de Anna, in cap. fin. col. 5. versic. *quid autem si colonus, ne prælati vices suas, etc.* dicit unum valde notabile verbum, si esset verum, quod si colonus, vel inquilinus dicat emptori, sua interesse perseverare in locatione, et ideò vult rem locatam sibi retineri, neque præterit aliud interesse, sed suum interesse esse manere in locatione; quod tunc non poterit expelli, cum istud interesse aliter sibi non possit solvi, nisi patiendum eum uti locatione: adducit ad hoc l. *si creditor* 7. §. fin. D. *de distract. pignor.* et quia tunc demum potest expelli ille, qui fundat se in hypothecaria agendo, vel resistendo, quan-

echado della, maguer se vendiesse. El primero es, si fizo pleyto (6) con el vendedor quando gela vendio, que non le pudiesse echar della al que la touiesse logada, fasta que el tiempo fuesse cumplido, a que la logo. El segundo es, quando el vendedor la ouiesse logada, para en toda su vida (7) de aquel a quien la logara, o para siempre tambien del, como de sus herederos. Ca por qualquier des-

tos casos non la podria enagenar, para poderle echar della al que la tenia logada, o arrendada; ante dezimos, que deve ser guardada la postura (8).

do offertur sibi illud, pro quo est res obligata, et inducta hypothecaria, et non aliás, ut probatur in l. *Paulus* 12. §. fin. D. *quib. mod. pign. vel hypot. solo.* et quòd sicut isto casu locator, et venditor non posset illum expellere, quia erat obligatus etiam realiter; ita neque emptor: quia obligatus actione reali potest præcisè compelli ad factum, juxta plenè notata in l. *stipulationes non dicuntur* 72. versic. *Celsus*, D. *de verb. oblig.*

Et licèt non reperiam hoc dictum ab aliquo reprobatum, ego non credo hoc suum dictum esset verum: imò de directo omnes Doctores sentiunt contrarium, nam non intelligunt de interesse voluntario coloni: sed de damno, vel interesse, quòd verè, et realiter sentiret: quid enim si daretur sibi talis domus, vel fundus, sicut ille quem conduxit, et resarciretur sibi aliud quodecumque interesse: quòd in veritate prætenderet? Non ergò standum esset ejus capitosæ voluntati: et ad motiva Ananiae facilis responsio, nam dict. §. fin. l. *si creditor*, procedit, quando fuit facta promissio de non alienando ultra hypothecam, ut statim dicam, et non sufficeret sola hypotheca, ut ibi patet; et quia diversa ratio est in emptore, quam in locatore, eodemque venditore: quia venditor tenebatur, si non vendiderat, et conductorem expulisset, actione personali ad patientiam, ut permittit frui locatione, ut probatur in cap. fin. et ibi notat Abb. *ne prælati vices suas*, intelligendo verbum ibi positum *fide data*, id est, promissione sine juramento facta; et quia sicut venditor compellitur præcisè ad tradendum, sic et locator, cum emptio, et locatio eisdem regulis consistent, ut in l. 1. D. *cod. et Instit.* cod. in princ. licèt si conductor velit, potest agere ad interesse, ut in l. *ex conducto* 15. in princ. et in l. *si in lege* 24. §. fin. D. *cod.* et ad prædicta, quæ dixi ex cap. fin. *ne prælati vices suas*, adde Spec. tit. *de locato*, §. *postquam* el 2. vers. *quid si rem locatam*, et Bald. in l. *si quis domum* in princ. D. *cod.* ubi bonus text. in emptorem verò non transit talis obligatio, et ideò potest expellere colonum, quæ fuit ratio dict. l. *emptorem* 9. C. *cod.* et probatur in l. fin. §. fin. D. *de contrah. empt. et venditione*, et traditioe facta per locatorem, non posset conveniri, ut præcisè staret locationi, cum jam hoc non sit in ejus potestate, et lege permittente potuit vendere: solum ergò manet personalis obligatio ad interesse, et sic hypotheca respectu emptoris non operabitur, nisi respectu interesse, ad quòd actio personalis competebat, ut supra dixi. Nota tamen, quòd si interveniret pactum de non alienando rem locatam, durante tempore locationis, et locator obligat bona sua, et specialiter domum, vel fundum locatam pro observantia promissorum, quòd tunc cum venditio sit nulla, ut est casus in dict. l. *si creditor* 7. §. fin. secundum veram litteram, et est etiam text. ita ponens litteram in l. fin. tit. 5. supra ead. *Part.* (de qua non fuit memor Rod. Suar. in comment. suo l. *post rem judicatam*, super verbo *que las cumplades, legis Ordinamenti*, ubi laborat in suadendo, veram litteram dicti §. *creditor* esse, nullam esse venditionem), tenebitur tali casu emptor stare colono; seu ut rectius dicam, cum in eum non transierit dominium, vel aliquod jus in re, non poterit expellere colonum, vel inquilinum: et ita post alios tenet Alex. in dict. §. *si vir*, qui licèt post alios ibi relatos videtur facere vim, quòd specialiter fundus hypothecetur, idem crederem, et si non specialiter hoc fiat, sed fiat generalis obligatio bonorum, ut et voluit idem Alexand. in l. *qui absentis*, §. 1. D. *de acquir. possess.* et Roder. Suarez ubi supra, versic. *adver-*

te tamen, cum non possit isto casu assignari ratio diversitatis inter specialem, et generalem hypothecam. Alios casus ultra prædictos adde, ut per Alexand. et Doct. in dict. §. *si vir*, et Doct. in l. *emptorem*: tetigi supra dictos, ut aliqua adderem, quæ mihi additione digna visa sunt. Et an successor in majoria teneatur stare colono, vide quæ dixi supra eod. in l. 2.

(6) *Fizo pleyto*. Ex isto pacto oritur jus excipiendi conductori, quia interest domini, argum. l. *rescriptum* 10. §. fin. D. *de pactis*, l. *si mercedem* 53. §. fin. D. *de action. empt.* secundum Bald. in dict. l. *emptorem* in princ. qui in hoc approbat secundam opinionem Gloss. ibi super verbo *emit*, licèt Salic. ibi approbat primam: sed quòd conductor possit excipere, satis probatur in ista l. *in ultimis verbis*, cum dicit: *Deve ser guardada la postura*; et clarius hoc hodie de jure Regni procedit, stante l. 3. tit. *de las escepciones*, lib. 3. *Ordin.* quæ incipit, *Paresciendo, etc.*

(7) *Su vida*. Quòd enim est ad vitam, dicitur perpetuum, ut in l. 1. D. *pro socio*, et in locatione ad vitam notat Gloss. in §. *perpetua*, 10. q. 2. et Gloss. in Clem. 1. *de reb. Eccles. non alien.* Quòd tamen si non esset locatio ad vitam conducentis, vel pro se, et suis hæredibus, ut hic dicit, facta tamen esset ad decennium, et ultra? an tunc colonus, vel inquilinus possit expelli per emptorem? Gloss. et Doct. communiter dicunt, quòd non, in dict. l. *emptorem*, et in dict. §. *si vir*: talis namque conductor habet jus in re, ut in l. 1. §. *quod autem*, ubi Bart. dicit ita communiter teneri, D. *de superficiebus*, Gloss. in l. fin. D. *si ager vectigal.* transit enim utile dominium ex tali conductione ad longum tempus, ut probatur in dict. l. *quod autem ait*, et prohibitas alienare, si locat ad longum tempus, incidit in pœnam prohibitionis, ut Bart. et communiter Doct. post Dia. tenent contra Gloss. in l. *codicillis*, §. *instituto*, D. *de legat.* 2. nisi in tali conductione fiat pactum, quòd non transeat ex tali locatione ad longum tempus utile dominium; nam tunc non transiret, ut in l. *cum manu sata* 89. §. fin. D. *de contrah. empt.* Bald. et Joan. de Imol. in l. *si domus*, §. fin. D. *de legat.* 1. et in dict. §. *instituto*, Bald. in cap. 1. §. *aut si libellario* in fin. *quibus mod. feud. amit.* quo casu salvari potest opinio Gloss. in dict. §. *instituto*.

Sed dubium mihi est, an per istam legem Partitæ reproberet illa communis Gloss. et Doct. sententia: cum enim tempore, quo istæ leges Partitæ conditæ fuerant, jam erant opiniones super intellectu dict. §. *quod autem*, et dict. l. fin. quòd diceretur modicum tempus; in quo et ipsæ glossæ variaverunt, nam gloss. dicti §. *quod autem* voluit, hoc relinqui judicis arbitrio, et idem voluit Gloss. in Clement. 1. in fin. *de reb. Eccles. non alien.* et in cap. 2. in verbo *non modicum*, eod. tit. lib. 6. et in dicta l. fin. D. *si ager vectigal.* Gloss. voluit, tempus non modicum dici decennium, quæ est communis Doctorum sententia; conditores hujus legis advertentes fortè ad varietatem opinionum, quæ erant tunc temporis, non elegerunt illam opinionem, sed quòd non modicum tempus intelligatur, quando ad vitam conducentis fieret locatio, et sic non sufficeret locatio ad decem annos: sed quia parum fido inventionibus meis; tu cogita.

(8) *Guardada la postura*. Vult ergò, quòd tunc præcisè teneatur stare colono, neque sufficeret, si offerat interesse; quòd nota ad ea, quæ dixi in gloss. magn. quòd locator præcisè compelleret stare locationi.

Eccc

LEY XX.

Como la cosa que fuere arrendada, si aquel que la arrendo, la tuviere tres dias, o mas, despues del plazo, es tenuto de fincar en el arrendamiento por otro año.

Heredad de pan, o viña, o huerta, o otra

LEX XX.

Conductor, tempore finito locationis prædii rustici, per tres dies vel plures tenens illud, videtur eo anno reconduxisse tanto pretio, sicut in præcedenti, in urbano autem secus, quia non solvit, nisi pro rata temporis, quo plus stetit respectu anni præteriti: et est ratio diversitatis, quia in rusticis posset tali tempore dimittere fundum, quòd illo anno non fieret ibi cultura; in urbanis autem quoadcumquè potest locare, vel servitium habere. Hoc dicit. Habuit ortum à l. *item quaritur* 13. §. *qui impleto* 11. D. *locati*.

(1) *Semejante*. Non ergò habebit locum hæc dispositio in rebus mobilibus, vel se moventibus, veluti si conduxi equum pro decem diebus, et tenui viginti, ut dicit Gloss. in l. *item quaritur*, §. *qui impleto*, D. eod. imò facit factum, utendo eo pro tempore ampliori, secundum Gloss. ibi, et tenet etiam Bart. limitans, nisi credat dominum permissurum, vel nisi aliàs equus ille solitus esset conducì ad vecturam. Bald. tamen ibi post Jacob. Butric. vult, quòd in dubio præsumatur habere voluntatem domini propter pactum præcedens; quòd bene nota. Sed an habeat locum ista lex in locantibus operas suas ad annum, veluti in castellanis, vel medicis, vel his qui locant operas suas ad custodiam fundi? Bart. in dict. §. *qui impleto*, et in l. *si mora*, D. *solut. matrim.* tenet, quòd non, per rationes, quas ibi vide. Din. tamen, quem ibi sequitur Paul. de Cast. vult, quòd si custos remanet in custodia castrì, finito anno pro quo custodire promisserat, quòd videtur iterum se obligasse pro custodia sequentis anni; nisi finito anno castrum obtulerit domino, quia tunc non videtur amplius se obligare ad custodiam, per text. in dict. l. *si mora*, in princ. Joan. de Imol. et Alex. ibi tenent opinionem Bart. et mihi plus placeat, per rationes Bart. cupis opinio posset intelligi, et limitari, nisi ultra patientiam conductoris operarum interveniret aliquis actus designativus taciti consensus pro sequenti tempore; quòd est de mente Bart. et in modico conducto, cui elapso tempore conductionis cives solebant solitam mercedem præstare, tradit Socin. consil. 196. vol. 1. incipit *civica præsentem consultationem*. Quid tamen si fiat liga inter duos Reges, vel civitates per quinquennium duratura? an si post quinquennium sint in amicitia, et præsent sibi mutuos favores, intelligatur liga tacite renovata? Bald. in §. *item societatem, de pace Constant.* primò arguit, quòd sic, per dict. §. *qui impleto*; tandem tenet contrarium, nisi liga renovetur expressè, per illum text. et argum. l. *si cum Herme*, C. *locati*.

(2) *Arrendada*. Sive debebat solvi merces in pecunia numerata, sive in frumento, vel aliàs sit partiarius colonus, ut tenet, et declarat Bald. in dict. §. *qui impleto*, col. 2.

(3) *Tres dias*. Nota hoc, quia contrarium tenebat Odofred. et Bald. post eum in dict. §. *qui impleto*, dicentes, requiri tempus competens, et non sufficere duos, vel tres dies; Bart. ibi dicit, relinquendum hoc arbitrio iudicis: et intellige hoc, quando colonus retineret prædium sciente, et patiente locatore, et sic de voluntate illius, ut probatur in dict. l. *qui ad certum* 14. D. eod. et tenet Bald. in dict. §. *qui impleto*.

(4) *Entiendese*. Sive sint prædia privatorum, sive republicæ, ut in dict. §. *qui impleto*, ubi Bart. infert, idem esse in tutoribus, et prælati Ecclesiarum, quàm prius locaverunt, ut eorum scientia, et patientia sufficiat. Et adde, quòd etsi interveniat pactum, quòd conductor, finito tempore conductionis, possit fundum retinere, donec sive solvantur melioramenta, quòd procedet dispositio hujus legis, quia per tale pactum non est sublatum jus commune hujus legis, et dicti §. *qui impleto*, arg. eorum, quæ tradit Joan. Andr. in

cosa semejante (1), teniendo vn ome de otro arrendada (2) para labrarla, e esquilmarla, fasta tiempo cierto; si despues que el tiempo fuere cumplido, fincare en ella por tres dias (3), o mas, que la non desampare a aquel cuya es, entiendese (4), que la ha ar-

addition. ad Spec. tit. de emption. et vendit. §. sciendum, in additione incipienti *de emptore*, etc. quæ est in 3. col. et in terminis consulti Socin. consilio 17. vol. 3. incipit *prosequendo ordinem questionum*. Procedit etiam ista lex, etsi prima locatio esset ad decem annos: nam non est quid repugnet, quin est tacito consensu locatoris, et coloni renovetur prosequenti tantum anno, ut hic dicit, et facit ad hoc dict. §. *qui impleto*, cum dicit de iustro, et quia militat ratio istius legis in isto casu, sicut et pro minori tempore esset locatio: et hoc credo verum, licet Alex. consil. 17. volum. 4. vers. 2. *principaliter*, aliud innuit, motus ex dicto Bald. in dict. §. *qui impleto*, 2. lectur. vers. *quæro hic quid in emphyteosi*, et in l. *unica*, col. 12. C. *quando non petent. partes*, ubi dicit, quòd si aliquis accepit in emphyteosim ad decennium, finito termino, non intelligitur renovasse, cum agatur de utili dominio transfereundo, et non de modico præjudicio, ut est in casu dict. §. *qui impleto*; nam Bald. loquitur de tacita reconductione emphyteosis pro illo sequenti anno, et sic de translatione utilitatis domini, quòd cessat in casu locationis, ubi non potest dici, quòd pro sequenti anno transeat aliquod dominium. E fortè etiam posset dici ex generalitate istius legis, non distinguentis an prima locatio fuerit in scriptis vel sine, quòd in omni casu ex tali tacito consensu inducatur tacita reconductio in sequenti anno, cum militet ratio hic posita etiam tali casu; licet de jure communi in contrarium (quando contractus primæ locationis facti in scriptis, id est actum ut non valeret sine scriptura) sit communis opinio, exponendo sic litteram dict. §. *qui impleto*, in fin. ibi, *nisi in scriptis*, etc. moti per l. sequentem, ibi, *neque scripturam desiderant*, sequentes opinionem Jacobi glossatoris, quam Gloss. ibi reprobavit: dicunt enim, quòd ex quo primus contractus exigebat scripturam, non videtur facta tacita renovatio, nisi scriptura fiat: et licet ista opinio sit canonizata communiter, tamen videtur fragile Doctorum motivum; nam ex quo primus contractus, facta scriptura, accepit substantiam, et perfectionem, tacita reconductio, quæ ex tacito consensu inducitur per istam legem, et dict. §. *qui impleto*, non exigit scripturam, sed tantum consensum; et quidquid sit de jure communi, ex quo ista lex in hoc non distinxit, visa per ejus conditores varietate expositionum dicti vers. *nisi in scriptis*, dict. §. *qui impleto*, videtur, quòd generaliter debeat intelligi, cum lex juris communis non clarè repugnet, et in utroque casu militet eadem ratio; et facit ad hoc, quòd Bart. et communiter Doctor. dicunt in dict. §. *qui impleto*, quòd licet primus contractus factus sit per stipulationem, adhuc ex tacito consensu sine stipulatione, et sic sine actu retrò simili, fiet dicta tacita reconductio: sed quia hæc est nova consideratio, tu cogita.

Limita tamen istam legem, quando contractus non fuit factus per modum locationis, sed per viam venditionis fructuum: nam licet locatio, et fructuum venditio æquiparentur, ut in l. *in venditionem* 3. §. 1. D. *de bonis auctor. judic. possid.* cum ista lex non exprimat hoc in venditione fructuum, non debet extendi, ut in simili questione dicit Gloss. in dict. §. *qui impleto*: ita in terminis tenet Bald. ibi in 2. lectur. vers. *sed quid si contractus*, refert, et sequitur Alex. consil. 76. vol. 5. col. 1. incipit *visis dubitationibus*. Sed facit in contrarium, quòd notat Alex. in l. *si filiafamilias*, col. 5. in princ. vers. *item fallit regula*, D. *solut. matrim.* ubi dicit, quòd emptor fructuum non habet jus in fructibus, antequàm separentur à fundo, l. *eum in plures* 60. §. *messem* 5. D. *locat.* l. *si servus* 61. §. *locati* 8. et ibi notatur, D. *de furt.* et idem est in colono, ut in dict. juris, et jura, quandoquè appellant conductorem, quandoquè emptorem fructuum, l. *Cæsar* 15. D. *de publican. et*

rendada por aquel año (5) que viene: e es tenuto de dar por ella, tanto quanto solia dar en un año de los passados. Mas si fuesse casa, o torre, o otro edificio non seria assi (6): ca estonce es tenuto el que la casa tiene logada, de dar por aquel tiempo que la tuuiere demas, quanto y durare, o biuiere; contandolo segund el tiempo passado. E la razon, por que ha este departimiento entre el arrendamiento de las heredades, e de las casas, es esta: porque aquel tiempo que tuuiesse de mas la heredad, de lo que deuia, podria ser en tal sazón, que despues non fallaria el señor, a quien la arrendasse, e perderia porende la renta, e el fruto desse año; mas en las casas non es assi, que en todas las sazónes del año

se puede ome servir dellas, o las puede ome logar.

LEY XXI.

De los que arrendaren heredades, o otras cosas; que si las embargaren aquellos que las arrendaren, que les deuen pechar los daños, si non los ampararen pudiendolo fazer.

Tienen arrendadas los omes vnos de otros heredades, o viñas, o huertas, o otras cosas semejantes; e toman otrosi a loguero casas, o tierras, o otros edificios: e acaesce a las vegas, que reciben embargos, de guisa que non pueden vsar, nin aprouecharse dellas. E porende dezimos, que si los señores destas cosas

vectigal. Bart. in l. *cotem* 11. §. *qui maximos* 5. eod. tit. et Clement. 1. in fin. *de rebus Ecclēs. non alien.* Bald. in l. *ade*, C. eod. Sed adhuc sto cum Baldo, cum multæ diuersitates possint assignari inter colouum, et emptorem fructuum, cum ad colouum pertineat cultura, et cura, et non ad emptorem; et si daretur casus in quo cultura, et cura pertineret ad emptorem; et pensionem solveret annuatim, tunc idem est dicendum, quod in colono, ex quo in utroque idem est effectus: vide ad prædicta, quæ notat Bart. in dict. l. *cotem*, §. *qui maximos*, col. 1. 2. 3. et 4. D. *de publican.* ibi videbis, quando ad emptorem fructuum pertineat cultura, et cura. Secundò limita respectu paratæ executionis: nam si prima scriptura formata est sub instrumento publico habente paratam executionem, tacita reconductio non habebit paratam executionem, cum ad hoc requiratur publica scriptura, cum scriptura debeat legi, et oculis inspicì, l. 1. D. *de his, quæ in testam. delent.* Bald. in l. *legem* in princ. C. eod. Tertiò limita, quòd licet inducatur tacita reconductio, non tamen videatur repetita pœna apposita in locatione prima, secundum Dinium in l. *cum pater*, D. *de legat.* 2. et sequitur Bald. in dict. §. *qui impleto*, 2. lectur. adducens rationem, quia pactum pœnale non infirmat primum contractum, undè pœna non petitur eodem genere actionis; allegat l. *prædia*, D. *de action. empt.* Quartiò limita, secundum Bart. in dict. §. *qui impleto*, quando ultra patientiam, seu tacitum consensum, requirelatur aliud ex parte locatoris, ut si tenebatur certas res dare conductori; nam tunc ex solo consensu non videtur renovata conductio: ex quo etiam inferitur per eum ad Postestates, et castellanos, seu tutores, seu alia officia, quæ necessitate publica imponuntur, ubi non sufficit talis tacitus consensus, sed requiruntur aliæ solemnitates: solent enim, ut ibi declarat Paul. de Cast. nomina talium officialium, qui eliguntur à republica, extrahi de bursa, vel sacco: cum enim requirantur aliquæ solemnitates, quæ non interueniant in tacito consensu, non fit tacita renovatio; quod est notabile. Quinto limita, quando ex parte conductoris non posset sumi alia conjectura, nisi tacitus consensus manendi, seu perseverandi in prima conductione; tunc nimirum, quòd inducatur tacita reconductio, quia aliàs delinqueret, si remaneret animo lucrandi fructus, et non solvendi pensionem, quod in dubio non præsumitur, l. *merito* 51. D. *pro socio*, ut declarat Doctor. signanter Paul. de Cast. in dict. §. *qui impleto*; secùs ergò, si sine delicto aliter posset remanere, veluti si in domo locata ipse conductor partem haberet, nam ratione partis pro indivisa poterit habitare totam domum, neque tenebitur ad pensionem partis consocii, gloss. notab. in l. *Sabinus*, D. *comun. diuid.* Bald. in cap. 1. §. *præterea ducatus, de prohib. feud. alien. per Freder.* Bald. Angel. et Imol. in l. *duo fratres*, D. *de acquir. hered.* Paul. de Cast. et ibi Jaso col. pen. in l. 1. C. *qui testam. fac. pos.* quod tamen tu limita, et intellige, quando

domus erat ita ampla, quòd sufficiebat pars, quam iste habebat, sibi ad inhabitandum; secùs si talis pars non sufficeret sibi, imò esset aliam domum conducturus, nam tunc tenebitur ad pensionem partis consocii, et similiter intelligetur facta tacita reconductio, de qua hic: hoc probatur ex dicta notab. Alber. quod non memini me alibi legisse, in l. *merito*, D. *pro socio*, ubi limitat illud dictam in socio, qui aliam domum esset conducturus; allegat l. *si non sortem*, §. *libertus*, D. *de condict. indeb.* et fulcitur hæc limitatio maxima æquitate, pro qua facit Gloss. notab. in l. *adeo*, §. fin. in gloss. fin. D. *de acquir. rerum domin.* ubi text. dicit, quòd si arbor posita prope confinium in vicinum fundum radices egerit, est communis; sed limitat, et intelligit gloss. prædicta, quando non poterat sustentari ex prima terra: aliàs est illius tantum, in cuius fundo arbor nata est: facit etiam, quia quando pars sua non esset sufficiens, non diceretur habere domum, iuxta notata in l. *legato generatiter* 37. in princ. signanter per Paul. de Castr. D. *de legat.* 1. et tene cordi istam limitationem. Limita etiam, et intellige istam 5. limitationem, quando post primam conductionem conductor haberet partem in domo conductæ; secùs si tempore quo primò conduxit, iam habebat partem in domo, licet talem, quæ sufficeret ad inhabitandum, et nihilominus conduxit partem socii, ut haberet magis spatiosam domum: nam tunc manendo in domo ex tacito consensu induceretur dicta tacita reconductio, argum. l. *Mela* 14. §. 1. D. *de alimen. et cibar. legat.* et quia eadem voluntas præsumitur durare, nisi constet de contrario, l. *si pater* 4. in princ. D. *de manum. vindict.* Gloss. in cap. *de reptis*, 31. quæst. 2. l. *cum hic status* 32. §. 1. cum sequenti, D. *de donation. inter virum, et uxorem*, l. *cum tacitum* 3. et l. *cum qui* 22. D. *de probat. cap. maiores* 3. *de Baptis.* et quod notat Joan. And. in addit. ad Spec. tit. *de locato*, §. fin. versic. 98. in addit. super verbo *possit*.

(5) *Aquel año.* Quid si percipiatur fructus bis in anno, vel quolibet mense, vide Bart. bene ista declarantem in dict. §. *qui impleto*, vers. *quaro, quæ est ratio*, et Bald. in l. *legem*, in fin. C. eod.

(6) *Non seria assi.* Aliquando tamen idem esset in prædio urbano, quod in rustico, ut declarat Bart. in dict. §. *qui impleto*, et Bald. in dict. l. *legem*, quos vide; et eorum dicta fundantur ex ratione differentie inter urbanum, et rusticum prædium posita in ista lege. Lex tamen Fori lib. 3. tit. 17. l. pen. vult idem esse in prædio urbano, per quam ita dicit Peregrina in parte *locatio*, quæst. 2. in littera 4. oporteret tamen probari de observantia talis legis Fori; aliàs staretur huic legi.

LEY XXI.

Si conductor impeditur uti re locata per domitum, vel alium in casu non permisso, quem dominus potest prohibere, tenetur ei dominus ad damnum, et lucrum, quod indè erat habiturus, si prohibitus non fuisset: idem, si ex

sobredichas, o otros a quien lo ellos pudiessen vedar (1), embargassen en alguna manera, a los que las touieren arrendadas, o alogadas, que non pudiessen vsar, nin aprouecharse dellas, que les deuen pechar todos los daños, e los menoscabos, que viniere por tal razon como esta. E aun deuenles pechar demas desto, las ganancias (2) que pudieran auer fecho, en aquellas cosas que tenian arrendadas, o alogadas, si non gelas ouiesse ellos embargado. Mas si otros estraños, que non fuessen los señores dellas, nin atales omes a quien lo ellos pudiessen vedar, les fiziessen atal embargo; si aquellos que las embargan, han alguna razon derecha (3) por si, por que lo fazen, assi como por ser señores dellas, o por tenerlas empeñadas, o por otro derecho que ouieren sobre ellas, por que lo pudiessen fazer; dezimos, que si aquellos que las dieron a arrendamiento, o a loguero, eran sabidores desto, que deuen pechar a los otros todos los daños, e los menoscabos, con las ganancias que pudieran y fazer, segund diximos quando lo ellos embargassen. Mas si quando lo ellos arrendaron, o logaron, non fuessen sabidores (4) que los otros ouiesse derecho en ellas; estonce non serian tenudos de lo pechar, mas de tanto, quanto ouiesse rescabido (5) dellos por ra-

zon del arrendamiento, o del loguero; e si non ouiesse recebido nada, non han demanda ninguna contra ellos. Pero si aquellos que tenian las cosas arrendadas, o alogadas, ouiesse fecho misiones (6), en labrar, o enderegarlas que fuessen tales, por que valiesse mas; estonce, aquellos que gelas embargaron, son tenudes de gelas dar, y pechar a bien vista del Jdgador. E esto que diximos en esta ley, se entiende, si los arrendadores auian buena fe quando las arrendaron, cuydando que aquellos de quien las recibieron, auian derecho de las arrendar, o de las logar; ca si ellos auian mala fe, sabiendo que eran de otro, estonce non aurian demanda (7) ninguna en esta razon, contra aquellos de quien las tenian.

LEY XXII.

De los frutos que se pierden, o se destruyen, por alguna ocasion; que non es tenuto aquel que los arrienda, de dar la renta que prometio por ellos.

Destruyendose, o perdiendose los frutos de alguna heredad o viña, o otra cosa semejante (1), que touiesse arrendada (2) vn ome de otro, por alguna ocasion que acacesciese,

causa justa prohibere non potest impediendum, quam sciebat locator tempore locationis; sed si ignorabat, tenetur dumtaxat ad recepta; et tenetur justè impediens conductori ad meliorationis estimationem. Et prædicta habent locum, nisi conductor tempore contractus scivit justè posse impediri: tunc enim denegatur ei actio contra locatorem. Hoc dicit.

(1) *Vedar.* Veluti si erant famuli, vel servi, vel subditi locatoris, l. *seruus* 20. D. *de action. et obligat.* l. *non videtur* 167. §. *qui jussu* D. *de regul. jur.* ubi Gloss. et per Joan. And. in cap. *proposuit, de concession. præben.* ubi et Abb. pen. col. et si possent providere, ne vis fieret colono; si non fecit, tenetur ad totale interesse, ut hic, et in l. *si fundus* 33. cum ll. sequent. D. eod. et per Bart. in l. *si uno*, §. *item cum quidam*, versic. 3. *casu principali*, D. eod.

(2) *Ganancias.* Istud lucrum potest dupliciter considerari; primò habito respectu ad estimationem fructuum, et proventuum, quia fructus, et proventus erant majoris estimationis, quam pretium solvendum; et istud tale lucrum potest peti etiam à non solito negotiari, ut in dict. l. *si fundus* 33. et in l. *si in lege* 24. §. *colonus* 4. D. eodem istud enim dicitur interesse circa rem, et ideò indistinctè pertinet ad conductorem, l. *si sterilis* 21. §. *cum per venditorem* 3. D. *de action. empl.* et notatur per Bart. in l. *si mercis*, §. *vis major*, D. eod. Secundò potest considerari istud lucrum, quia si talem utilitatem ex fundo conductor percepisset, potuisset cum pecunia indè habita negotiari, et lucrari; et tale lucrum non potest peti, quia dicitur interesse extra rem, ut in dict. §. *cum per venditorem*; neque de tali interesse, seu lucro loquitur ista lex, ut patet, cum dicit *en aquellas cosas que tenian alogadas, etc.* quod intellige in non solito negotiari; nam in solito negotiari communis opinio Bartol. et Doctorum est in l. *unica*, C. *de sentent. qua pro eo, quod interest*, et in l. 3. §. *fin.* D. *de eo, quod certo loco*, quòd tale lucrum peti possit, et in terminis locationis tenet Socinus consil. 136. vol. 2. incipit *pro fundamento*, col. 4. vers. 2. *considerari potest.*

(3) *Razon derecha.* Idem dic, si factum tertii sit in-

justum, cui locator non potest resistere, l. *ex conducto* 15. §. 2. ibi, *incursus hostium*, D. *locat.* et notat Bart. in l. *si uno*, §. *item cum quidam*, col. 2. eod. tit. ubi intelligit, nisi culpa locatoris tale factum injustum fieret, veluti propter inimicitiam, quam habebat cum eo, D. eod. l. *si mercis* 25. §. *culpa* 4.

(4) *Sabidores.* Approbat opinionem Gloss. in l. *si quis domum*, in princ. D. *locati*, contra quam tenebat Paul. de Castr. ibi.

(5) *Ouiesse rescabido.* Pro rata illius temporis, quo colonus frui non potuit re conducta, et sic ad exonerationem mercedis pro rata, ut in l. *si fundus* 33. cum l. *et hæc distinctio* 35. in fin. princ. D. eod.

(6) *Misiones.* Vide de hoc in l. 40. tit. 28. *Part.* 3. et quæ ibi dixi.

(7) *Non aurian demanda.* Adde l. *si fundum* 27. C. *de eviction.* et l. 19. tit. 5. supra ead. *Part.* et quæ ibi dixi.

LEX XXIII.

Non tenetur conductor ad solutionem, si omnes fructus rei locatæ occasione non multum consueta destruantur; sicut inundatione aquarum, pluvia nimia, grandine, igne, sole, vento nimis calido, exercitu inimicorum, aut aliorum assonata, avibus, locustis, aut vermibus: in his non tenetur conductor: sed si pars fructuum remansit, eligit conductor redditus solvere, aut deductis expensis fructus domino restituere: sed si culpa conductoris, seu herbarum, vel spinarum ibi nascentium, vel per se fructus consumuntur, pereunt periculo conductoris. Hoc dicit.

(1) *Semejante.* Sed in urbanis agris conductis quomodo propter sterilitatem fiet remissio, dic, secundum Bald. in *addition. ad Spec.* tit. *de locato*, col. 1. quòd erit, quando ex domo fructus, et utilitas percipi non potest propter guerram, vel malum statum civitatis.

(2) *Arrendada.* Quid si conduxerat ad longum tempus? au tunc remittatur pensio propter sterilitatem? Bald. tenet,

que non fuesse muy acostumbrada (3) de auenir; assi como (4) por auenidas de rios, o por muchas lluias, o por granizo, o por fuego que los quemasse, o por hueste (5) de los enenigos, o por asonadas de otros omes que los destruyessen, o por sol, o por viento muy caliente, o por aues, o por langostas (6), o otros gusanos que los comiessen, o por alguna otra ocasion semejante destas, que tollesse todos los frutos (7); dezimos, que non es tenuto el que lo touiesse arrendado, de dar ninguna cosa del precio del arrendamiento, que ouiesse pro-

metido a dar. Ca guisada cosa es, que como el pierde la simiente, e su trabajo, que pierda el señor la renta que deve auer. Pero si acaesciese, que los frutos non se perdiessen todos, e cogiere el labrador alguna partida dellos (8), estonce en su escogencia (9) sea, de dar todo el arrendamiento al señor de la heredad, si se atreuiere a darlo; e si non de sacar para si las despensas, e las misiones que fizo en labrar la heredad, e lo que sobrare, delo al señor de aquella cosa que tenia arrendada. Mas si se perdiessse el fruto por su culpa (10), assi como

quòd sic, in l. 1. col. 3. *C. de jur. emphyt. ex eo*, quia merces, seu pensio commensuratur cum fructibus, et idem valt in 2. lectur. illius leg. col. pen. ubi assignat aliam rationem diversitatis inter conductorem ad longum tempus, et emphyteutam, et adde Alexand. consil. 28. vol. 4. Adde etiam, quòd procederet dispositio hujus legis, sive præstet mercedem in pecunia, sive incerta quantitate fructuum, licet tunc non dicatur propriè locatio, sed contractus innominatus, secundùm Gloss. in l. *excepto*, *C. eod.*

(3) *Muy acostumbrada*. Nota hoc verbum, nam si ex consueto casu fortuito corrumpuntur, non tenebitur dominus ad remissionem mercedis: solum ergò tenebitur propter casus insolitos, et hoc idem probatur in l. *ex conducto* 15. §. *si vis tempestatis* 2. versic. *sed et si uredo*, ibi, *feruore solis non assueto*, et in versic. *si verò nihil extra consuetudinum*, D. eod. quod Alber. in l. *licet*, *C. eod.* in fin. dicit nota dignum, inferens ad tempestates, quæ sæpè accidunt in Lombardia, ut per eas non fiat remissio.

(4) *Assi como*. Hic enumerat casus fortuitos, ut et enumerantur in dict. §. *si vis*, et adde l. 3. tit. 2. *suprà ead. Part.* et vide quæ ibi dixi.

(5) *Hueste*. Limita, et intellige, quando supervenit guerra et incursum hostium post contractam locationis; secus si antea erat guerra, quia imputandum est eis, qui sciverunt statum et conditionem rei, et non providerunt; unde non excusantur à pensione, secundùm Bald. in §. *vasalli, qui tempore, de pace Constant.* argum. l. *qua bona*, §. *de illo*, D. *de damno infect.* et in l. *habitatores*, §. *fin.* eod. tit. et fuit etiam hoc dictum Cyn. quod idem Bald. allegat in dict. §. *si vis*, referens, quòd istud dictum Cyn. vehementer allegabat contra emptores fructuum eujusdam loci. Dicit tamen, quòd pro eis dicebatur deteriorem conditionem agentium, quia ex natura contractus locator, et venditor sciebat se teneri ad habere licere, et quòd locator tenetur ad habere licere etiam de facto, ut in dict. §. *si vis*, licet secus sit in venditore, ut in l. *fin. C. de action. empl.* sed placet primum dictum, et satis probatur in ista lege Partitæ, quæ vult, quòd talis occasio superveniat post conductionem, cum dicit, *touiesse arrendada, etc.* Si tamen ante locationem, conductore ignorante, casus fortuitus venerit, vide per Bald. in l. 2. *C. de contrahen. emption.* Et nota, quòd in hac materia idem judicatur de timore, seu suspitione belli, quod de ipso bello, secundùm Pet. de Anchar. consil. 88. incipit *premissa facti serie*, ubi notabiliter.

(6) *Langostas*. Adde l. *excepto* 13. *C. eodem*,

(7) *Todos los frutos*. Sumptum est ex dict. l. *ex conducto* 15. §. 1. versic. *sed et si labes*, D. eod. ibi, *omnemque fructum, etc.* Et quid si clericus non potuerunt colligere fructus beneficiorum propter incursum hostium? an teneantur ad decimam, quam Papa aliquando imponit? Bald. dicit, quod non, in l. *acceptam*, in fin. *C. de usur.* allegat bonum text. in l. *forma* 4. §. 1. D. *de censib.*

(8) *Alguna partida de ellos*. Intellige, ita quod sit minus dimidia eorum fructuum, qui soliti sunt colligi: nam si ascenderent usque ad dimidium, vel ultra, tunc non est sterilitas, sed fructuum exiguitas, quæ non inducit remissionem mercedis, l. *ex conducto* 15. §. *cum quidam* 5. D.

eod. quod autem sic intelligi debeat, patet ex eo, quod hic dicit (*alguna partida*) et sic verificatur in minori parte, quàm dimidia, ut dicit gloss. singul. in Clement. 1. in verbo *aut earum parte, de foro compet.* quam ad hoc dicit esse menti tenendum Abb. in cap. *super eo*, 2. notab. *de eo, qui cognov. consanguin. uxoris suæ*, et dicit eam valdè singul. Alexand. in *addition. ad Bart.* in l. *dem*, quod *Sabinus*, D. *de hered. instit.* in additione magna in fin. et Jaso in l. *stipulatio ista*, §. 1. col. 4. D. *de verb. oblig.* Et quid si fructus ejusdem fundi consistebant in frumento, et oleo, et frumentum totum perdat, olei autem fuit abundantia, ex qua damnum frumenti suppletur, vide per Bald. in l. *licet*, *C. eod.* versic. 9. *quæra*, ubi tenet, quòd tunc velamine ubertatis paupertas operitur.

(9) *En su escogencia*. Nota valdè, nam tollit varietatem opinionum, quæ erant de jure communi, quando dicitur sterilitas; in quo fuerunt tres opiniones magistrales magis communiter approbate. Prima, quod consideretur vulgi opinio, secundùm quam attento reddito percepto tempore illius locationis reputaretur sterilem fuisse, ut notat Gloss. in l. *licet*, *C. eod.* ubi Salic. dicit, quòd ita communiter tenetur. Secunda opinio erat, quòd ibi esset sterilitas, ubi constaret tantam esse damnum, quod conductor non percipisset dimidiam ejus, quod solitum est percipi, ut fuit de mente Gloss. in l. *si uno*, in princ. D. eod. et Bald. in l. *licet*, *C. eod.* et Joan. de Imol. ubi declarat qualiter hoc colligatur ex illa gloss. in cap. *propter sterilitatem* 3. col. 2. eod. tit. Tertia fuit opinio, ut sterilitas dicatur, si attento pretio quod solvitur, et deductis sumptibus occurrentibus circa perceptionem reddituum, reperitur conductor deceptus ultra dimidiam justipretii, ut quia fructus, qui supersunt, non ascendunt ad dimidiam pretii promissi pro unaquaque locatione; secundùm Bart. Bald. post Jacob. de Aret. in dict. l. *licet*, et Bart. in l. *si uno*, §. *ubicumque*, D. eod. tit. Anton. et Joan. de Imol. in dict. cap. *propter sterilitatem*, Paul. de Cast. in l. *ex conducto*, §. 1. D. eod. Bart. etiam fuit in hoc varius: nam in l. *si merces*, §. *vis major*, D. eod. tit. dicit, quòd tunc dicitur sterilitas evenisse, quando deductis expensis, quas fecit colonus, nil ultra remanet de fructibus: quæ opinio, secundùm Abbat. in dict. cap. *propter*, est contra illam text. ut ibi per eam, ubi Joan. And. ponit aliam opinionem: vide ibi latè per Joan. de Imol.

Ista nostra lex decedit, ut tunc dicatur sterilitas, quando aliqua pars fructuum remansit, licet non omnes fuerint consumpti, et quod tunc sit in electione coloni retinere fructus, et solvere pensionem, vel, si hoc nolit, deducere possit sumptus ex fructibus perceptis, et si qui supersint illis locatori relinquat; et sic videtur hic approbati secunda opinio supra posita: et additur, quod hic disponitur de electione conductoris; nam Bald. in dict. l. *licet*, cum tetigit istam opinionem, subjunxit hæc verba: Colonus ergò non respondebit illo anno, tamquam mutuum colens, sed tamquam partiarius non deductis expensis, ut *extra de decimis*, cap. *tua nos*: quod ergò hic disponitur, deviat ab illo dicto; ideò tene menti.

(10) *Por su culpa*. Et adde, quòd culpa sua esset, si non solvit decimas, ut in cap. *revertimini* 65. 16. quæst. 1. et tenet in terminis Joan. And. post Hostien. in cap. *prop-*

por labrar mal (11) la heredad; o por yeruas, o por espuias que naciessen en ella, tantas que lo tolliessen; o se consumiessen los frutos por si mismos (12), o por mala guarda del arrendador; estonce seria el peligro del que toniessa la cosa arrendada: e seria tenudo de dar el arrendamiento, en la manera que le ouiesse prometido de dar.

LEY XXIII.

Por quales razones los arrendadores son tenudos de dar las rentas, maguer el fruto de la cosa arrendada se pierda por ocasion.

Perdiendose los frutos de la cosa que es arrendada, por alguna ocasion que viniessa por aventura, non seria tenudo de dar al señor la renta, el que la prometiera, assi como de suso diximos. Pero casos y a, en que non seria assi. El primero es, si quando se fizo el pleyto de arrendamiento, se obligo el que rescibio la cosa, que por qualquier ocasion (1) que se perdiessa el fruto, a el pertenesciessa el daño. El segundo es, si rescibiesse la cosa, a labrar por dos años (2), o mas: ca si vn año de aquellos se perdiessen los frutos, por alguna destas ocasiones que diximos en la ley ante desta; y el año ante desse, o despues (3), ouiesse cogido tantos

frutos, que, seyendo bien asmado, abondaria (4) para pagar el arrendamiento, e las despensas del labrador, por ambos los años; estonce, tenudo seria de pagar el arrendamiento: e maguer el señor de la heredad le ouiesse quitado la renta (5) de aquel año en que se perdiessen los frutos, si en aquel año que viniessa despues desse cogiesse atantos frutos, que abondasse a ambos los años, segund es sobredicho, puede gelo demandar. Otrosi dezimos, que si por aventura acaesciere, que la heredad, o la cosa arrendada rendiere tan abondadamente vn año, que pueda montar mas del doblo, de lo que solia rendir vn año con otro comunalmente; que estonce deue otrosi, el que la tiene arrendada, doblar el arrendamiento; si esta abundancia vino por aventura (6), e non por acucia del que la labrasse, de mas labores que solia, o por otras mejorias que fizesse en la cosa. Ca guisada cosa es, que como al señor pertenesce la perdida de la ocasion que viene por aventura, que se le siga bien otrosi, por la mejoría que que acaesce en la cosa por essa misma razon.

ter, de locato, super parte sine culpa, et Dominicus in cap. 1. ad fin. de decimis, lib. 6. et adde ad istam legem l. ex conducto 15. §. 2. D. eod. ibi, si qua tamen vitia, et l. si merces 25. §. culpa 4. eod. tit. et dict. cap. propter sterilitatem, et facit, quod si intrusus in majoria fecit aliqua damna in rebus majoria propter odium, et inimicitiam illius, ad quem pertinebat, veluti si abscedit montes, vel extirpavit vineam, quod si postea ille, ad quem pertinebat, recuperet majoriam, vel filius ejus, quod poterit ab eo recuperare damna illata in rebus majoria propter ejus odium, et inimicitias: et videtur de hoc casus, secundum Bart. ibi in l. si emancipato 17. D. de legat. prestand.

(11) *Labrar mal.* Adde l. ex conducto 15. §. 3. ibi, si pradium coluisti, D. eod. et l. si merces 25. §. conductor 3. eod. tit.

(12) *Por si mismos.* Hoc verbum limita, nisi id contigerit vitio soli: nam et si fuissent percepti, fieret propter hoc remissio, secundum Host. et ibi Imol. in cap. propter sterilitatem, eod. tit. ubi vide Joan. de Imol. col. 11.

LEX XXIII.

Si ad casum fortuitum se obligavit conductor vel cum ad duos, vel plures annos conduxisset, et potuit, deductis expensis, ex fructibus cum ubertate precedentis, vel sequentis anni sterilitas compensari, tenetur ad solutionem pretii. Item si reditus forte, et non ob industriam, et culturam coloni augeantur, ita quod fundus attulit duplum ejus, quod dare solebat, duplicatur domino merces illius anni: quia ad quem periculum spectat, spectare debet et commodum. Hoc dicit.

(1) *Por qualquier ocasion.* Innuit ista lex, sufficere generalem renuntiationem fortuitorum casuum, licet aliqui casus non exprimantur, quando generalis renuntiatio fit in contractibus; quam opinionem tenuit Salic. in l. 1. C. com-

mod. vide de jure communi, quæ dixi in l. 3. tit. 2. supra ead. Part. et adde ad istam legem l. licet 8. C. eod.

(2) *Por dos años.* Et sic sub una locatione; nam si essent diversæ, non procederet, quod hic disponitur de compensatione respectu ubertatis, ut hic innuit, et tenet Bald. et Salic. in dict. l. licet, C. eod. nisi fieret per modum derogationis: vide ibi Bald. vers. 10. *quæro.*

(3) *O despues.* Sive sit annus immediatè sequens, sive interpollatus, ut hic innuit, et tenet Gloss. in dict. l. licet, C. eod. ubi et tenet Salic. et tenet Host. Imol. et Abb. in dict. cap. propter sterilitatem, eod. tit.

(4) *Abondaria.* Declarat henè, quando dicatur ubertas; super quo fuerunt opiniones, de quibus per Gloss. in l. si uno in princ. D. eod. et C. eod. l. licet, et per Paul. de Cast. in l. ex conducto, §. 1. D. eod. et tene menti istam legem, quia deviat in aliquo ab his, quæ Gloss. et Doctores tradunt in dictis locis, et ista lex sequi videtur opinionem Nicol. de Matar. quam recitat Bald. in dict. l. licet, vers. 9. *quæro, C. eod.*

(5) *Quitado la renta.* Etsi utatur verbo donationis, ut habetur in l. ex conducto 15. §. 4. D. eod. quia verba accipiuntur secundum subjectam materiam.

(6) *Por aventura.* Id est, casu fortuito, veluti si locavit molendionum, ex quo locator consuevit recipere quinquaginta, nunc verò, quia alia molendina sunt destructa, vel ruinata, recepit centum, secundum Bart. in l. si merces, §. vis major, D. eodem, et Abb. in cap. propter sterilitatem ad fin. eod. tit. secus verò si aliqua augmentatio veniret propter bonitatem rei locatæ, vel propter industriam coloni. Adde Paul. de Cast. in l. cotem, §. qui maximo, D. de public. et vectig. ubi ponit istud exemplum de molendino, et intelligit, quando augmentum venit ex casu, quem verisimiliter contrahentes non potuerunt excogitare, et supervenit post contractum locationis; ubi etiam ponit aliud exemplum: vide ibi.

LEY XXIV.

De los mejoramientos que los arrendadores fazen en las cosas que tienen arrendadas, como el señor los deve refazer al arrendador.

Mejoran a las vegadas los arrendadores los heredamientos, e las otras cosas que tienen arrendadas, faziendo y lauores, o cosas de nuevo, e plantando (1) y arboles, o viña, porque la cosa vala mas de renta, a la sazón que la dexan, que quando la tomaron: e porende es derecho, que assi como quando fazen daño en la cosa arrendada, que son tenudos de lo mejorar; bien assi les deve ser conocido, e gualardonado, el mejoramiento que y fizieren. E porende dezimos, que el señor tenudo es, de dar las misiones (2) que fizo en aquellas cosas que mejoro, o de gelas descontar del arrendamiento. Fuera ende, si en el pleyto del arrendamiento fuesse puesto, que fiziesse de lo suyo tales lauores, e mejoras, como estas que de suso diximos: ca entouce (3) sería te-

LEX XXIV.

Tenetur dominus conductori solvere meliorationis expensas operis novi plantationis rei, nisi aliter conveniat: quia sicut solvit deteriorationem, justum est, quod habeat de melioratione remunerationem. Hoc dicit.

(1) *Plantando.* Et sic loquitur ista lex, non solum quando expensæ sunt necessarie, verum etiam si sint utiles: hoc idem probatur in l. *dominus horreorum* 55. §. *in conducto* l. et in l. *pen. D. cod. et dicit Paul. de Cast. in dict. §. in conducto*, quod necessarie indistinctè repetantur: utiles verò tunc, quando factæ sunt de voluntate locatoris tacitè, vel expressè; vel si non affuit voluntas, non sunt graves locatori, per leges quas ibi allegat: et adde l. 41. tit. 28. *Part. 3.*

(2) *Las misiones.* Sed an possit asportare res illas, quas apposuit meliorationi domum? Dic, quod si hoc vellet conductor potest, dummodò commode id fieri possit, ut in l. *sed addes* 19. §. *si inquilinus* 5. D. *cod.* Et nota, quod procedit dispositio hujus legis etiam in conductore ad longum tempus, secundum Bald. in rub. *C. de jure emphyt.* col. 1.

(3) *Ca entouce.* Ideo videtur, et si non sit expressum in pacto, quod meliorationes fieri debeant per colonum; sed generaliter fuerit dictum, quod colonus rem melioraret, seu data fuit ad meliorandum, ut vult Bald. in dict. l. *colonus*, quæ est l. *pen. D. cod. in princ. ad fin. 2. lectur.*

LEX XXV.

Non tenetur locator de re perditâ in apotheca locata, nisi in se custodiam recepit, aut ejus culpa, vel dolo perdat; de furtivo autem casu non tenetur. Hoc dicit.

(1) *Non te prometio.* Innuit ista lex, quod locator horrei non tenetur de custodia, quando id specialiter non promisit; sed contra dict. l. *cum in plures* 60. §. *fin. D. cod.* dum dicit, custodiam autem horreorum conductoribus prestare debet, et l. 1. *C. cod.* Solve secundum Azon. *C. cod.* in summa, et Gloss. in l. *dominus*, D. *cod.* cujus dictum videtur sequi ista lex, quod debet intelligi, quando expressè, vel tacitè per traditionem clavium locator renuntiaret custodiæ; secus ergò si non expresisset, se nolle teneri ad custodiam, vel claves non tradidisset, quia tunc teneretur ex levi culpa propter malam custodiam, et ita intelligatur dictus §. *fin.* Quia tamen ista lex non facit istam distinctio-

nudo de guardar el pleyto, segund que fue puesto.

LEY XXV.

Del almazen que vn ome loga a otro, para tener olio, o otra cosa semejante; que no es tenudo de pechar el daño que acaesce en el.

Logando vn ome a otro algun almazen, en que metiessen olio, o otra cosa semejante; si quando gelo logo, non le prometio (1) de guardarle aquello que y metiesse, si alguna cosa se perdiessse a aquel que lo rescibio a loguero, non sería tenudo el señor de pecharle porende ninguna cosa. Fuera ende, si le pudiesse prouar, que por su culpa (2), o por engaño que le ouiesse fecho, se perdiessen aquellas cosas. Pero si el señor del almazen ouiesse y puesto (3) algun ome suyo, o extraño, por guarda de aquellas cosas; estonce tenudo sería de lenarle ante el Judgador de aquel lugar, porque le pregunten (4), e sepan del, como acaescio aquella perdida. Mas si

nem, et generaliter vult, locatorem horrei non teneri de custodia, dic, et melius, secundum Jacob. de Aret. *Odo.* et Alber. in dict. l. 1. et Bart. in dict. l. *dominus*, quod quando quis locat totam domum remotam à statione, et custodia sua, tunc locator non tenetur ad custodiam; ex quo infert Bart. quod domini, qui habent apothecas, et locant eas, ad nihil tenentur: et ita procedit quod hic dicitur, et probatur in dict. l. *cum in plures* 60. §. *fin.* quando verò quis non locat totam domum in qua sunt horrea, sed ipse retinet eam, et pro horreis percipit mercedem, tunc procedit distinctio Azon. et Gloss. in dict. l. *dominus*. An autem tunc propter traditionem clavium liberetur à custodia, vide per Paul. de Cast. in dict. l. *dominus*, et per Alberic. post Odofr. in dict. l. 1. qui volunt, quod totaliter non liberetur: vide ibi per eos.

(2) *Por su culpa.* Non intelligas de culpa mala custodia, quia, ut dixi in gloss. proxima, ad hanc non tenetur locator totius domus, seu horrei separati à domo, et custodia locantis; sed de alia culpa, veluti si noluit tradere claves, vel alias culpam, vel dolum commisit, unde res deperditæ fuerunt: et intelligendum videtur de culpa lata, nam de levi isto casu non teneretur, ut et fuit de mente Azon. *C. cod.* in summa, licet confuse loquatur; non verò de levi, vel leuissima, nisi talis culpa levis, vel leuissima consisteret in faciendo: quia tunc equipararetur lata culpe, ut notat Bart. in l. *quod Nerva*, versic. *item quæro*, 11. col. D. *depositis*.

(3) *Ouiesse y puesto.* Intellige, quando conductores domini rerum depositarum tempore depositionis sciebant, per custodes horrea exerceri, ut dicit Gloss. in l. *ex Divi* 3. *C. cod.* vel quando sciente, et patiente conductore, vel consentiente, locator custodes apposuit: quia tunc non tenentur de eorum mala custodia, sed tantum, quod eos exhibeat, ut et fuit de mente Azon. *C. cod.* in summa, col. *prin.* ad fin. et Gloss. in dict. l. *dominus*, et tenet etiam Paul. de Cast. secus si ignorante conductore: quia tunc ex appositione custodum videtur in se recipere custodiam, ut in l. *si ut certo* 5. §. *si me rogaueris* 13. D. *commod.* et de eorum mala custodia teneretur, neque liberaretur eos exhibendo, l. *vilicamus* 11. in *prin.* D. *cod.* quod intellige, quando apponeret custodem in ipso ingressu contractus; secus si ex post facto, ut in dict. l. *si ut certo* 5. §. *si de me* 14. et per Bald. in dict. l. *ex Divi*, *C. cod.*

(4) *Pregunten.* An torquentur, vide Bald. in dict. l.

diessen, o menoscabassen. Ca guisada cosa es, que pues que fian en ellos los cuerpos, e los aueres, que los guarden lealmente, a todo su poder, de guisa que non resciban mal, nin daño. E lo que diximos en esta ley, entienda-se de los ostaleros, e de los tauerneros, e de los señores de los nauios, que vsan publicamente a recibir los omes, tomando dellos ostalage, o loguero. E en esta misma manera dezimos que son tenudos de los guardar estos sobredichos, si los resciben por amor (11), non tomando dellos ninguna cosa. Fuera de en casos señalados. El primero es, si ante que lo reciba, le dize, que guarde bien sus cosas que non quiere el ser tenudo de las pechar si se perdieren. El segundo es, si le mostrar, ante que lo rescibiese, arca, o casa, e le dize: Si aqui queredes estar, meted en esta casa, o en esta arca vuestras cosas; e tomad la llau de ella, e guardadlas bien (12). El tercero es, si se perdiessen las cosas por alguna ocasion (13) que auiniese, assi como fuego que las quemasse, o por auenidas de rios, o si se derribasse la casa, o peligrasse la naue, o se perdiessen por fuerza de enemigos. Ca perdiendose las cosas por alguna destas maneras sobredichas, que non auiniese por engañio, o por culpa dellos, estonce non serian tenudos de las pechar.

Como los ostaleros, e los aluergadores, deuen recibir a los pelegrinos, e guardar a ellos, e a sus cosas.

Bien assi como los mercadores, e los otros omes que andan sobre mar, o por tierra, con entencion de ganar algo; bien assi andan los pelegrinos, e los otros romeros, en sus romerajes, con entencion de seruir a Dios, e ganar perdon de sus peccados, e Parayso. E pues que diximos en las leyes ante desta, de los ostaleros, e los marineros que reciben a los Caualeros, e a los mercaderes, e a los otros omes que andan camino, en sus casas, o en sus mesones, o en sus nauios, que los guardassen, que no recibiesen daño en sus cosas; mucho mas guisada cosa es, que fagan esso mismo a los romeros, que andan en seruicio de Dios. E porendé tenemos por bien, e mandamos a todos los aluergueros, e los marineros de nuestro Señorío, que los resciban en sus casas, e en sus nauios, e les fagan todo el bien que pudieren; e les guarden las sus personas, e sus cosas, de daños, e de todo mal, e que les vendan todas las cosas que ouieren menester, por aquellas medidas, e por aquellos pesos, e por tal precio, como lo venden a los otros (1) que son moradores en cada vn lugar de nuestro Señorío; non les faziendo otra escatima (2),

*Ley 1,
tit. 12,
libr. 1
Recop.*

bus 52. §. damna 3. D. pro socio, Gloss. in l. 3. super parte sine culpa, D. nauta caupon. etc.

(11) *Por amor.* Intellige, quando qui recipiunt, habent officium hospitandi, et recipiendi, mercede sumpta; secus si non haberent tale officium, ut dixi suprâ de amico, et satis probatur hic.

(12) *Guardadlas bien.* Nota ex hoc verbo, quòd sola clauium traditio non liberat hospitantem à periculo custodiae de qua tenetur; nisi et addat hoc verbum, scilicet, e guardadlas bien: ex hoc enim tacite videtur se eximere à custodia, et transferre eam in hospitem: et quòd dicit Glos. in l. fin. versic. *item si praxiderit*, D. naut. caup. stabul. quòd sola traditio clauium liberabit eum à leuissima culpa, non est verum, et Gloss. loquitur ex capite nihil allegans, ut dicit Bald. ibi, et quia secundum Jacob. de Rave. dictum Gloss. non est verum, quia ex hoc daretur cauponibus materia delinquendi, et habendi claves duplicatas, ut latius ibi recitat Alber. licet Angel. in l. 1. §. 1. D. furti aduers. nautas. dicit, quòd traditio clauium liberet à leuissima. Tene menti istam legem Partitarum, quia de jure communi non reperi ita bene expressum. Et subdit ibidem Alber. post Jacob. de Rave. quòd idem dicendum, et si apposerit custodem ad cameram suam, ut nihilominus hospitans teneatur, argum. D. de acquir. posses. l. quarundam 51. et C. de pact. convent. l. fin. et Adde Alber. in l. 1. C. locat. post Odofr. et hoc videtur verius, licet aliud voluit Bald. in hoc, quando apposit custodem, in dict. l. fin. §. *item si praxiderit*, et in rubr. C. deposit.

(13) *Por alguna ocasion.* Adde l. 3. §. 1. versic. *nisi siquod damno fatali contingit*, D. naut. caupon. stabul.

honorum custodia, et reram venditione, extra ordinem puniuntur iudicis arbitrio. Hoc dicit.

(1) *Como lo venden a los otros.* Adde cap. 1. de empt. et vendit. et facit, quòd curialibus, qui Regis Curiam sequuntur, non possint vendi res cariori pretio, quam incoelae locorum inter se vendunt, pro quo facit, l. animalia 18. C. de cursu publico. lib. 12. et per illam legem dicit ibi Joan. de Plat. quòd validatur statutum, quo disponitur, quòd in transitu armigerorum à republica conductorum, vel à superiore transmitterum, pabula non vendantur cariori, sed justo pretio: non tamen est facienda prerogativa milicibus, vel aliis privilegiatis personis, in pretio rerum venialium, plus quam fiat privatis personis in foro publico, ut in l. septem diebus 12. et ibi Joan. de Plat. C. de erogat. militar. annon. lib. 12. et ibi infert ex hoc, quòd contra jus est statutum, vel consuetudo, qua cavetur, quòd per tot dies fori nullus audeat emere prius, quam essent emptæ species, vel annonæ pro curialibus: quia per hoc venduntur viliori pretio cessantibus emptoribus, et dicit hoc ita fuisse de mente Andr. de Barulo: neque potest quis cogi vendere res suas pretio minus justo, ut habetur in l. 2. D. ad Leg. Jul. de annon. et probatur in l. decuriones 5. in princip. D. de admin. rerum ad civit. pertinent. et in l. non enim 9. D. rerum amol. et intellige istam legem de pretio, secundum quod est in foro publico, l. pretia rerum, D. ad Leg. Falcid. ubi Bart. et probatur in dict. l. septem diebus 12.

(2) *Otra escatima.* Nam quidquid plus justo quis appetit, sive emptor, sive venditor sit, hoc turpe lucrum est, cap. 1. ne clerici, vel monachi, et ut dicit B. August. in lib. 13. De Civitate Dei, cap. 3. omnes sunt communiter hoc vitio involuti, ut vili pretio emant, et caro vendant: et ideò non æquales sunt ubique frumenti, vinique mensuræ; ubi quidem emuntur majores, ubi vendantur minores,

en ninguna manera que ser pueda: e los que contra esto fizieren (3), deuen recibir pena, por aluedrio del Judgador del lugar, segun fuere el yerro, o el daño que fizieren.

LEY XXVIII.

De las cosas que toman los omes a censo; a quien pertenesce el daño dellas, si se pierden, e como deue ser pagado el censo.

Contractus emphyteuticus en latin tanto quiere dezir en romance, como pleyto, o pos-
tura, que es fecha sobre cosa rayz (1), que es dada (2) a censo (3), señalado, para en to-
Ley 1, tit. 15, libr. 10 Novis. Recop.

ut dicit Philos. 5. *ethicorum*, et tradit Lucas de Penna, in dict. l. *septem diebus*.

(3) *Fizieren*. Nota etiam, quòd quando peregrini inhumaniter tractantur, non solum possunt habere recursum ad iudicem loci, ut hic subjicit, sed etiam ad Episcopum; et iste est casus, in quo contra laicos potest se intromittere, ut probatur in dict. cap. 1. *de empt. et vendit.* et ibi notat Joan. de Imol. qui et allegat cap. *si quis romipetas* 23. et cap. *si quis* 21. 24. quæst. 3. et notat Innoc. ubi Abb. in cap. *significantibus*, de offic. delegat. et adde l. fin. §. *item Episcopi*, D. de muner. et honor. et l. 1. *C. de Episcop. audient.* et refert Joan. Andr. in dict. cap. 1. Abbatem antiquum dicentem, quòd audivit magistrum suum inducentem illud capitulum pro jurisdictione Ecclesiastica contra temporalem, ut posset punire quosdam, qui inimiscebant farinam fabarum ceræ venali; quod dictum fortè non admittetur in foro seculari, licet Joan. de Imol. ibi dicat; esse hoc dictum menti tenendum.

LEX XXVIII.

Emphyteosis est datio rei immobilis ad annum censum in scriptis celebrata; et fit cum partium voluntate ad vitam recipientis, vel etiam heredum: et si res tota casu perit, est emphyteota liberatus; sed si remanet octava pars, tenetur ad totum censum. Item si emphyteota Ecclesie per biennium, aut laici cesset per triennium in census solutione, etiam dominus non petente, potest ei dominus rem sua auctoritate auferre, nisi postea infra decem dies sine lite solvat: et nisi in his terminis solvat, incidit in commissum, et potest auferri res per dominum etiam sine lite: quia dies statuta pro domino interpellat. Hoc dicit.

(1) *Cosa rayz*. Constituitur enim emphyteosis super immobilibus, non super mobilibus, ut hic, et in cap. 6. §. *incertiam*, in authent. *de alien. et emphyt.* collat. 9. et notat Gloss. in §. *adeò*, *Instit. de locatione*, et Azo in summa, *C. cod.* et hoc est de natura emphyteosis, ut dicit Bald. in l. 1. in fin. *C. de jure emphyt.* ex quo dicit, quòd si continetur in instrumento, quòd Ecclesia concessit in emphyteosim olivatum in tali loco situm, quòd intelligitur de terra olivata, non de arboribus pendentibus; et subdit, quòd si actum esset, quòd ipsæ arbores essent emphyteoticæ, non fundus, quòd valeret, donec arbores sunt in fundo, propter immobilem radicem: et si veteres arbores siccantur, et novæ ex illis pullulent, duravit emphyteosis, quia non est mortua radix productiva, imò vivit in plantis, D. *de damn. infect. l. damni* 18. §. *si qui vicinas*: et quòd emphyteosis consistat tantum in immobilibus, adde Bart. per text. ibi in authent. *de non alien. §. emphyt.* 2. notab. collat. 1. res tamen mobilis ascripta solo potest dari in emphyteosim, ut notat Joan. de Plat. per text. ibi in l. *quemadmodum*, *C. de agric. et censit.* lib. 11. allegat dict. §. *emphyteosim* in fin.

(2) *Dada*. Et non requiritur, quòd à principio pretium interveniat, licet Gloss. in cap. *poluit*, de locato, dixit contrarium, secundum Abb. qui dicit communiter teneri, et vide in gloss. sequenti.

(3) *A censo*. Non intelligas, quòd contractus emphyteoticus sit contractus censualis; quia inter hos multe sunt differentie, ut notat Gloss. et ibi latè Abb. pen. et fin. col. in cap. *constitutus* 6. *de religio. damib.* Jaso in l. 1. *C. de jure emphyt.* col. 10. in fin. cum princ. 11. sed quòd emphyteosis datur sub annua pensione, vel censo. Et advertite, quia probatur hic, non esse de substantia contractus emphyteotici, quòd à principio interveniat certa quantitas pre-

tii, vel alia res prout tenuerunt multi, ut refert Alberic. in dicta l. 1. ubi dicit, hanc esse communem opinionem, de quo latè per Jason. in dict. l. 1. ubi dicit col. 1. et 2. referens in contrarium esse communem opinionem quòd non requiratur à principio aliqua prastatio quantitatis, vel alterius rei; quæ opinio approbatur hic. Quid tamen si in instrumento continetur, *talis dedit in emphyteosim vel censum?* quis contractus dicatur emphyteoticus, vel censualis? Joan. Fab. in dict. l. 1. dicit, quòd emphyteoticus; allegat l. *sed si adjiciatur*, D. *pro socio*, et l. *species*, D. *de aur. et argent. legat.* et cum eo transit Jaso, *C. cod.* l. 2. col. 89. vers. 8. *quæro*, est in 89. col. totius tractatus; et idem videtur, si diceret, *recipio in emphyteosim, et censum*, nisi ex adjunctis aliud constaret.

Sed quid de contractibus censualibus nostri temporis, ubi ponens censum, sive annuum redditum super possessione sua, non transfert dominium rei in eminente annuum redditum, sicut est in contractibus aliis censualibus antiquis, de quibus in dict. cap. *constitutus* 6. sed ipse vendens annuum redditum remanet dominus fundi, et solum vendit illud jus percipiendi? Utrum dicti contractus sint liciti, est quæstio antiqua, in qua fuerunt contrariæ, et diverse opiniones, ut patet ex notatis per Innoc. Hosti. et Joan. And. in cap. *in civitate*, de usur. et in casu in quo venditur annuus redditus jam ante istum contractum institutus, communis Doctorum resolutio est, quòd sit licitus talis contractus; sive talis census consistat in redditibus fundi, vel domus, sive ex laboribus certæ personæ, liberi, vel servi, vel in actione, vel nomine: neque potest dici, quòd hic interveniat usura, imò parus contractus emptionis, et venditionis: quia ibi est pretium, scilicet certa quantitas pecuniæ, item est ibi merx, scilicet certus redditus, canon, vel annona; et procedit hoc, sive ematur in perpetuum, sive ad vitam, vel ad certum tempus, veluti decem annorum; et idem est iudicandum de tali contractu, sicut de alio puro contractu emptionis et venditionis ejusque rei. Si verò redditus de novo constituitur tempore venditionis super fundo, vel alia re, dixerunt quidam, talem contractum esse illicitum, et usurarium, utpote quia ibi deficit merx, quæ ematur, et quia intervenit fraus de contractu ad contractum: et in hanc sententiam videtur inclinare Joann. And. in *addition. ad Spectul.* super rubrica *de usur.* ubi dicit, quòd quando fructus fuissent certi, puta censuales redditus non submissi fortunæ, et tempus certum, plus traheretur contractus ad usuram. In hanc etiam sententiam inclinare videtur Innoc. in dict. cap. *in civitate*, dum dicit, consulendum esse omnibus fidelibus, quòd à tali contractu abstineant, quando census de novo constituitur. Hanc partem etiam tenuit Henric. de Gandavo, prout refert Guilielmus Bont. in suo quolibeto, utrum liceat emere redditus ad vitam, vel in perpetuum, vel sint illiciti, et usurarii, ubi refert octo media, quibus dictus Henricus de Gandavo fundabat suam assertionem; et principale motivum istorum videtur, quod in emptionibus, et venditionibus pecunia debet esse medium, non extremum, l. 1. D. *de contrah. emptio.* non ergo in proposito pecunia debet esse extremum, id est, res empta: quia ubi pecunia est res empta, ibi est usura, ex quo pecunia pecuniam producit; et sic videtur, quod non liceat emere redditus pro pecunia, quia hoc est in effectu emere pecuniam pro pecunia: unde dicit, in casu, in quo hujusmodi contractus liciti essent, oporteret esse duos contractus, scilicet contractum emptionis fundi, et postea venditionis fundi ad certos redditus; et tunc accipitur census, sive pensio

de re sua, quia de terra empta, tradita, et exposita pro annuo censu, sive pro annua pensione percipitur: neque obstat, secundum eum, solutio aliquorum dicentium, quod emendo pensiones, vel redditus, non emitur pecunia, sed jus recipiendi pecuniam: quia licet verum sit, aliud esse jus percipiendi pensionem, vel redditus, aliud ipsa pensio, vel redditus, et propterea etiam verum sit, illud jus percipiendi pecuniam posse eum, quia est aestimabile; secundum eum videtur non posse eum illud jus immediatè, mediante nuda pecunia, sed oporteret, quod ematur mediante alio, puta; mediante fundo, vel mediante donatione, veluti si tale jus percipiendi esset donatum à Rege. Joan. de Ligniano, quem sequitur Lauren. de Rodul. in tractatu suo de *usur.* quæst. 18. in fin. tenere videtur eandem sententiam, si ultra constitutionem novi redditus interveniat pactum de revendendo; et idem videtur tenere Abb. in sua 5. disputatione, incipit *Augerio.*

Contrariam sententiam, imò, quod talis contractus sit licitus etiam in censu, qui de novo constituitur, tennerunt multi Doctor. ut refert Innoc. in dict. cap. in *civitate, de usur.* imò et ipse Innoc. non videtur deviare ab eadem sententia, licet per viam consilii dicat, abstinendum esse ab hujusmodi contractibus: refert etiam alios quamplurimos dictus Guilielm. Bont. ubi supra, eandem sententiam tenentes, in respons. ad 7. motivum Henric. de Gandavo: hoc etiam tenet Sylvester in sua summa in parte *usura,* et 2. in versic. 12. *quæritur,* ubi dicit, hoc communiter tenere Doctores Parisinos, et Canonistas in dict. cap. in *civitate,* subdens, quod non videt bonam differentiam inter affectum antiquum, et novum; tum quia non directè, et immediatè emitur affectum, seu redditus, sed jus exigendi, et percipiendi illum: tum quia, si affectus antiquus, quem secundum omnes emere licet, fuit licitè institutus, quare non potest et nunc alius institui, et vendi? Si verò fuit institutus illicitè, quasi res de se injusta licitè emi non posset, per regul. *non firmatur* 18. de *reg. jur.* lib. 6. neque etiam potest dici, secundum eum, quod hic non interveniat merx, quæ emitur; quia imò est, scilicet certus redditus, seu jus exigendi illud, et quia tenet emptio etiam fructuum futurorum, qui sperantur, l. *non emptio* 8. D. de *contrah. emptio.* ut et in iacta retis, l. *si iactum* 13. D. de *action. empt.* Hæc etiam pars videtur approbari per duas extravag. Martini quinti, et Calixti textii, quæ sunt sub titulo de *emptio. et vendit.* in vol. *extravagant. communium,* ubi tales contractus declarantur liciti, et non usurarii: hoc etiam patet ex lege nostra Taurina 68. et de novis legibus de *Madrid* anno Domini 1534. petitione 127. et in Curia Toleti petitione 10. ubi tales contractus permittuntur, etiam si interveniat pactum de retrò vendendo: et ista pars de rigore juris videtur verior, et communior inter Doctor. et stantibus dictis declarationibus Papalibus, non est ampliùs disputandum, prout in simili quæst. vult Pet. de Anchar. in regul. *peccatum, de reg. jur.* lib. 6. in fin. 16. col. ubi vult in quæst. illa, an bona infidelium, qui nobiscum vivere volunt in pace, possint capi, et deprædari? in qua quæst. fuit contrarietas inter Innocent. et Hosti. sed dicit Anchar. ibi, quod ubi ex auctoritate Pape caperentur, et deprædarentur, ejus determinationi, et diffinitioni esset standum; neque peccatum incurreret, qui auctoritate Ecclesiæ occuparet: refert etiam Guido Pape in suo opusculo de *Contractibus illicitis,* col. 8. quod istam opinionem servat totus mundus, et Papa sic tolerat, non tolerantia dissimulatoria, sed ex certa scientia, etiam inter Ecclesiasticos: et quod Papa conventui Sancti Antonii Viennensi, et etiam aliquibus Ecclesiis Collegiatis Regni Franciæ, et Delphinatus concessit, et quotidie concedit facultatem, ut possint tales pensiones annuas emere, licet secundum eum non foret necesse tales licentias impetrare, cum jure communi concedatur: et licet ista opinio sit vera, et communiter à Theologis, et Canonistis approbata.

Limita eam primò, quando novus census constituitur à dante pecuniam in personam ipsius, qui recipit pecuniam; quia tunc talis contractus semper est illicitus, et sapit usurariam pravitatem, nam tunc emitur pecunia pro pecunia, et pecunia inventa est, ut aestimet alias res, non ut aestimetur, l. *si ita fidejussorem* 42. D. de *fidejussor.* et in dict. l. 1. D. de *contrah. empt.* Hæc limitatio colligitur ex dic-

tis Innoc. ubi hoc expressè videtur tenere in dict. cap. in *civitate, de usur.* et sequitur ibi Joan. And. Anton. et communiter Doct. et ideo dixit Joan. de Ligniano. in cap. fin. de *usur.* quem refert, et sequitur Lauren. de Rodalphis in dict. tractat. de *usur.* 6. quæst. principali, versic. *quæro* 14. *habes statutum,* etc. quod si consuetudo, vel statutum civitatis habeat, quod rectores vendant de pecunia civitatis alicui, et suis hæredibus quinque florenos, vel decem annuatim pro centum, quod talis contractus est illicitus: nisi civitas constitueret illum censum in bonis civitatis aliis à pecunia: et secundum istam limitationem consuluit Francisc. de Aretio consil. 351. incipit *viso themata ad me transmissa,* etc. Sed adverte, quia Bald. in l. unica, C. de *his, qui panna nomine,* col. 7. versic. *et hoc facit ad quæstionem,* videtur velle contrarium expressè contra istam limitationem; dicit enim hæc verba: Pone, ego emi à Titio nomen suum, hoc modo; quia emo à Titio pro mille redditus quinque pro centenario annuatim; et plerique dicunt, quod ista non est usura: sed in contrarium facit, quia iste redditus est infallibilis, et ejusdem perpetui tenoris, undè iste contractus est suspectus de usuraria pravitare, præsertim si iste coloratus emptor consueverat fenerari: plerique concedunt, quod iste contractus est suspectus; tamen non adeò, quod feneratitius debeat judicari, quod concedo, si in regione communiter hic redditus frequentatur, et inter bonos servatur, et apud mercatores. Hoc idem contra id, quod dictum est in ista prima limitatione, tenet idem Bald. in cap. unico, *si de feud. vasal. ab aliquo interpell. fuerit,* versic. *sed quid dices,* ubi dicit, quod si ego emo à te annuum redditum de quinquaginta florenis in anno pro pretio mille florenorum, quos tibi solvo, quod licet aliqui dixerunt, istum contractum non esset sine usurarum scrupulo, ut alias ipse Bald. dicit in dict. l. 1. quod si tamen apponeretur pactum, quod illa mille converterentur in emptioe prædiorum, tunc iste contractus justior esset; et si venditor non vult emere, imputet sibi: et cum hoc videtur transire Bal. licet statim subdat: Considera super ista cautela, et cogita, ne per istas cavillationes conscientiam tuam lædas. Similiter et contra istam limitationem tenere videtur Sylvester ubi supra, ubi postquam retulit dictum Joan. de Liguiano, de quo supra, dicit sibi videri, etiam isto casu esse veram venditionem, et quod non sit obligatio personalis, sed realis, cum obligentur bona venditoris pro reddito: movetur per rationem Verver. et Alexand. Lombard. quam superius retulit: quia cum habeamus tria bonorum genera, mobilia scilicet et immobilia, et jura in utrisque, hoc tertium genus est, quod venditur: et idem voluit Conradus in suo tractatu de *contractibus,* quæst. 74. et 75. Molin. in tract. de *usur. et contractibus,* num. 22. Joan. à Medina in tractat. de *restitut.* in quæst. de *censibus,* col. 5. Sed propter hæc dicta non videtur recedendum ab ista limitatione, quæ videtur esse magis communis inter Doctores, et quia verè, et realiter in hac prima limitatione non intervenit res aliqua, quæ ematur, alia quam pecunia in effectu, et non potest negari, quin talis contractus magis sapiat mutuum sub usuris, vel saltem maximam habeat vicinitatem cum mutuo; neque potest dari illud tertium genus bonorum isto casu, cum istud jus neque cadat super re mobili, vel immobili, et sic deficit fundamentum Sylvestri; neque dato, quod obliget bona sua pro solutione talis census, tenebit talis contractus, cum illa hypotheca sit accessoria ad personalem obligationem, et emptio ipsa non contrahitur super bonis aliquibus: et facit ad hoc, quod dixi supra eod. l. 19. in gloss. magna. quod hypotheca, velut accessoria, debet regulari ad personalem obligationem, et comprobatur hoc ex dictis *extravagantibus,* cum dicant, quod imponebatur census super oppidis, agris, terris in contractu expressis; et quia isto modo, et non aliàs, isti contractus frequentantur; undè tene prædictam limitationem tamquam veram, et obviantem fraudibus usurarum. In uno tamen casu non procederet ista limitatio, scilicet, si ille, qui constituit censum, se obligando, esset solitus locare operas suas ad tantum pro anno, et venderet ipsas operas, seu constitueret censum in illis; nam talis contractus licitus esset, ut est de mente Innocent. et aliorum in dict. cap. in *civitate,* et tenet Ang. de Clavas,

in sua summa in parte usura, et 1. versic. *quid de illis*, col. 2. est enim tunc merx, quæ ematur. Et per prædicta potest etiam dici; quòd si res super quæ imponitur census, penitus destruat, quòd cum non sit, in quo maneat istud jus percipiendi, quòd fuit venditum, liberabitur venditor à pensione, vel censu, et periculum hujus peremptionis erit emptoris, ut in l. 1. *C. de pericul. et commod. rei venditæ*: et quid si res non penitus intereat, sed remaneat area? Vide quæ dicam infra in gloss. in parte *et per fugo*: et planè procederet, quando census, seu redditus constituitur limitatione ratione talis prædii, vel prædiorum, ita quòd constitutus, et ejus hæredes, illis peremptis, non teneantur ad solutionem redditus illius rei, nisi ratione illius rei, et quandiu illam possideant: si tamen hoc cessaret, esset majus dubium cum fundus ille non sit venditus, sed obligatus pro certiori solutione census; et sic principalis obligatio videtur personalis et alienatio prædii, super quo constituitur, accessoria; quòd certe multum confert ad opinionem illorum, quòd possit dictus iste annuus census constitui super personali obligatione illius, qui recipit pecuniam: sed adhuc potest dici, quòd licèt fundus non sit venditus, venduntur tamen redditus ex fundo pro ea summa, qua emuntur, et illi sunt super quibus contrahitur, et sic est ibi jus reale adhærens fundo.

Secundò limita, nisi census, qui imponitur super re, non possit in totum haberi de redditibus rei; ut si constitutam censum super domo de decem, cum non possit conducitur nisi pro quinque: nam tunc talis contractus esset illicitus, et fraudulosus, secundum Joan. de Ligniam. in cap. fin. *de usuris*, refert, et sequitur Lauren. de Rodulphis in dict. suo tractat. *de usur.* 12. quæst. in 6. fol. totius tractatus: quia tunc insurgit obligatio personalis, ut in cap. *illo vos 4. de pignor.* et cap. *ad nostram 5. de empt. et vendit.* Sylvester etiam ubi supra tenet etiam talem contractum esse illicitum, et illud plus esse obnoxium restitutioni; licèt propriè secundum eum non possit dici contractus usurarius, supposita veritate venditionis, quia cessat mutuum. Et adverte, quia hæc limitatio est multum contigua superiori: quia in residuo, in quo res illa, in qua imponitur census, non sufficit ad redditum constitutum quolibet anno, videtur, quòd deficiat merx quæ ematur, et sic contractus erit illicitus, et pro residuo insurget personalis obligatio, et contractus censeretur factus in fraudem usurarium: et crederem, quòd et si pro solutione talis census (impositi super re, quæ non sufficit ad talem redditum quolibet anno) obligaret venditor omnia bona sua, quòd adhuc procederet, quòd supra dixi: quia, ut dixi in præcedente limitatione, requiritur, quòd in bonis constituatur census, et ad bona fiat relatio: et dato, quòd quis omnia bona obliget (ut dixi) non per hoc videtur constituere censum super illis bonis, ut etiam asserit dictus Lauren. de Rodul. ubi supra quæst. 13. Quòd multum tene mentis: nam fortè ex hac limitatione sit declarata multi contractus censuales à personis pauperibus facti super rebus, vel fundis, qui deductis sumptibus sunt parci redditus, subverterentur; et bene facit dictum Bartoli in l. *codicillis*, §. *institut.* D. *de legat.* 2. ubi dicit, quòd, aut quis vendit fructus, constituendo jus usufructus in re ipsi ementi, et tunc est alienatio, ut in l. fin. *C. de reb. alien. non alien.* aut non constituendo, sed se obligando actione personali ad dandos fructus, et tunc non est alienatio: bene facit etiam ad hoc, quòd hypotheca omnium bonorum venit accessoriè, et ad executionem principalis dispositionis, et non debet ampliari, neque alterare principalem dispositionem, sicut et aliàs habetur in Clementina 1. in fin. *de præbend.* et tradit Felin. in cap. *licèt, de offic. ordin.* et Decius consil. 305. col. fin. et consil. 413. col. fin. Intellige, quòd dictum est circa istam secundam limitationem, quando emptor non ignoravit redditus rei super qua census imponebatur; nam si ignorasset, et deceptus à venditore crederet, sufficientem esse ad tot redditus, quanti erat census, tunc non esset illicitus talis contractus, nec videretur factus in fraudem usurarium; imò competeret actio empti emptori contra venditorem ad interesse, ut in l. *si sterilis* 21. in princip. et in §. 1. D. *de action. empt.* et l. *in venditionibus* 9. D. *de contrah. empt.* l. 12. et l. 63. tit. 5. infra eadem Partida.

Si verò non fuisset deceptus, licèt dicat se ignorasse valorem reddituum, procederet quòd dixi: quia videtur affectata ignorantia, et quia explorare debuerat, argum. l. *qui cum alio* 19. D. *de regulis jur.* l. *sed et si pupillus* 11. §. *conditio* 5. D. *de instit.* Neque contra istam limitationem objici poterit de dicto Bart. in l. *fundus quem*, D. *de annuis legal.* cum dicit, quòd idem est dicere, *lego* 10. *super illo fundo*, quantum si diceret, *obligo illum fundum*; et sic, quòd non sit inter hæc differentia in constitutione novi census, an dicat *obligo fundum*, vel *impono super tali fundo*: nam licèt dictum Bart. esset verum (quòd tamen non caret scrupulo, ut patet ex notatis per Speculat. tit. *de locato*, §. *nunc aliqua*, versic. 86.) Bart. loquitur respectu pignoris, vel hypothecæ; casus autem noster est, non respectu hypothecæ, sed ut videatur, in quo fuit factus contractus venditionis, seu undè fuit iste redditus venditus, et sic quæ sit merx, quæ venditur. Præterea Bart. vult, quòd idem sit dicere *super fundo*, quantum *obligo fundum*; non verò dicit, quid è contra, si idem esset dicere, *obligo fundum ad decem*, quæ *lego*, quantum si diceret *super illo fundo*, inter quæ in casu nostro longè interest. Hoc idem probatur ex dictis extravagantibus (si ex verbis earum narrativis, licitum sit arguere) cum narrent impositionem census factam super talibus prædiis, domibus, etc. et cum dicit, *bonis in ipso contractu tunc expressis, pro ipsius census exsolutione in perpetuum obligatis*: si tamen super omnibus bonis constitueretur census, tunc bene teneret contractus, cum principalis dispositio omnia bona conservat, et non veniat tunc accessoriè, sed principaliter, ut et voluit dictus Laurentius de Rodul. in dict. 13. quæst.

Tertiò limita, nisi in tali venditione census interveniret pactum de revendendo, et pretium esset injustum; nam tunc parvitas pretii juncta cum pacto de revendendo, faceret præsumi contractum illicitum, et in fraudem usurarium, ut dicit gloss. notabilis in capital. *conquestus, de usuris*; quinimò et fortius est, quòd voluit Laurent. de Rodul. in dicto suo tractat. quæst. 18. in fin. quòd et si detur pretii justitia; si tamen in istis censibus, qui noviter instituuntur, interveniat pactum de revendendo, ex hoc præsumitur contractus illicitus, et in fraudem usurarium: quòd dictum reputo falsum per ea, quæ supra dixi: quia data justitia pretii, tale pactum, etiam in censibus, seu redditibus qui de novo constituuntur, est licitum, et approbatur in dictis extravagantibus; quando verò cum parvitate pretii concurrat dictum pactum, an ex hoc præsumatur contractus illicitus, et usurarius, fuerunt varæ opinionis: nam quòd ista duo sufficiant, ultra id, quòd habetur in dict. gloss. hoc tenuerunt Innoc. Joan. Andr. Anton. Joan. de Imol. in cap. *ad nostram, de empt. et vendit.* et plures alii Doct. relati à Barthol. Cepol. Veronen. in suo tractat. *de simulatione contractuum*, in 6. casu principal. et per Socin. consil. 248. 2. volumine, incipit, *numquid ex duobus*, et Decius consil. 167. *causa qua coram reverendo vicario*, et consil. 308. et dicit Bald. in l. fin. *C. de condit. insertis*, quòd contractus de revendendo non est suspectus, nisi ex reddituum quantitate immoderata respectu pretii: et multo fortius est suspectus secundum eum, si sit ibi donationis clausula. Contrariam opinionem, quòd ista duo non sufficiant, tenuerunt plerique Doct. qui etiam referuntur in dictis locis; et huic parti eum certis limitationibus adhærere videtur Bart. Cepol. ubi supra, et etiam Socin. in dict. consil. 248. ubi plene respondet ad capitulum, *ad nostram, de emptione, et venditione*, et ad capitulum *illo vos, de pignor.* Ego verò in materia de qua loquimur, propter magnam vicinitatem quam habent isti contractus censuales cum mutuo, et quia propter eos charitas christiana exultat, in censibus, qui de novo constituuntur, adhærerem illi opinioni, quòd dicta duo prædicta, parvitas scilicet pretii, et pactum de revendendo sufficiant, cum hæc opinio habeat pro se Gloss. auctoritatem, et valentissimos Doctores; et quia pro ea satis facit text. dict. capital. *ad nostram*, nam potest dici, quòd Papa ibi non judicat contractum usurarium ex appositione pacti, quòd à septennio usque ad novennium possit remeare: potest enim venditio fieri ad certum tempus, l. 2. *C. de pactis inter emptor. et vendit.* et quòd ex hoc non debeat judicari contractus usurarius, tenet Bald. in cap. 1. versic.

da su vida (4) de aquel que la rescibe,

o de sus herederos (5), o segund se auie-

quaro, de quibusdam, de feud. dat. in vicem leg. commissor. non ergo propter hoc pactum potest dici, quòd fundetur dispositio dict. cap. *ad nostram*, sed ex parvitate pretii cum pacto de revendendo, sive purè, sive ad certum tempus; et quòd ibi ponit Papa de septennio ad novennium, fuit contingentia casus. Ratio fundamentalis est, quia non præsuntur animus vendendi ex parvitate pretii cum pacto de revendendo; et ideo fortè l. *Regni* 1. titul. 2. lib. 8. *Ordinamenti Regal.* quæ judicat contractum usurarium ex pacto de revendendo cum dicto pacto, quòd usque ad certum tempus non possit redimi, debet intelligi data parvitate pretii: nam si pretium esset justum, ex hoc pacto non posset contractus judicari usurarius, prout et dicit Barthol. Cepol. in dicto suo tractatu, in decima præsumptione, et satis probatur in dicto capitul. *ad nostram*; et credendum est, promulgatorem illius legis Regni in hoc habuisse respectum ad dispositionem juris Canonici: et quia contra jus Canonicum, seu in casu in quo deficeret juris Canonici dispositio, non valeret statutum laicorum, per quod ex certis conjecturis contractus præsumeretur usurarius, ut testatur Fredericus de Senis *consil.* 96. incipit *apparet quamdam lex*, et sequitur Abb. in cap. *cum contingat, de jurejur.* Felin. in cap. *Ecclesia Sanctæ Mariæ*, col. 22. *de constit.*

Sed quòd dicatur justum pretium, ut perpendatur in his contractibus parvitas pretii? Abb. notabiliter in dict. cap. *ad nostram*, dicit, quòd non sufficeret qualibet injustitia pretii; sed oporteret, quòd pretium sit valdè tenue respectu valoris rei: quia propter pactum de revendendo, res minus valet, argum. l. *fundi partem, D. de contrah. empt.* et voluit hoc etiam Socinus, qui allegat Abb. in dict. *consil.* 248. in fin. qui et pro hoc allegat in argum. notata per Bart. in l. 1. §. *si hæres, D. ad Trebellian.* et in l. *pretia rerum, D. ad Legem Falcidiam*: et hoc docet experientia, cum propter tale pactum communiter res vendatur minori pretio, quàm venderetur, ubi non intervenit tale pactum: et bonum est sumere argumentam, ab experientia, ut in Clement. *dispensiosam, de judic.* cap. *multi* 12. 40. distinct. cap. *quam sil* 6. *de election.* lib. 6. Opinione tamen contrariam, quòd nihil diminui debeat de vero, et communi pretio ratione dicti pacti, tenet Barth. Cepol. in dict. suo tract. 3. præsumptione ad final. et Guido Papæ, qui et loquitur in terminis istarum annuarum pensionum in suo *Opusculo de usuris*, fol. 3. column. 1. vers. *sed juxta hoc quaro, et in decisione Parlamenti Dolyphnalis*, quæst. 516. ubi tenet expressè, quòd si non intervenit justum pretium secundum communem valorem rei, tunc interveniente pacto de revendendo, contractus præsuntur læneratiivus; allegat Gloss. in dict. cap. *conquestus*, et dicit, quòd ita semper vidit servari. Mihi verò placet prior opinio: quia negari non potest, ratione talis pacti rem minus valere, emptoremque ratione talis pacti non ita plenum jus habere, ac si tale pactum non intervenisset; et quia pecuniam suam posset in prædia, et alia sibi utiliora convertere, quæ sibi et hæredibus prodesset, et cum emit sub hoc pacto, videtur in suspenso suam habere pecuniam, cum quotidie speret tallium redituum redemptionem: et hoc videtur approbatum ex dicta lege Regia *de Madrid*, quæ istos census in pane, et vino, etc. constitutos taxat ad rationem 14. millium pro milliaro. Et fortè posset dici, quòd saltim quarta pars, vel parum ultra, pretii veri, et communis, si cessaret tale pactum, possit minui ratione talis pacti, et si ultra minneretur dicatur parvum pretium: hoc videtur suaderi ex dispositione dictæ legis Regiæ, juncto cap. 3. §. *quia verò Leonis*, in authent. *de non alien.* collat. 2. et Gloss. in authent. *perpetua, C. de Sacrosanctis Ecclesiis*, et Gloss. in dict. §. *quia verò Leonis*, super verbo *faciendam*, et Gloss. juncto text. in l. *circa, D. ad Legem Falcidiam*, et etiam ex Gloss. in §. *hoc jus porrectum*, 10. quæst. 2. super parte *distractæ*; et cum videamus unum milliarium perpetuum seu redditum perpetui, communiter valere ad rationem triginta millium morapetitorum, et ultra, satis erit, quòd ratione dicti pacti minuatur quarta pars, et sic dentur viginti, et duo milliaria cum dimidio ad minus pro quolibet milliaro,

etsi imponatur cum pacto de revendendo; et cum pretia varientur ex tempore, non statet taxationi dictæ legis *de Madrid*, sed, ut communiter redditus perpetui valeant, consideretur; et maximè in istis Regnis, ubi rariora sunt commercia, et minora lucra quæstuarria, et non solent homines tam assiduè, et latè negotiari, prout solent in Italia, et Gallia.

Possent etiam addi aliæ limitationes, quæ colliguntur ex notatis per Abb. in dict. cap. *ad nostram* in fin. et per Joan. Andr. post Hostiens. ibidem, et ex illis præsumptionibus à Cepol. traditis in dicto suo Tractatu *de simulatione contractus*. Hæc tamen tanquam principaliora tetigisse sufficiat; consulo tamen cum Innocentio, et aliis gravibus Doctor. abstinendum esse, prout semper abstinui, ab hujusmodi contractibus: quia, ut dixi supra, propter eos christiana charitas exulat. In hac materia scripsit charissimus filius meus Licenciatus Didacus Pizarro quendam tractatum, qui habetur in stampa, qui ut vir timorata conscientia cupiens salutem fidelium, quantum potuit restrinxit istud contractum; poteritis videre, si placeat: ego quæ dixi sentio in ista materia, correctioni melius sentiens me submittere.

(4) *Para en toda su vida.* Idem si ad certum tempus, veluti ad decennium; vide Bald. in l. 1. in princip. D. *si ager vectigal.* ubi vide per eum, quid si non adjiciatur quantitas temporis, sed dicatur, *concedo in emphyteosim ad tempus*; et per Jason. in l. 2. versic. 7. *quaro, C. de jure emphyt.*

(5) *O de sus herederos.* Et cum simpliciter dictum est de hæredibus, veniunt omnes hæredes in infinitum, l. *in animalibus* 22. *C. de legat.* et l. final. eodem tit. l. *hæredis* 65. et l. *sciendum* 70. D. *de verb. signif.* quia de natura emphyteosis est, quòd sit perpetua, ut notat Bart. in l. 1. in princ. D. *si ager vectigal.* et in l. 2. col. 2. *C. de jure emphyt.* Ang. in l. *qui luminibus, D. de servit. urb. præd.* Limita tamen, et intellige, nisi sit emphyteosis, quæ non consuevit concedi, nisi in primum hæredem: quia tunc nomen hæredis indefinitè prolatum restringitur ad primum hæredem tantum; et si consuevit concedi in secundum hæredem, restringitur ad secundum, et sic deinceps, secundum Baldum, per text. ibi in l. *antiquitas, C. de usufruct.* Limita etiam, et intellige, nisi emphyteosis concedatur ab Ecclesia alicui, et suis hæredibus: nam tunc non intelligitur de omnibus hæredibus, sed tantum de descendantibus: neque talis concessio comprehendit hæredes extraneos, ut est text. in authent. *de non alien.* §. *emphyteosim*, collat. 2. tenet Gloss. et Bart. in l. *etiam, D. soluto matrimonio*, Joan. Andr. in addition. *ad Specul.* in tit. *de locato*, §. *nunc antiqua*, versic. 113. et ista est communis opinio, ut adducit latè Decius in cap. *in presentia*, 14. col. *de probationibus*, dicens, quòd ista opinio debet prævalere in judicando, et consulendo, et ibi respondet ad motiva Abb. in dict. cap. *in presentia*, col. 9. qui tenuit contrariam opinionem; super quo puncto tu cogita, nam cum emphyteosis Ecclesiæ possit hodie dari in perpetuum, tam in dispositione §. *licentiam*, in authent. *de alien. et emphyt.* collat. 9. quàm ex l. 3. tit. 14. *Part.* 1. videtur, quòd id quod habetur §. *emphyteosim*, in authen. *de non alien.* collat. 2. quæ astringit ad tertiam generationem, et qualitatem hæredum, hodie non habeat locum, præsertim cum per legem Partitæ non reperiatur approbatus dict. §. *emphyteosim*, neque etiam per jus Canonicum; et fortè videretur distinguendum, quòd aut in concessione dicitur simpliciter, quòd concedit simpliciter Ecclesia in emphyteosim alicui pro se, et hæredibus, non adjiciens *perpetuè*, et tunc procedit opinio communis; aut fuit adjectum hoc verbum *perpetuè*, et tunc comprehenduntur quicumque hæredes descendentes, vel extranei. Et cum ita mihi videretur, tandem reperi istam fuisse sententiam Bald. in addit. *ad Specul.* tit. *de locato*, et in auth. *si quas ruinas, C. de Sacros. Eccles.* col. 1. et in aliis locis relatis per Alex. in l. *etiam, D. soluto matrimonio*, cum refert quartam principalem opinionem, ubi refert Angel. et alios istam opinionem reprobantes; sed mihi satis placet, quia per eam istæ opinionum reducuntur ad concordiam: et idem videtur di-

tendum, si concessio fieret in quibuscumque hæredibus: et an tunc etiam comprehendantur legatarii, cum legatarius in re legata quodammodo hæres sit, per l. *id tempus* 14. §. 1. D. de *usufructu*, vide per Jason. in dicta l. 2. quæst. 14. ubi refert quamplures tenentes, quod sic, licet expressè non loquantur in concessione Ecclesiæ.

Limita etiam, et intellige dictam communem opinionem in emphyteosi solita concedi: nam secus esset in ea, quæ servata solemnitate in tali alienatione requisita de novo concederetur, cum transiret etiam ad extraneos hæredes, ut tradit Decius ubi suprâ col. 15. Limita etiam, nisi in concessione dicatur de hæredibus masculis; nam tunc non venient extranei, sed tantum descendentes: ita tenet Rayn. de Ferri. in disputatione sua, incipit *quidam habebat duos filios*, sequitur Bald. in l. *Gallus*, §. *etiam*, col. pen. D. de *liber. et posth.* per text. in dict. §. *si clientulus, de alienat. feud.* et etiam Decius in dict. cap. *in presentiar.*

Sed quid si recipiat quis emphyteosim pro se, et suis filiis, et hæredibus? an exigatur, quòd filii etiam sint hæredes, ut succedere possint in emphyteosi? Bart. in l. *ut jurisjurandi*, §. *si liberi*, D. de *operis libert.* tenet, quòd sic; allegando §. *emphyteosim* 3. dict. auth. *de non alienat.* et sequitur Bald. in l. *tale pactum*, §. *fin. in princ.* D. de *pactis*, per illum text. et Angel. in dict. l. *Gallus*, §. *etiam*, D. de *liber. et posth.* et idem dicit Alexand. consil. 44. vol. 4. *niso themate*, in princip. si dicatur pro filiis, et successoribus, qui allegat Imol. in l. *quod dicitur*, in fin. ult. col. D. de *verb. obligat.*

Sed quid si filii sint inæqualiter instituti in hæreditate? an in emphyteosi succedant aequaliter? Bald. quòd sic, in dict. auth. *si quas ruinas*, C. de *Sacros. Eccless.* col. 4. et in l. *liberti*, col. 6. C. de *operis libertor.* Adverte tamen, quia Bald. loquitur, quando non fuit adjectum verbum *et hæredibus*, sed tantum fuit dictum de filiis: quoniam ex mente Bald. est in dict. auth. *si quas ruinas*, cum dicit, *quia tunc emphyteosis non est jus hæreditarium*, quòd quando adjectum fuit *et hæredibus*, etc. quòd tunc succedant in emphyteosim pro parte, in qua sunt instituti; et si aliquis eorum instituat in re certa, tunc non succederet in emphyteosi, ut voluit Bald. in dicta l. *liberti*, col. 7. versic. *secundum dubium*: quia appellatione hæredis in dubio venit hæres universalis, non autem hæres in re certa, l. *quotiens* 13. C. de *hæred. inst.* l. *hæreditas*, 62. D. de *reg. jur.* et saltem hoc procederet, quando pater voluit, et expressè disposuit, quòd ad hæredes universales pertinerent bona emphyteotica, ut adducit Alexand. referens Angelum et Imol. consil. 124. circa primum dubium, col. pen. vol. 5. vide etiam Jaso. in dict. l. 2. versic. 5. *quærit hic Salve*. in 99. column. totius tractatus, C. de *jure emphyt.* ubi dicit, istum passum esse dubium, et Doctores varios, et nihil affirmat; sed transit remissionibus contentus, non allegans dictum consil. Alexandr. Nota etiam, quòd emphyteosis hæreditaria potest uni ex filiis assignari per patrem, secundum Baldum in dict. l. *liberti*, col. 7. judicatur enim de ea, sicut de aliis bonis patrimonii testatoris, et sic secundum jura Regni limitabitur: quod nota, quia secundum hoc, attentis legibus hujus Regni, talis emphyteosis limitabitur ad vires tertii, et quinti, et partis legitimæ; si autem non esset hæreditaria, sed tantum recepta simpliciter pro se, et filiis sine adjectione *et hæredibus*, tunc pater non posset uni filiorum illam prælegare, vel donare, ut vult Bart. in dict. §. *si liberi*, col. 2. vers. *secundum dubium*. Contrarium tamen tenet Bald. in dict. auth. *si quas ruinas*, et Joan. de Imol. in cap. *potuit, de locato*, in ultima charta, et quod opinio Bartol. in hoc magis communiter damnatur, asserit Alexand. in dict. cons. 124. col. pen. ubi ponit rationem de hoc, et Doctores ita tenentes: vide ibi per eum.

Sed quid si investitura, dum conceditur emphyteosis, non fiat aliqua mentio de filiis, neque de hæredibus, sed simpliciter quis accipiat rem in emphyteosim? Bald. in cap. 1. *quibus mod. feud. const. possit*, vult, quòd si emphyteosis simpliciter recipiatur, intelligatur recepta pro filiis masculis, sicut et in feudo dicit ibi Gloss. et dicit hoc esse tenendum cordi, et notandum dictum Bald. refert Jason. in dict. l. 2. versic. 10. *quæro*, in 101. column. totius tractatus,

dicens, quòd Angel. in l. *item videndum*, §. *fin. D. de petition. hæred.* per text. in dict. §. *emphyteosim*, voluit, quòd cum simpliciter est recepta, transeat tam ad filios masculos, quam ad fœminas, et pertransit breviter non dilucidans istam articulum.

Ego verò, benè consideratis verbis dicti §. *emphyteosim*, et notatis per Glossam in dict. capitul. 1. *quibus modis feud. const. possit*, aliter dicerem, quòd, aut loquimur in emphyteosi Ecclesiæ, quæ simpliciter recipitur, nulla facta mentione filiorum, neque hæredum, et tali casu emphyteosis durabit ad solam vitam percipientis neque transibit ad ejus filios, vel nepotes, ex quo pro eis non fuit recepta; quòd satis benè probatur in dicto §. *emphyteosim*, rectè intelligendo: nam cum ibi dicitur, *nisi filios, aut nepotes habuerint*, refertur ad id quòd primò in princ. §. *dixit in versiculo fieri sinimus, et in accipientis persona, et in duobus ejusdem personæ hæredibus deinceps, filiis etc.* et sic quando fuit in concessione de filiis, et nepotibus cautum, et ideò subdit, quòd non transibit ad virum, et uxorem nisi specialiter sit cautum; non tamen vult ille textus, quòd si emphyteosis Ecclesiæ, simpliciter recipiatur, nihil dicendo de filiis, vel nepotibus, quòd ad eos emphyteosis extendatur: neque Angel. in dicto §. *fin.* tenet contrarium, quia allegat dict. §. *emphyteosim*, qui, ut dixi, loquitur quando concessio fuit facta etiam pro filiis, et nepotibus: et ex hoc patet, malè dixisse Joann. de Imol. in dict. l. *quod dicitur*, col. 10. D. de *verb. oblig.* in quantum dixit, quòd si emphyteosis Ecclesiæ conceditur, non facta expressione temporis, intelligitur, quòd est in perpetuum concessa, nam ex quo concedi potest in perpetuum, et tempus non adjicitur, dicitur in perpetuum concedi, argumento l. *seruus* 34. D. de *panis*: nam hoc est expressè contra dict. §. *emphyteosim*, qui non est correctus, quando emphyteosis fuit concessa simpliciter, sed quando per verba expressa, vel æquipollentia in perpetuum concederetur, ut dixi suprâ. Patet etiam, malè dixisse Bald. in authent. *si quid, C. qui potior. in pign. hab.* et in addit. *ad Specul. tit. de locato*, col. 2. versic. *ecclesia potest*, ubi dixit, quòd si Ecclesia simpliciter concedit in emphyteosim, puta Titio, quòd tunc intelligitur de se, et filiis, et nepotibus; ita dicit notari in l. *etiam*, D. *solut. matrim.* ubi Gloss. hoc non dicit, sed quòd emphyteosis ecclesiastica non transit ad extraneos hæredes, sed ad filios, vel nepotes, et allegat dict. §. *emphyteosim*, qui ut dixi, loquitur etiam de filiis, et nepotibus. Et quòd ita intelligatur dict. §. *emphyteosim*, est de mente Bald. in authent. *defuncto, C. ad Tertullian.* parum post princ. cum dicit, nam emphyteosis ecclesiastica de sui natura non respicit nisi lineam descendente, quoniam non debet fieri, nisi in accipientis persona, et in duobus ejusdem personæ hæredibus: pondero, cum dicit *fieri*, et cum postea Bald. subdit, nisi dicatur expressè, quòd transeat in omnes descendentes in infinitum, quia tale pactum hodie valet per dict. §. *licentiam*: et ex hoc patet, quòd malè retulit Paul. de Cast. in l. *etiam*, in princ. D. *solut. matrim.* dum refert Bald. dixisse in dict. authent. *defuncto*, quòd simpliciter concedendo emphyteosim, videtur Ecclesia concedere in tertiam generationem: et hoc etiam patet, nam si de hoc fuerat casus in dict. §. *emphyteosim*, Bald. in dict. cap. 1. in fin. *quibus modis feud. const. possit*, non ita dixerat tenendum cordi, et notandum, quòd arguendo de feudo ad emphyteosim transiret emphyteosis simpliciter recepta ad filios masculos: et quòd dict. §. *emphyteosim* debeat intelligi, quando fuit expressum de filiis, et filiabus, tenet Joan. de Imol. in dict. cap. *potuit*, ad fin. *de locat.* sed quia ista est nova consideratio ad dict. §. tu cogita super ea: nam ex aliquibus verbis dict. §. *emphyteosim* innuitur, quòd etsi de filiis et nepotibus non fiat mentio in concessione, tamen intelligatur in eis facta, cum dicit, quòd de viro, aut uxore debet esse expressè dictum; et sic vult, quòd in filiis, et nepotibus non exigatur talis expressio.

Adverte etiam, quòd cum hodie, ut dixi, emphyteosis Ecclesiæ possit dari in perpetuum, si concederetur interveniente justa causa alienandi, et intervenientibus solemnitatibus à jure Canonico requisitis, licet concederetur simpliciter, intelligeretur perpetuò concessa, et transiret etiam ad hæredes extraneos, ut et voluit Alexand. in dict. l. *etiam*;

ne (6), por cada año: e tal pleyto como este due ser fecho con plazer de ambas las partes, e por escrito (7): ca de otra guisa non valdria. Otrosi deuen ser guardadas todas las conueniencias (8), que fueren escritas, e puestas en el. E porque este pleyto es semejante, mas a los logueros, que a otro contrato ninguno, por ende fablamos en este Titulo del: e dezimos,

in princ. et satis est de mente Decii in dict. l. col. 15. et hoc casu possit saluari, et procederet opinio Joan. de Imol. in dicta l. quod dicitur.

Si verò privatus simpliciter concedat emphyteosim, tunc benè crederem, quòd transeat in hæredes recipientis etiam extraneos, ex quo fuit concessa sine temporis præfinitione, per l. si pactum 9. D. de probat. et argum. dictæ l. servus 34. D. de panis. Et prædictis etiam patet malè dixisse Bald. in l. 2. col. 1. C. de jure emphyteo. et in §. final. de feud. dal. in vicem legis commissor. aliàs est in capitul. quidam, de usu Mediolanensi, ubi dicit, quòd si quis acquisivit emphyteosim Ecclesie per præscriptionem, quòd emphyteosis sic præscripta extendetur ad tertiam generationem, sicut dicit ipse, si informiter esset concessa; id est, sine personarum distinctione intelligitur in tertiam generationem, allegando dict. §. emphyteosim, qui fortè hoc non probat, et in quæst. Bald. de emphyteosi præscripta contrarium tenet Angel. in dict. l. 2. imò quòd intelligatur ad vitam præscribentis, et sic quòd minimum est; et fortè in emphyteosi præscripta istud est verius, quidquid dicat Jaso in dict. l. 2. in §9. col. totius tractatus.

(6) *Secund se atuenes.* Voluit, quòd transeat ad primogenitum, secundum Baldum in l. 2. col. 1. C. de jure emphyteos. et Jas. ibidem, col. 69. totius tractatus, versic. 2. quærit Bald. et vult ibi Bald. inspicere tempus mortis in consideratione primogenituræ, quia successio habet naturam relationis ad tempus mortis, et ideo inspicitur prioritas, quæ tunc in rem natura versatur, allegat l. ex facto, §. pen. D. ad Trebell. quòd verbum nota ad majoritatem. Valebit etiam pactum, quòd spurii succedant, secundum eundem Bald. in dict. l. 2. column. 1. et sequitur Jaso. 69. column. totius tractatus: assignat Bal. rationem, quia non tanquam hæredes, sed tanquam per procuratorem stipulantem veniant. Sed licet Doctor. non tangant, ob stare huic dicto videtur, quòd per tale pactum invitatur quis ad delinquendum; igitur non debet valere, l. illud convenire, 5. D. de pactis dotal. l. si unus 27. §. illud 3. D. de pactis; et hinc est, quòd non tenet statutum, habilans spurios ad successionem, ut tenet Bartol. et Paulus de Castr. in l. Servus, et Agerius, D. ad Legem Falcid. Bald. in l. 1. C. de jure aureor. annullor. et in l. 1. column. 2. C. de his, quæ pœnæ nomin. et in l. eam, quam, col. 8. C. de fideicommiss. ubi et in columna nona dicit, quòd et si Princeps vellet facere constitutionem generalem, quòd spurii succedant, constitutio non valeret, quia esset indirectè contra bonos mores, et esset permissio futuri doli; undè subdit, quòd hac ratione non potest legitimare nascituros ex aliquo, qui nondum sunt concepti in utero, quia est dolus de futuro irremissibilis; undè et tale statutum tanquam nutritivum peccati, potest Episcopus annullare, ut consultit Fredericus de Senis consil. 175. alias 268. et refert Joannes de Platea in l. 1. C. de his, qui se deferunt, lih. 10. in fin. et adde Bart. in l. testamenti factio, D. de testament.

Potest dici, quòd aut illud pactum apponitur respectu illius, qui potest habere legitimam, et naturalem prolem, veluti ei, qui potest matrimonium contrahere, et ex matrimonio procreare liberos; tunc tenebit pactum, quòd et spurii succedant in emphyteosim, cum tunc pactum non ita invitet ad delinquendum, et ex quo potest habere filios legitimos, non præsumentur, quòd velit eos habere ex damnato coitu: si verò verba talis pacti referantur ad eum, qui non potest habere nisi spurios filios, veluti ad clericum in sacris, tunc videtur, quòd tale pactum non teneat: et hæc distinctio colligitur ex notatis per Bartol. in l. hæredibus,

que si la cosa que assi es dada a censo, se pierde toda por ocasion, assi como por fuego (9), o por terremoto (10), o por aguaducto (11), o por otra razon semejante; tal daño como este pertenesce al señor della, e non al otro que la ouiesse assi resecebida: de aquel dia en adelante, non seria tenuto de darle censo ninguno. Mas si la cosa non se perdies-

§. 1. versic. facit ad quæstionem, D. ad Trebell. et per Abbatem in capitul. in præsentia, column. 5. de probat. et tene menti, quia Doctores non tangunt, et vidi de hoc quæstionem arduam in Regali Audientia in magna causa.

(7) *E por escrito.* Quòd requiratur de necessitate scriptura, ultra istam legem probatur l. 3. titul. 14. Partita 1. ibi: *E deuse fazer por carta de escriuano publico*, et de jure communi ista erat magis communis opinio, ut testatur Jaso in l. 1. C. de jure emphyt. column. 15. et 16. tenuit Azo in summa, C. eodem, column. 2. versic. *celebratur iste contractus*: et intellige, quòd requiratur scriptura, tam ad substantiam, quàm ad probationem, secundum Jason. ubi suprà; undè dicebat Angel. in l. prætor ait, D. de edendo, quòd si emphyteota non exhibet instrumentum emphyteosis domino directo, potest per eum expelli, et præsumitur emphyteosis finita; allegat Bald. et Speculat. qui tamen ita in specie hoc non dicunt.

(8) *Conueniencias.* Adde l. 1. et 2. C. de jure emphyt. et §. adeo 3. Institut. de locatione.

(9) *Por fuego.* Si ergò domus sit combusta, licet remaneat area, cum ex incendio area non consumatur, vult ista lex, quòd remittatur pensio emphyteotæ: quòd multum nota, quia contrarium in domo combusta tenet Angel. in authent. de non alien. §. lex itaque, ad finem: est enim area maxima pars domus, l. qui res 98. §. aream 8. D. de solutione. et sic non potest dici, quòd perierit res tota, et ita arguit in quæst. simili Joan. de Imol. in cap. potuit, de locato, column. 19. versic. *et prædicta faciunt ad quæstionem*, et dictum Angel. sequitur Jaso in dict. l. 1. C. de jure emphyt. column. 4. tene ergò menti istam legem: et similiter potest dici, quòd si vinea, vel olivetum emphyteoticum comburentur, licet remaneat solum, quòd emphyteotæ sit remittenda pensio, per istam legem: et idem videtur dicendum, si terremoto domus periret, etiam manente area; et pro decisione hujus legis facit, quia mutata forma, substantia rei videtur esse precepta, l. Julianus 9. §. sed si quis 3. D. ad exhibend. l. repeti 5. §. fin. D. quibus modis usufruct. amit. et idem in domo combusta tenet Bald. in l. 1. column. penult. C. de jure emphyteo. dicens, quòd si vult cadere area, et non solvere censum, non cogitur ad præstationem: si tamen velit solvere censum, dicit, quòd darabit emphyteosis; quòd dictum est satis notabile; et cogita an idem erit dicendum, si res, super qua imponitur census secundum modernum contractus nostri temporis, destrueretur: quia militare videtur eadem ratio, et ea quæ dixi suprà in princ. hujus leg.

(10) *Terremoto.* Quia fortè fracta est, et aperta terra versus abyssum, et declarat Joannes de Imol. post Joannem Andr. in cap. potuit, de locato, declarando verbum (*chasmate*) positum ibi in glos. quòd intelligatur de terremoto, vel fractione.

(11) *Aguaducto.* Id est, inundatione: quia quòd est inundatum ab aquis, censetur deperditum, l. si in venditione 10. §. 1. D. de peric. et commod. rei vendite, l. 3. §. Labea 17. l. qui universas 30. §. item quod mari 3. D. de acquirenda possessione, quòd et paria sunt rem esse inundatum vel à mari, vel à flumine, vel esse ab hostibus occupatam, l. cum unus 12. §. final. D. de bonis auctor. judic. possid. undè similiter fieret emphyteote remissio pensionis, si propter guerram non potuit percipere fructus rei emphyteoticæ, Bart. referens Jacob. de Aret. in l. interdum, §. 1. D. de acquirenda possessione, et in l. 1. C. de jure emphyt. et tenet Joan. de Imol. qui et alios refert in dicto cap. potuit, 18. column. Joan. de Plat. in l. quicumque, C. de fundis

se del todo, por aquella ocasion, e fincasse quanto la ochaua parte (12) della alomenos; estonce tenuto seria, de darle censo cada año por ella, assi como le auia prometido. E aun dezimos, que si la cosa que es dada a censo, es de Iglesia, o de Orden, si aquel que la to- uiesse, retono la renta, o el censo, por dos años (13), que lo non diesse; o por tres años (14),

patrimon. lib. 11. tradit latè Jaso tandem reside in nsista con- clusione in l. 1. col. 20. cum multis sequent. *C. de jure emphyt.* vide per eum, qui refert multas, et varias opinio- nes in hoc, et aliqua notabilia dicta in materia.

(12) *Ochaua parte.* Ex dictis Azonis sumptum est hoc, *C. de jure emphyt.* in summa vers. *est autem natura*, et licèt Azo ita exemplificet, tamen ejus intentio (ut ex ejus verbis colligitur) est, quod si quælibet pars quantumcumque minima remaneat, emphyteota teneatur ad pensionem; et ista etiam fuit opinio Gloss. in dict. l. 1. et in §. *advo.* *Insti- titut. de locat.* et Gloss. in capitul. *potuit, de locato*, et tenet Specul. titul. *de locato*, §. *nunc aliquia*, versic. 135. et est communis opinio: ista tamen lex Partitæ vult, quod si octava pars rei non remaneat, licèt maneat aliquid minus octava, quod non teneatur ad pensionem, et fuit optima provisio hujus legis in ista taxatione. Et intellige et limita istam legem, quando pensio erat modica, et non correspon- dens fructibus; si vero pensio correspondeat fructibus, dato quod res non sit in totum submersa, neque inundata, sed pro majori parte, ita quod percipiatur minus dimidia parte fructuum qui percipi consueverint, seu non ita, quod ex eo quod superest, non posset percipi fructus sufficiens ad pen- sionem, tunc non tenebitur emphyteota ad integram pen- sionem, sed pro rata fructuum, et tenet Bart. in l. 1. *C. de jure emphyt.* ubi et Bald. 1. oppo. et ita consuluit Alexand. consil. 112. volum. 1. incipit, *videtur in presentii consul- tatione*, et tenet Jaso in dict. l. 1. column. 19. est ergo tunc danda emphyteotæ electio, quemadmodum conductori, ut ha- betur in l. 22. suprâ eodem; et cogita, an idem sit dicen- dum in contractibus censualibus nostri temporis, in quibus census imponitur super re juxta correspondentiam fruc- tuum: quia videtur militare eadem ratio, et quia in effectu tunc census reperitur impositus super personam, juxta ea quæ dixi in princ. hujus legis.

(13) *Por dos años.* Adde capitulum *potuit 4. de locato*, et authent. *qui rem, C. de Sacros. Eccles.* et procedit etiam si una Ecclesia sit emphyteota alterius Ecclesiæ, Gloss. in authent. *de alien. et emphyteo.* §. *si vero quis*, collat. 9. in parte *per biennium*, licèt Salic. in dict. authent. *qui rem* vo- luit requiri triennium; sed magis placet opinio Gloss. per l. fin. quam allegat: et quod Ecclesia cessans solvere per bien- nium, vel triennium, cadat à jure suæ emphyteosis, tenet Gloss. in capit. *constitulus, de religio. domib.* super parte *juxta ratam*, et Bald. in cap. 1. *de alien. feud.* column. 3. et in l. *placet, C. de Sacros. Eccles.* ubi et Jaso column. 4. eo, quia ista resolutio inest ex natura contractus; et idem tenet Abb. in dict. cap. *potuit*, licèt ibi Joan. Andr. teneat contrarium, et Specul. reliquit hanc quæstionem sub dubio, referens contrarias opiniones in tit. *de restitution. in integr.* §. *quis autem*, column. 8. Poterit tamen isto casu Ecclesia petere restitutionem in integrum, sicut posset minor, ut tradit Specul. titul. *de locato*, §. *nunc aliquia*, versic. 14. et 15. et vide Bart. in l. 2. *C. si adversus vend. pig.* et per Jason. in dicta l. 2. quæst. 1. *C. de jure emphyteo.* col. 11. Et quid si Ecclesia successit privato? Vide Bald. in dict. l. 2. in 2. lectura, col. fin. *C. de jure emphyt.* ubi concludit, quod licèt annus unus sit elapsus cum privato illo, qui concesserit emphyteosim, adhuc requiritur quod curret biennium cum Ecclesia, quæ successit privato; quia ex quo Ecclesia utitur adminiculo defuncti, debet uti jure illius; vide etiam de ista quæstione Salic. in dicta l. 2. pæn. quæst. et per Jaso- nem quæst. 13. column. 42. totius tractatus.

(14) *Tres años.* Adde l. 2. *C. de jure emphyt.* et pro- cedit etiam si canon emphyteoticus debeatur fisco, qui con-

si fuesse de ome lego que non fuesse de Or- den; que dende en adelante los señores della sin mandado del Juez (15) la pueden tomar. Pero si despues de estos plazos sobredichos, quisiessen pagar la renta por si sin pleyto nin- guno, fasta diez dias (16), deuela rescibir (17) el señor de la cosa; e estonce non gela deveu tomar (18). E si a ninguno destos plazos non

cesserat in emphyteosim, ut vult Gloss. in l. *si tutores, C. de administ. tutor.* licèt Salyc. ibi dicat, in emphyteota fis- ci sufficere biennium; cujus fundamentum tollitur ex his, quæ dixi suprâ eod. l. 19. in gloss. magna.

(15) *Sin mandado del Juez.* Approbat opinionem Glos. in l. 2. *C. eodem*, et in cap. *potuit, de locato*, et fuit opinio Azon. *C. eodem* in summa, et est communis opinio: non ergo requiritur, quod præcedat sententia declaratoria, secundum Hostiensem, et Anton. in dicto capitul. *potuit*, ubi Anton. dicit, hanc esse communem opinionem, et tenet Bald. in addition. *ad Specul.* titul. *de locato*, §. *nunc ali- qua*, column. 6. et Alexand. consil. 6. volum. 3. column. pæn. Decius consilio 146. in secundo dubio.

Limita tamen, nisi emphyteota de facto resisteret, se- cundum Bart. et Angel. in dicta l. 2. Limita etiam, nisi do- minus pro expellendo adivit judicem, non protestans, ut si- bi maneret saluum jus expellendi, juxta notata per Baldum in l. 2. versic. 10. *quæro, C. de seroitut.* vide latè Jason. in dicta l. 2. column. 67. et Decium in dicto consilio, et ad id, quod dixi, nisi emphyteota resisteret de facto, vide Jaso- nem in dicta l. 2. column. 61. totius tractatus, cum dua- bus sequentib. ubi tenet contrarium, et refert alios: vide ibi. Limita etiam, nisi emphyteota negaret se non solvisse, seu diceret tempus solutionis nondum elapsus: nam tunc, quia per negationem res efficitur dubia, non liceret domino expellere propria auctoritate, secundum Speculat. titul. *de locato*, §. *nunc aliquia*, versic. 48. sed Joan. de Imol. in dict. capit. *potuit*, column. 12. voluit contrarium, quia si hoc esset verum, de facili posset eludere dispositionem illius legis, et negando impedire hoc remedium. Sed licèt hoc sit inconueniens, tutius est praticare sententiam Specul. quam etiam tenet Bald. in dict. l. 2. et in §. *ad hæc*, column. fin. *de pace juram. firm.* et videtur de mente Decii in dict. consil. 146. dubio secundo.

(16) *Diez dias.* Approbat unam ex opinionibus Gloss. in dict. capitul. *potuit, de locato*, ubi Gloss. et communiter Doctor. non istam, sed aliam tenent, et concludunt, quod relinqueretur arbitrio judicis, et tradit Jaso in dict. l. 2. quæst. 30. Tene menti istam legem in ista taxatione tempo- ris, et nota, quod etiam si dominus ante istos 10. dies de- claraverit tacite, vel expresse, se velle expellere emphyteo- tam, adhuc admitteretur purgatio moræ, ut satis colligitur, et probatur ex ista lege; licèt Alexand. in l. *si insulam, D. de verb. oblig.* voluit contrarium, et etiam Barth. Cepol. cautel. 135. incipit, *tu scis, quod emphyteota*, et tradit Jaso in dicta l. 2. quæst. 29. ubi ipse tenet contra eos. Sed quid si elapso biennio, vel triennio, dominus ante hos decem dies concessisset alteri rem istam in emphyteosim, vel aliter eam in alterum alienaverit? an etiam tunc poterit moram purgare? Videtur, quod non, ex quo res non est in- tegra, præsertim, si dominus jam esset alteri obligatus de evictione; pro quo vide Ludovicum Roman. consil. 103. *viso proposita questionis*, etc. facit l. et *si post tres 8. D. si quis caution.* et quia purgatio moræ non admittitur, nisi re integra, argum. l. fin. *C. de repud. hæredit.* et cap. *si tibi absentii 17. de præbend.* lib. 6. tradit Jaso in dict. l. *si insulam*, column. 4.

(17) *Deuela rescibir.* Non ergo procedit quod dicit Bald. in l. 2. column. 2. in 2. lectur. *C. de jur. emphyt.* in intel- lectu, quem dat ad capitul. *potuit, de locato*.

(18) *Non gela deveu tomar.* Ista lex vult, quod etiam emphyteota privari potest moram purgare infra decem dies. Tene menti, quia de jure communi magis communis opi- nio erat in contrarium, ut tradit Jaso in dict. l. 2. quæst. 29.

pagasse la renta, estonce (19) puedele tomar la cosa (20) el señor; maguer non le pidiesse el censo, el por sí, niu otri por el. Ca entien-dese, que el dia del plazo (21), a que deve pagar la renta, lo demanda por el señor, e aplaza al otro, que la pague.

LEY XXIX.

Como aquel que tiene la cosa a censo, si la ouiere a enagenar, que la deve vender al señor ante que a otro, queriendo dar tanto precio por ella, como da otro ome.

Enagenar, e vender puede la cosa, aquel que la rescibio a censo (1). Pero ante que (2) la venda (3), deuelo fazer saber al se-

Nota 1, tit. 32, lib. 11 Novis. Recop.

ubi latè, et Alexand. consil. 106. col. 3. volum. 2.

(19) *Estonce*. Non ergò poterit antea, etsi velit, ut dixi in gloss. præcedenti: non enim executio fit à lege, nisi istis terminis transactis, ut hic habetur, et sic responderetur ad notata per Doctor. ubi suprâ, quòd ubi est declarata voluntas domini, cum executio fiat à lege, non admittitur purgatio moræ, l. *trajectitia* 23. vers. *de illo*, D. *de action. et obligat.* l. *si is cui* 19. ubi Bart. D. *de legat.* 2. et in dict. l. *si insulam* 84. D. *de verbor. oblig.*

(20) *La cosa*. Cum melioramentis, ut in l. 2. *C. de jure emphyt.* ubi vide per Jason. 7. notabil. et adde Bald. in cap. *si vassallus, hic finitur lex, in usib. feud.* de quibus tamen melioramentis hoc intelligatur, vide Carolus Molin. in suo commento consuet. *Parisicus*. tit. 1. §. 1. in gloss. 5. fol. 8. col. 3. versic. *obiter*, cujus resolutio est, ut illa melioramenta amittat, que concernunt solitam meliorationem prædii, ad que expressè, vel tacitè ex contractu tenebatur; secùs, si nudam formam meliorationis excedant, ad que ex natura, et lege contractus non tenebatur, ut si novas mansiones urbanas, vel rusticas, vel aliud magui sumptus addiderit rei.

(21) *Que el dia del plazo*. Idem habetur in dict. l. 2. et in cap. *potuit*: vide que dicam in l. 8. tit. 14. infra ead. *Partita*.

LEX XXX.

Potest emphyteota, prius domino requisito, eique nunciato, quantum ab alio pro re sibi offertur, rem alii vendere; sed si dominus voluerit, habebit eam pro illo pretio infra duos menses; et tenetur dominus, si eam non vult pro eodem pretio habere infra id tempus, novo emptori novam cartam facere; et habebit pro laudemio partem pretii quinquagesimam, vel æstimationem, si alio modo quam per venditionem fuerit alienata: et emphyteota potest eam sine domini licentia pignori obligare; sed si eam alienet, vel pignoret homini à quo ita leviter censum dominus habere non possit, sicut Ordini, vel homini potentiori, perdet jus, quod habebat in ea. Hoc dicit.

(1) *Rescibio a censo*. Advertit, quia ex hoc verbo videtur, quòd dispositio huius legis habeat locum etiam in censuario, ut si alienet rem censualem domino irrequisito, cadat à jure suo; et hanc sententiam tenet Ang. de Aret. in §. *adeo* in fin. *Institut. de locatione*, allegat Bart. in l. 1. §. penult. D. *de superficiebus*: tu dic contractum, quia ex quo in censuarium fuit translatum omne jus domini, et sic omne dominium, juxta notata in cap. *constitutus, de religio. dumib.* per Gloss. et Doctor. potest liberè rem alienare: quia in re sua quilibet est moderator, et arbiter, l. *in re mandata* 21. *C. mandat.* l. *sed et si lege* 25. §. *constituit* 11. D. *de petit. heredit.* et quia sicut in contractu censuali quis non privatur jure suo, non solvendo, ut notatur in dicto cap. *constitutus*, sic neque alienando; quia ista duo equiparantur, ut patet in cap. *potuit, de locat.* tradit Alex. consil. 106. *viso themate*, libro 4. et ita tenet Decius cons. 164. *non fuisset*, etc. column. 3. dicens Angel. de Aret. non bene in hoc dixisse, et quòd Bart. quem ipse allegat, loquitur in superficieario, in quem tantum transit utile dominium, non in censuario; et idem tenet Socin. quem Decius non allegat consil. 208. *visis actis, et utilitatibus*, etc. column. 4. volumine 2. dicens hoc sensisse Imol. in cap. *ad audientiam*, column. 2. *de reb. Eccles. non alien.* et ad istam legem dic,

quòd loquitur in contractu emphyteotico juxta legem præcedentem, seu quando census solveretur in recognitionem domini, penes alium existentis, juxta ea que notat Bald. in titul. *de pace Constantia*, in verbo *persolvere fictum*; et facit bene ad prædicta, quòd notat Alber. in l. final. column. penult. *C. de jure emphyt.* ibi, sed nunquid hæc lex habeat locum in contractibus nostri temporis, quia appellantur ad hæreditatem perpetuam; vide ibi per eum, et nota ista, quia Doctores non tangunt in dict. l. fin. neque in dict. cap. *potuit*.

(2) *Ante que*. Impleta venditione intellige; nam bene potest exponere venalem sine requisitione domini, ut notat Abb. in dict. cap. *potuit, de locat.* l. notabil. item, et si non traderet, excusaretur à pena caducitatis, vide per Jason. in tract. *de jure emphyteotico*, col. 153. cum sequent.

(3) *La venda*. Quid si permutet cum alia re? Dic quòd non requiritur consensus domini, vel requisitio de qua hic; imò sine eo potest permutare cum alio: et est ratio, quia non potest consequi à domino rem, quam consequitur cum alio permutando, ut dicit Joan. Andr. in addit. *ad Specul.* tit. *de locato*, versic. 121. et idem vult Joan. de Imol. in dict. cap. *potuit*, col. 8. versic. *an autem*, Abb. consil. 74. *duo principalia*, volum. 1. Decius consil. 160. Jason. in dict. l. fin. column. 145. totius tractatus, licet gloss. parva in verbo *transponere* velit, quòd illa lex etiam habeat locum in permutatione; si tamen tantum etiam per viam permutationis possit consequi à domino, quod ab alio, haberet locum ista lex, secundum Innoc. in dict. cap. *potuit*, Abb. in dict. consil. et Decius ubi suprâ: tenebitur tamen requirere dominum, postquam cum alio permutaverit, ut illum investiat, et in possessionem inducat, recipiatque laudemium, secundum Jason. ubi suprâ.

Quid autem in locatione ad longum tempus? Dic idem, quòd in venditione, secundum Imol. in dict. cap. *potuit*, super gloss. 3. et tenet Alexand. qui alios refert consil. 129. vol. 3. licet enim emphyteota irrequisito domino, seu sine ejus consensu, possit vendere suam commoditatem fructuandi alteri, ut est de mente Bart. in l. *usufructu*, D. *soluta matrim.* tamen procedit, nisi fieret ad longum tempus talis concessio commoditatis: nam tunc esset species alienationis, ut in l. 1. §. *quod ait*, D. *de superficiebus*, et ita declarat Bald. novellus in tractat. *de dote*, fol. 41. column. 1. posset tamen emphyteota aliquem facere usufructuarium in re emphyteotica, irrequisito domino, secundum Baldum in l. 1. D. *quibus mod. usufruct. amit.* in versic. *idem in fundo*, et hoc dictum dicit esse notandum Alexand. in l. 3. §. *ex contrario*, D. *de acquir. possess.* column. 13. et dicit se habuisse de facto; ubi et dicit, quòd potest constituere usum uni, et usufructum alteri; et in penult. column. assignat rationem ad dictum Bal. quia ex hoc non transfert utile dominium, neque sua melioramenta, unde non sumus in casu capit. *potuit, de locato*, neque dicte l. final. et idem tenet Jaso in dict. l. final. 149. column. totius tractatus.

Quid verò, si donet? Vide Gloss. in dict. l. final. que dicit, quòd non tenetur requirere dominum, et est magis communis opinio: vide ibi per Jasonem column. 128, et column. 135. totius tractatus, ubi quid in emphyteota Ecclesie, an possit donare: et vide Baldi in l. pen. *C. de rei domin. vel tempor.* et in §. *donare, qualiter feud. alien. possit*, et in §. *libellarie, de pace Constantia*, et Bart. in l. *in conventionalibus*, D. *de verbor. oblig.* En au possit lega-

fior (4), como la quiere vender, e quanto es (5) lo quel dan por ella. E si el señor le quisiere

dar tanto por ella, como el otro, estonce la deve vender ante a el que a otro. Mas si el

re, vide per Jasonem ibi column. 138. et quid si venditio, vel alienatio sit necessaria, ut quia fit pro debitis emphyteotæ, vide per Jasonem ibidem column. 149. totius tractatus, versic. 5. *quæro*, ubi post Baldum in capit. 1. in princ. *de prohib. feud. alien. per Frederic.* tenet, quod possit dari in solutum per iudicem, salvo tamen semper canone domini: sed adverte, quia videtur dicendum contrarium, imo, quod requirendus sit dominus, qui fortassè velit solvere debita, et quod sibi assignetur in solutum; et non est ratio, cur in hoc aliud sit dicendum: quod enim fit per iudicem, fieri videtur per debitorem, l. *si ob causam* 13. C. *de eviction.* l. *eleganter* 24. in princ. D. *de pignor. action.* et cum emptor habeat causam à debitore, servanda est hujus legis dispositio, ac si ipse debitor venderet, l. *Julianus* 13. §. *idem Celsus* 17. D. *de actionibus empti*, l. *is qui* 31. D. *de usufruct. legat.* et hoc tenet Bald. consulendo, consilio 306. volum. 1. verba *investituræ*, etc. et licet loquatur, quando fuit factum pactum de non alienando, nisi requisito domino: tamen idem est, et si cesset tale pactum expressum, cum hoc sit de natura contractus, et dispositione legis, et militat eadem ratio.

Quid si vendat, dicens: Vendo tibi, si, et quantum de jure possum, et non aliter? Bald. in capit. 1. §. 1. column. 4. versic. *sed pone, quod vendidi*, etc. *de successione feud.* loquens in feudo tenet, quod per ista verba excusetur à pœna caducitatis, argum. l. *si me in vacuum* 34. et l. *qui absentis* 38. §. 1. D. *de acquir. possess.* etiamsi quando tradit, sit oblitus excipere jura domini, quæ in ipso contractu excipi deberent, argum. l. *si binarum adium* 35. D. *de servitut. urban. prædior.* quod dicit esse verum, nisi aliqua captio domini posset intervenire per corporalem traditionem, puta, si esset castrum, quod vix dominus recuperare poterit: nam dolus est in traditione, et ideo purgari debet per amissionem feudi, quoniam confictæ, et simulatæ protestationes nihil operantur; imò fraudem augent fictiones, ut D. *de jure patron.* l. *si libertus* 16. et quod per ista verba excusetur emphyteota à pœna caducitatis, tenet Jaso referens Bald. ubi suprâ (licet non ita latè, ut dixi) in dicta l. fin. column. penult. versic. 25. *quæro*; tu adde Bald. in cap. 1. §. final. *que fuer. prima caus. benefic. amit.* versic. *sed pone*, ubi ponit eandem questionem in feudo, et concludit, quod licet clam fieri videatur, cum non denunciatur domino, et in præjudicialibus non juvet protestatio; tamen cum adjicit hæc verba, *non aliter, neque alio modo* (quia tunc nihil videtur actum) fortè non perderet feudum: nam constat, quod non intendit alienare, nisi possit, juxta notata in simili in l. *si quidem* 9. C. *de exception.* et in l. *item Inabeo* 22. §. 1. D. *famil. erisc.* et argum. l. *si locupletis* 57. D. *de manum. testam.* et idem dic, si vendit sub conditione, si consensus domini accesserit, secundum Albericum in dicta l. fin. column. fin. per l. final. C. *de fundis patrimon.* libr. 11. tradit Jaso in dict. l. fin. col. fin.

Et quid si alienatio sit nulla, sed de facto invalidè celebrata? Dic, quod talis alienatio non induceret pœnam caducitatis, l. *ea quidem* 3. C. *si municip. ita fuer. alien.* l. *continuus* 137. §. *cum quis* 6. D. *de verb. oblig.* Specul. titul. *de locato*, §. *nunc aliqua*, versic. 93. Bart. in l. final. §. *sin autem, C. commun. de legat.* Baldus in l. 2. C. *de Episcop. audient.* Alexand. consil. 99. column. fin. vol. 5. ubi et vide per Alexand. an si alienatio fiat pro parte, cadat in totum à jure emphyteotico; de quo ultimo vide etiam per Jasonem in dict. l. final. versic. 13. *quæro*, penult. carta, column. 2. Intellige etiam istam legem de vendente, sciente qualitatem rei, qui erat emphyteotica; nam secus si ignoraret, ut tradit Jaso in dict. l. fin. versic. 15. *quæro*, column. 154. totius tractatus, et adde Decium consil. 328. column. fin. per quem vide, cui incumbat probatio scientiæ, et per Bald. in capit. 1. §. *si vassallus feudum in fin. si de feud. fuerit controvers. inter domin. et agnat.* Et an ex venditione facta per patrem, qui receperat pro se, et filiis, et nepotibus, præjudicetur illis? Vide Bart. quod sic, in l. 1. ad finem, D. *de interdict. et relegat.* et vide Bald.

in l. *adoptivum*, §. *patronum*, D. *de in jus vocand.* Et quid si sit minor, qui vendidit? Vide Bald. in l. *rem quam*, C. *si adversus vendit. pignor.*

(4) *Al señor.* Et si sunt plures domini, omnium tenentur requirere consensum, quando sunt domini pro indiviso, vide per Joannem Andr. in addit. *ad Specul.* titul. *de locato*, §. *nunc aliqua*, versic. 72. super parte *fisci*, et per Jasonem in dicta l. final. versic. 12. *quæro*, 153. column. totius tractatus. Et quid si plures domini requisiti unus velit pro se retinere, alius verò non? Vide per Alberic. in l. *si duo patroni*, in princ. D. *de jurejur.* Jason. ubi suprâ, et in l. *stipulationes non dividuntur*, column. 14. D. *de verb. oblig.* nam si vult totam rem retinere, et totum pretium solvere, bene auditur, per textum notabilem in l. *in bello* 12. §. *si servus plurium* 13. D. *de captiv.* Et an sufficiat, quod emphyteota uxoris denunciât ejus marito? Dic, quod sic, per l. *aut qui aliter* 5. §. *sed et Servotus* 3. juncta gloss. 1. D. *quod vi, aut clam*, declarando, ut ibi per Bart. tradit Jaso dict. l. fin. 17. quæst. 155. column. totius tractatus: et quod emphyteota emphyteotæ requirere debeat consensum domini principalis, vide Azon. C. *cod. in summa*, et Gloss. in dict. l. fin. et per Bald. in l. *si permittente*, C. *ad Macedon.*

(5) *Et quanto es.* In dicta l. fin. à qua ista sumpta est habetur, quantum pretium ab alio revera accipi potest: si ergò veritatem pretii non notificat, sed aliquid falsitatis admiscet, undè dominus nollet emere, caderet emphyteota à jure suo, ut notat Salicet. in dict. l. fin. et Specul. titul. *de locat.* §. *nunc aliqua*, versic. 92. et vide per Jasonem in dict. l. fin. 6. et 7. notabili.

(6) *Que le non queria.* Quid si non constat de expresso consensu, seu licentia; sed apparet, quod dominus longo tempore recepit pensionem ab emptore, cui vendidit emphyteota? an per hoc præsumatur, dominum consensisse venditioni? Vide Alexand. consulentem, quod sic, consilio 113. volum. 4. Et nota hic, quod sufficit, quod dominus dicat, se nolle emere, licet non det licentiam vendendi, ut tenet Specul. in dict. §. *nunc aliqua*, versic. 100. *quæro*: et idem probatur hic, etsi dicat nolo retinere, quia non est ulterius expectandus, licet Spec. versic. 101. teneat contrarium: tamen Joan. Andr. ibi in additionibus, tenet primum, per dictum cap. *potuit*, et bene secundum Jasonem in dict. l. fin. 8. notabili, col. 120. totius tractatus. Et quid si post licentiam domini emphyteota per annum, et amplius distulit venditionem? Distingue, ut per Joan. Andr. in addition. *ad Specul.* titul. *de locato*, dict. versic. 101. dict. §. *nunc aliqua*, quem sequitur Jaso ubi supra proximè dixi.

Sed quid si vendidit de consensu domini, sed postea agit tanquam deceptus remedio l. 2. C. *de rescindenda vendit.* et l. 56. titul. 5. supra ead. *Partit.* et ita consequitur rem; vel vendidit cum pacto de revendendo, et postea reemit? an in ista nova translatione domini requiratur consensus domini? Vide per Baldum novell. in tractatu *de dote*, fol. 41. column. 1. ubi tenet, quod non: et ibi tractat illam questionem, an consensus præstitus per dominum, quod res emphyteotica alicui daretur in dotem, sufficiat, sine eo quod iterum dominus consentiat, quando soluto matrimonio dos traditur mulieri; et tenet, quod sic, ex eo, quia qui voluit antecedens, videtur velle et consequens, l. *illud* 77. D. *de acquir. heredit.* l. *quomodo simpliciter* 15. C. *de fideicommissis.* Adverte tamen quoad id, quod dicit Bald. novell. quando rescindatur venditio ex remedio l. 2. vel ubi reemittitur: quia ipse nihil allegat pro hoc dicto, et videtur quod saltem in eo, quod dicit de pacto de revendendo, non bene dicat, juxta ea, quæ notat Alberic. in l. *ab emptione*, D. *de pactis*, ubi Jaso fin. column. est enim receptio secundæ venditio, et de ea debet habere dominus suum laudemium: non enim resolvitur contractus; sed rescinditur ex pacto primus, et fit secundus: procederet tamen dictam Baldi novelli, quando dominus, qui primus venditioni dedit licentiam, fuit certificatus, vel conscius pacti de revendendo: quia tunc primus consensus extendit se ad secun-

señor dixesse que le non queria (6) dar tanto, o lo callasse (7) fasta dos meses (8), que le non dixesse si lo quiere fazer, o non; dende adelante, puedela vender a quien quisiere: e non le puede embargar, aquel que gela dio a censo, que lo non sága. Pero deuela vender a tal ome, de quien pueda el señor auer el censo, tan ligero (9) como del mismo (10). Otrosi dezimos, que este que tiene la cosa a censo, que la puede empeñar (11) a tal ome como sobredicho es, sin sabiduria del señor. E estonce, quando la enagena, tenuto es el señor de la cosa, de rescibir en ella a aquel a quien la vende, e de otorgargela, faziendole ende carta de nueuo. E por tal otorgamiento, o renouamiento del pleyto, non le deve tomar (12) mas de la cinquentena parte, de aquello por que fue vendida; o de la estimacion que podria valer, si la diesse. Mas a otras

personas, de que non podiesse auer tan ligeramente el censo, non la puede vender, ni empeñar, assi como a orden (13), a otro ome mas poderoso que el; que estonce non valdria, e perderia (14) porende el derecho que auia en ella.

TITULO IX.

DE LOS NAUIOS E DEL PECIO DELLOS.

vubes 2. D. de institor. et idem voluit Bald. in l. si patruus, column. 3. vers. aut continuat negotium solitum, C. commun. utriusque jud. et in addition. ad Bart. in tract. de duobus fratribus, Decius consil. 255. et dict. consil. 441. Doct. noster de Palac. Rub. in repet. cap. per vestras, in rubr. de donat. inter vir. et uxor. col. 308. ubi inferit ex his dictis Baldi ad questionem, si matrimonio soluto morte unius conjugum, alter remaneat in communibus bonis, quod lucra quassita dividi debeant inter eum, et heredes defuncti: vide ibi per eum. Et advertit, quod finita societate, haeres tenetur lucra, quae habuit ex rebus, quae manserunt in societate communicare sociis, l. actione 64. §. si in rem certam 2. et l. et acti 36. D. cod. licet ad interesse talis lucri non teneatur, quamvis uteretur cum eo in suis negotiationibus, ut habetur D. cod. l. socium, qui in eo 60. in princip. et ibi Gloss. et tradit Alexand. consil. 132. vol. 5. perfectis, et ponderatis, col. 4. vide per Alber. in dict. l. socium, qui in eo. Quarto limita istam legem per text. in dict. l. actione 65. §. item si alicuius 10. versic. quod si integris omnibus, D. cod. et ibi vide Bald. ponentem pulchrum casum, qui legit illum §. ad fin. §. renuntiare ejusdem leg.

deat pecuniæ, ut in §. de illa 2. Instit. de societate, et in dict. l. si non fuerint 29. §. 1. et secundum hanc opinionem consuluit Alexand. consil. 131. vol. 5. incipit, si quis verax. Petrus verò, quem sequitur Cin. in dict. l. 1. distinguit, an pecunia statim perempta est, ante quam alius præbeat operam, et tunc damnum debeat communicari, ac contractus claudicet, l. si id quod 7. D. de rescind. vend. aut perit post operas exhibitas, et tunc damnum sit solius inmittentis, et isto casu procedat opinio Gloss. et istam opinionem dicit esse æquam Alberic. in dict. l. 1. post Cin. et sic videtur in ea residere; sed istam distinctionem Petri reprobatur Salic. in dict. l. 1. et Alex. etiam dicit, hanc æquitatem non fulciri lege scripta, in prædicto consilio.

Ego vero in ista questione dicerem, quod si de hoc esset consuetudo regionis inter mercatores, illa esset servanda, et secundum illam videtur contracta societas, argum. l. quod si nolit 31. §. quia assidua 20. D. de collat. edict. et in authent. de fidejussor. §. fin. Bald. in dict. l. 1. versic. 3. quaro in fin. idem si fieret expressum pactum de hoc, scilicet, quod pro ea parte, pro qua ponens operas sustinet lucrum, pro eadem sustineat damnum capitalis; cum ea sit natura societatis, ut lucra, et damna sint communia, ut in dict. l. si non fuerint, et sup. cod. l. 3. neque obstat, si dicatur, quod satis est, quod perdit operas; nam dicendum est, quod inter damna societatis non consideratur amissio operarum, sed capitalis, et illarum amissio damno non adscribitur: si enim capitale remanet salvum, et alter operas amisit, nihil sibi regulariter resarcitur, ut patet ex notatis in dicta l. 1. et ex notatis per Bald. in l. si patruus, col. fin. C. commun. utriusque judic. ubi dicit, quod si perdatur opera posita in societate, nihil perditur, quod non sit commune uni, et alteri; quia talis opera est irrepitibilis, l. si non sortem 26. §. libertus 12. D. de condit. inteb. et quia opera videtur equiparari interusurium pecuniæ; unde si unus perdidit operas, alter interusurium pecuniæ, non sit hinc inde contributio: et quod tale pactum valet, tenet Gloss. in cap. plerique, 14. quest. 3. et videtur velle Abb. in cap. naviganti, col. 2. de usur. Doctor de Palac. Rub. ubi supra col. 500. Et istud procedit sine dubio, quando ipsum capitale in fine societatis esset dividendum inter socios; nam aliàs, si totum capitale in fine societatis deberet esse solius inmittentis, tunc videtur tale pactum non valere, imo est injustum: quia sicut dicitur tale pactum esse iniquum, quando ponens operas paciscitur, ut sustineat damnum totius capitalis, ut dixit Gloss. in dict. cap. plerique, et Bald. in dict. l. 1. quest. 9. Abb. et alii in dict. cap. naviganti; igitur idem est dicendum, si paciscatur super damno dimidia capitalis, l. quæ de tota 76. D. de rei vendicat. Præterea cum ex tali pacto pro parte pecuniæ non sustineat periculum ponens pecuniæ, injustum est, ut percipiat pro illa parte lucrum, pro qua non subit periculum, ut est de mente S. Thomæ in 2. 2. quest. 78. art. 2. ubi dicit, quod licet pacisci, et sperari de lucro, in contractu societatis, quia ille qui pecuniæ inmittit, retinet apud se dominium pecuniæ, et subit periculum ipsius pecuniæ; ideo decet, ut lucrum etiam capiat: et hujus sententiæ est etiam Sanctus Bernardinus in suo sermone 39. art. 3. cap. 2. versic. secundus castus, et Sylvester in summa, in parte societas, 2. versic. 6. quæritur, circa finem. Socin. etiam consil. 265. in 2. volum. incipit presentis consultationis investigatio, in secunda difficultate plenè examinat istum articulum, et tandem concludit, quod simpliciter dicere, quod valet pac-

(2) Desterrado. Sive enim major, sive media capitis diminutio interveniat, solvitur societas, ut in l. verum 63. §. fin. D. cod. et l. actione 65. §. publicatione 12. eod. tit. et in dict. §. solvitur 5. Instit. eodem.

(3) Muerte civil. Habetur namque deportatus pro mortuo quoad plura, ut dicit Gloss. in dict. §. publicatione, vide quæ dixi in l. 2. tit. 18. Partida 4.

(4) Desamparar. Adde §. item si quis ex sociis 8. Instit. de societate, et l. 4. §. 1. D. eod.

(5) Muriendose. Adde l. si id quod 58. in princip. et §. item Celsus 1. D. eod. et Azon. C. eod. in summa, versic. solvitur, et in princ. 4. col. Sed quid, si unus ponit in societate pecuniæ, alius operam, et industriam, et perditur capitale, et perinde societas dissolvitur, ut hic dicit? an ponens operam, teneatur ad dimidiam capitalis, et sic, an tale damnum debeat communicari inter socios? Quæstio est valde dubia, et in ea est opinionum varietas; nam Gloss. in l. si non fuerint, §. 1. super verbo solus, et in l. 1. C. pro socio, tenet, tale periculum non esse communicandum; imò quòd totum capitale perit inmittenti: et idem tenuit Odofred. relatus ab Alberic. in dict. l. 1. et etiam Rosfredus, quando pecuniæ non esset communicata tempore societatis; et ut ibi refert Albericus: opinionem etiam Gloss. tenet Bart. Ang. Paul. de Castre. in dict. l. 1. et opinionem Gloss. dicit communiter approbari, Doctor de Palac. Rub. in repet. cap. per vestras super text. col. mihi 500. in formis minoribus; et ratio Gloss. et tenentium cum ea est, quòd quatenus quis lucrum sentit, eatenus de damno participare debet, l. secundum naturam 10. D. de reg. jur. l. manifestissimi 22. §. sed cum in secundam 3. C. de furtis; sed operam ponens nihil de capitali lucratur, ut communiter Doctor. tenent in dict. l. 1. dicentes, hoc esse de jure contra Gloss. ibi, etiam cessante consuetudine; igitur nullum damnum sentire debet. Jacob. de Raven. Richar. Oldra. et etiam Salic. in dict. l. 1. indistinctè tenent, periculum amissæ pecuniæ fore commune, per l. cum duobus 52. §. quidam sagariam 4. et dict. l. si id quod 58. §. item Celsus, D. eod. et si dicatur, quòd illæ leges loquuntur, quando uterque ponit pecuniæ in societate, dici potest, quòd non est dare rationem diversitatis, sive ambo ponant pecuniæ, sive unus pecuniæ, alter operam, cum opera correspon-

cosa sobre que fizieron la compañía, mudasse despues su estado. Esto seria, como si fuesse la cosa atal, de que podrian los omes vsar, siruiendose della, e despues la fiziessen sagrada; como si fuesse casa de morada, e la fiziessen Egleſia; o si fuesse plaça, e fiziessen della cimiterio; o por otra razon semejante destas.

LEY XI.

Como se puede ome partir de la compañía, non se pagando de sus compañeros.

Buena es la compañía entre los omes,

tum, ut damnum capitalis sit commune, item simpliciter dicere, quod non valeat, esset falsissimum; sed iudicandum esset in hoc, utrùm industria, et opera non esset minoris æstimationis, quàm capitale positum ab altero socio, ut tunc tale pactum esset iniustum, et non valeret; si verò esset minoris, et pars lucri non esset minoris æstimationis arbitrio boni viri, quàm suscepti periculi, tunc valeret; et fundat hoc ex dict. l. *si non fuerit*, §. 1. et dicit §. *de illa, Instit. de societ. facit etiam l. 4. supra eod. et hoc etiam mihi placet, cum jura semper considerent æqualitatem inter socios, et pro ea parte quis lucrum sentiat, pro qua et subest periculum, ut voluit Gloss. communiter approbata in dict. cap. *plerique*, 14. quæst. 3. Et per prædicta videtur, quòd possit attentari, quod quando mulier dedit in dotem viro pecuniam, vel alias res æstimatas ea æstimatione, quæ transfert periculum in virum, quòd non possit petere lucra quæſita, constante matrimonio, pro dimidia: quia cum non subeat periculum capitalis in societate conjugali, non debet percipere lucrum. Sed contrarium videtur verius, ex quo per legem, et consuetudinem Regni hæc lucra communicantur; et in dote æstimata non potest dici, quòd insit mutuum representatum, vel aliàs, sed datur ob onera matrimonii; neque intentio est lucrandi saltem principaliter, et ita servatur in practica; et quia etiam uxori, quæ nihil habuit in dotem, communicantur talia lucra, et sic, licet nullum capitalis sustineat damnum: et ita servatur in practica, quidquid aliàs esset de jure, ut testatur Roderic. Suarez in repet. l. 1. tit. *de las ganancias*, lib. 3. *Foro Leg.**

Si verò neque in hoc esset consuetudo aliqua, vel pactum, sed simpliciter fuit contracta societas, et unus posuit pecuniam, alter operam, sed capitale fuit à principio ex pacto communicatum effectualiter, ita quòd finita societate communiter dividatur; tunc planè procedit, quòd si perdat capitale, damnum communicetur, quia cum esset commune periit utrique: si verò totum dominium pecuniæ reservatum est penes immittentem, prout est in dubio, secundum communem opinionem Doctor. reprobat Gloss. in dict. l. 1. tunc capitale perit immittenti, et sic procedit opinio Gloss. communiter approbatæ in dict. l. 1. Quod tamen limitat Socinus in dict. consil. col. 3. nisi societas fuisse causa peremptionis, ut quia pecunia aliàs non periisset, si societas non fuisset contracta: allegat l. *si id quod* 38. §. *item Celsus* 1. D. eod. et quia etiam, quando res propria unius ex sociis periit occasione societatis, periit societati; allegat dict. l. *cum duobus* 52. §. *quidam sagariam* 4. D. eod. et l. *secundum Julianum* 61. eod. tit. Et si talis limitatio Socini est vera, esset fere destruere opinionem communem, quòd capitale periit immittenti, et non conferat, qui ponit operam: nam semper diceretur periisse occasione societatis, quia si in arca habuerat, non periisset: et in effectu est dicere contra ea, quæ supra conclusa sunt, quòd ut justum sit lucrum, capitale debeat esse periculo immittentis: undè reputo istam limitationem Socini esse falsam, et ad §. *item Celsus*, quem ipse allegat, respondetur, quòd ibi pecunia non erat unius tantum, sed utriusque, jam in communi collata: et ad §. *quidam sagariam*, et l. *secun-*

mientra cada vno de los compañeros han voluntad de fincar en ella. Mas quando alguno de los compañeros non se pagasse della, puedela desamparar (1), si quisiere, diziendo assi a sus compañeros: Fasta agora me pague de auer compañía con vusco (2), mas de aqui adelante non quiero ser vuestro compañero; e non le pueden embargar los otros, que lo non faga. Pero si este atal se partiesse de la compañía, ante que sea acabado el fecho sobre que la fizieron, o ante que sea acabado el tiempo en que auia a durar; estonce tenuto seria de pechar a los otros (3) compañeros todo el daño, e el menoscabo que les viniessen por esta

dum Julianum, dic, quòd non concludit hoc: quia aliud est perdere res proprias unius ex sociis occasione societatis, aliud est perdere capitale destinatum, seu immissum in societate: nam primo casu damnum contingit extra res societatis, secundo verò in ipso capitali societatis, quod debet perire immittenti, ut justificetur lucrum; undè limitatio Socini non probatur per leges, quas allegat: neque dict. §. *quidam sagariam* deberet intelligi in omnibus rebus propriis unius ex sociis, quas perdidisset occasione exercitii societatis; sed de illis tantum, quas habuit necesse secum ferre ratione societatis, et quas ipse aliàs non tulisset, ut clare cantat ille §. Si vero uterque ponit pecuniam, et operam, tunc quia censetur pecunia communicata, argum. ll. 1. et 2. D. eodem, sine dubio damnum erit commune; et in hoc, ut et dicit Socinus, nullus Doctorum dubitat: quod intelligerem, quando concurrat æqualitas, tam in capitalibus, quàm etiam in operis: nam si esset inæqualitas, recurrandum esset ad ea, quæ supra dixi, quando unus ponit pecuniam, alius verò operam, et ad considerationes, quas ponit in hoc Socinus in dict. consil. *in prima, et secunda difficultate*: et ita in prædictis videtur mihi concludendum in hac materia, quæ est multum dubia, et variè Doctores loquantur, quicquid aliter voluerit Bald. consil. suo 493. vol. 4. incipit *multiloquium semper displicuit*, etc. qui non advertit ad prædictas considerationes Theologorum, et quas tradit Socinus in dict. consil. sed simpliciter pertransit. Et contra opinionem, quam tenait in dict. l. 1. unum tamen singulariter nota, quod ipse dicit in præallegato consil. quòd dissoluta societate, potest peti executio pro capitali ab ipso, qui illud posuit, non obstante, quòd non sit liquidatum, an intervenerit in eo damnum, vel non, neque positus sit calculus, neque visæ fuerint rationes; et si reus excipiat de amissione per casum, vel sine culpa, hoc probet intra terminum statutum: quod tu multum nota ad leges Regni præcipientes exequi instrumenta tabellionum.

LEX XI.

Solvitur societas consocii renuntiatione: si tamen ante tempus, vel negotium, super quo fuit contracta, desistat, tenetur ad interesse; nisi fuisset conventio in contrarium. Hoc dicit.

(1) *Puedela desamparar*. Adde l. *actione* 65. §. *dicimus* 3. D. eod. et in §. *renuntiare* 7. eadem l. et ibi per Gloss. in verbo *eodem tempore*, cum gloss. sequent. et Gloss. super verbo *de hoc*, et l. *tandiu* 5. C. eod. et l. *sed et socius* 17. §. *si absentis*, D. eodem.

(2) *Con vusco*. Et sit debet fieri renuntiatio societatis præsentis, et scienti; si vero fiat absentis, vide l. *sed et socius* 17. §. 1. D. eod.

(3) *A los otros*. Debet namque considerari, quod renuntiet in damnum totius societatis, et quod societati intersit, quod non intempestive renuntietur per unum ex sociis: si enim societati expedit, teneret renuntiatio intempestiva, licet intersit unius ex sociis eam non solvi, ut in dict. §. *dicimus* 3. et §. *Labeo autem* 5.

razon. Fuera ende, si quando firmaron la compañía, fizieron pleyto (4) entre si, que el que se non pagasse della, que la pudiesse desamparar, cada que quisiessse, ante del tiempo sobredicho, o despues.

LEY XII.

Como se deve partir la ganancia o la perdida entre los compañeros, quando alguno dellos se parte de la compañía por pro de si, e daño de los compañeros.

Puesta, o firmada seyendo la compañía entre algunos omes, so tal pleyto, que todas las ganancias (1) que fiziessen, de aquel dia en adelante que la firmaron, que fuessen comunales a todos los compañeros, si despues desto alguno dellos, entendiendo que le venia alguna ganancia muy grande de alguna parte; assi como si sopiessse que le avia alguno establecido por su heredero, o que tenia en coraçon de establecerle, o le viniessse la ganancia de otra parte qualquier, e por razon della, engañosamente (2) se partiessse de sus compañeros, por la aver el toda, e fazer perder

(4) *Fizieron pleyto.* Pactum de recedendo à societate intempèstivè non est supervacuum, ut hic, et in dict. §. *diximus*, et ibi *Gloss.*

LEX XII.

Fraudulenter societati renuntians propter aliquod lucrum, quod expectat habere, vel ob hereditatem sibi delatam, ut non communicaret eam cum sociis, tenetur, hoc non obstante, communicare: et si quid perdidit post renuntiationem, ei soli imputabitur: et quod socii plus lucrati fuerint, ei non communicabitur, propter dolum quem commisit. Hoc dicit. Habuit ortum à l. *actione* 65. §. *diximus* 3. vers. *quid ergo*, D. *pro socio*, et *Inst. eod. tit. §. manet* 4.

(1) *Que todas las ganancias.* Nota benè, quia non existit, quod sit societas omnium honorum quasitorum, et quærendorum; sed sufficit, quod sit quærendorum, ut ista lex locum habeat: et sic declaratur text. cum *Gloss. in l. actione* 63. §. *diximus* 3. D. *eod.* et §. *manet* 4. *Inst. de societate.* à quibus ista lex habuit ortum.

(2) *Engañosamente.* Opponit Joan. Fab. in dict. §. *manet*, *Instit. de societate.* quod ubi agitur de dolo, vel fraude, ille tenetur fraudem committere, qui alienat, non qui conditione acquirendi non utitur, l. *qui autem* 6. in princ. D. *que in fraud. credit.* l. *nemo ex sociis* 68. §. 1. D. *pro socio.* Item ubi quis ad provisionem sui facit aliquid, non censetur dolus; imo lex talem dolum consuluit, l. *cum pater* 77. §. *Titio* 31. D. *de legat.* 2. l. *atqui natura* 19. §. *cum me absente* 3. D. *de neg. gest.* neque videtur dolo facere, qui jure suo utitur, l. *nullus videtur* 53. D. *de regul. juris:* cum igitur socius renuntiare possit societati, quomodo dicitur committere dolum, utendo jure suo, renuntians societati ad sui provisionem? Respondet Joan. Fab. ad primum, quod ubi contractus præcedit, vel materia, que obliget ad quærendum secundum bonam fidem; tunc est dolus, si non acquirat, et tenetur, l. 2. §. *non tantum*, D. *de hered. vel action. vend. l. sed et si lege* 25. §. *perinde* 8. D. *de petit. heredit.* et ita debent limitari leges in contrarium allegatæ, et l. 1. §. *confertur*, D. *de collat. bo-*

a los otros la parte que deuen aver en aquella ganancia; si esto pudiere ser prouado, tenudo es de dar su parte de la ganancia a cada vno de los compañeros, maguer fuesse ya quitto de la compañía. E aun dezimos, que si de aquel dia en adelante que se partio de la compañía, assi como es dicho, acacessiessse que perdiessse, o menoscabasse alguna cosa, que a el solo (3) pertenesce la perdida, o el menoscabo, e non a los otros: e lo que los otros compañeros ganassen, despues que el se partio de su compañía, todo deue ser suyo dellos, e non le deuen dar parte ninguna a el; por razon del engaño que les fizo. Ca derecho es, que quien engañosamente quiere fazer perder algo a sus compañeros, que toda la perdida a el pertenesca.

LEY XIII.

Como se deve partir la ganancia o perdida entre los compañeros, quando se parte la compañía por alguna razon derecha, que aya.

Departida (4) seyendo la compañía por alguna de las razones que diximos en las leyes

nor. Et confert ista responsio Joan. Fab. ad decisionem pulchri dubii, quod vidi versari in Regio Consilio: nam quidam (ex eo quod injuriosè percuserat quemdam in manu, ex quo manus fuit abscisa, vel remansit inutilis, et arida) condemnatus fuit per judicem inter alia, ut pro damno illi percusso illato, daret ei duo millia ducatorum; et lata sententia supervenit huic percussori existenti in fuga hereditas matris, cum antea esset pauper, neque haberet unde solveret; qui tamen repudiavit hereditatem; versabatur questio, an in illis bonis hereditariis posset fieri executio pro illa condemnatione pecuniaria; allegabatur, quod non, perdictam l. *qui autem*, et alias similes; in contrarium allegabatur l. *in fraudem* in principio, D. *de jure fisci*, sed illud speciale est in fisco, secundum Bartolum, et Albericum ibi, et non allegabatur ista consideratio Joan. Fab. que satisfacit; et pronuntiatum fuit, quod executio fieret in dictis bonis matris, non obstante repudiatione. Vel potest aliter responderi ultra Joan. Fab. quod longè intersit differre aditionem, et antea renuntiare societati, vel repudiare: cum primo casu intendat sibi acquirere, et non sociis, secundo, neque sibi, neque sociis: ad alia objecta respondet Joannes Faber, quod procedunt, quando est sine lesione tertii.

(3) *Que a el solo.* Et sic claudicat hic distractus, ut et notat Bald. in dict. l. *actione*, §. *diximus*.

LEX XIII.

Soluta societate, lucra, et damna dividuntur, ut conveniat inter socios; sed damnum per dolosum socium commissum doloso tantum imputabitur: nec compensabit ipsum cum sociis prætextu majorum lucrorum per dolosum obvenientium: dolosus tamen benè compensabit cum dolosis. Hoc dicit.

(1) *Departida.* Adverte tamen, quia etiam ante dissolutionem societatem debent revideri rationes inter socios de anno in annum amicabiliter, seu quancumque sine calumnia petatur, secundum Baldum, et Salic. in rubrica *C. pro socio*, col. 2. Adde Bart. et ibi Joan. de Plat. ultimo notabili per illum textum in l. 4. *C. de suscept. et arch.* lib. 10. et per Bart. in l. *Mutius*, D. *eod.*

Ley 1,
tit. 1,
lib. 10
Novis.
Recop.

ante desta, luego que esto sea fecho, deuen partir entre si todas las ganancias (2), e las perdidas, en la manera que fue puesto (3) en la compañia, quando la firmaron. E si alguna perdida auino en la compañia, por engaño (4) que fizo alguno de los compañeros, a aquel solo que fizo el engaño, pertenesce la perdida: e non se puede escusar que la non refaga, maguer que el diga que fizo otras ganancias (5) a otra parte, que fueron tantas, e tales, de que podria ser mejorada aquella perdida. Fuera ende si alguno, o algunos de los otros ouiesse fecho otro atal engaño. Ca estonce dezimos, que se deue compartir (6) entre aquellos que fizieron el engaño, de guisa que non alcance ende parte a los otros.

(2) *Ganancias.* Et consuluit Angel. de Peru. quod mercator peritus in negotiationis exercitio præsuntur lucrari; nisi infra annum protestetur, et probet per verisimilia argumenta, et indicia de opposito, per textum in l. 2. in princip. *C. de nauicular.* lib. 11. et l. tutor, qui repertorium 7. §. quæ autem 10. D. de admia. tutor. refert, et sequitur Joan. de Plat. in l. 4. *C. de susceptor. et archar.* lib. 10. et ei qui dicit, se non fuisse lucratum ex negotiatione, incumbit probatio: quia in dubio præsuntur quis lucrari, et non perdere, l. cura 4. §. deficientium 1. l. semper 5. §. negotiatio 8. D. de jur. immun. l. si defunctus 10. *C. arbitr. tutela,* sicut et dicimus, quod in casibus in quibus leges obligant aliquem, si factus sit locupletior, in dubio præsuntur, quod factus fuerit locupletior, nisi probetur contrarium, l. utrum 23. juncta Gloss. et ibi Angel. D. de petit. hered. Sed an teneatur socius reddere socio partem lucrorum, habita ratione secundum quod alii mercatores ejusdem exercitii communiter lucrati sunt, vide per Alexand. cons. 47. incipit circa primum, vol. 1.

(3) *Puesto.* Intellige tamen juxta ea quæ dixi in l. 4. supra eod. et in l. 10.

(4) *Engaño.* Idem si culpa leui, seu negligentia, de qua socio teneatur, ut in l. 7. supra eod. et l. de illo 23. et l. non ob eam 25. D. eod. tit. sed contradicit l. 22. tit. 14. infra ead. *Part.* vide quæ ibi dixi.

(5) *Ganancias.* Et sic alter socius amplectitur lucrum, et abstinet à damno illato per socium; undè ob stare videtur l. secundum naturam 10. D. de regul. jur. sed dic quod hoc ideò est, quia de natura est societatis, ut socii studeant lucro, ut *Inst.* eod. in princ. undè sicut unus studet, sic et ad lucrum alius debet facere, et si non facit, teneatur: quia propter lucrum ab eo factum, consequitur lucrum etiam alterius, ut dicit Alber. in l. de illo, §. *Marcellus*, D. eod. et ante eum Gloss. in l. si negotia, D. de negot. gest. ubi vide Bart. et Doctor. quando damnum in uno compensatur cum lucro in alio: huic tamen dicto hujus legis videtur ob stare, quod habetur in l. 22. tit. 14. infra ead. *Part.* ubi vide quæ dixi. Et faciunt prædicta ad questionem societatis conjugalis, ut si vir in aliquibus sua culpa, vel negligentia aliqua perdat, licèt in aliis lucretur, ut non compensatur damnum cum lucro. Ad quod etiam facit, quæ adducit Montalv. et post eum Roderic. Suarez in repet. l. 1. tit. de las ganancias, lib. 3. *Poro Leg.* fol. antep. versic. *quaritur circa hoc*, de marito, qui ludendo, vel meretricando, lucra quesita consumpsit, utrum debeat computare in parte sua bona sic malè consumpta; et concludunt, quod sic, per l. adeo 59. §. 1. D. pro socio, ibi, *quod in alea, aut adulterio perdidit socius*, etc. et l. si is cum quo 20. D. commun. divid. et l. inter cohæredes 44. §. quod ex facto 5. D. familiar. creise. dict. l. cum duobus 52. §. *damna* 3. D. pro socio, quia ludere est lata culpa, ut in l. pactum 3. *C. de collat.* per Cim. et meretricari sit dolus, l. si vero non remunerandi 12. §. si adolescens 11. D. man-

LEY XIV.

Por que razones se puede partir vn compañero del otro, ante de tiempo.

Departir se puede la compañia ante de su tiempo, por quatro razones. La primera es, quando alguno de los compañeros es tan brauo (1), o de tan mala parte, o que ouiesse en si otras maneras semejantes destas, que fuessen atales, que los otros compañeros non le pudiessen sofrir, nin beuir con el en buena manera (2). La segunda es, si alguno de los compañeros embia el Rey, o el Comun de alguna Cibdad, o Villa, en su mandaderia; o le dan algund oficio, o le mandan a fazer al-

dat. Bald. in authen. *ex testamento, C. de collat.* Subdit tamen Roder. Suarez, quod licèt in puncto juris hoc possit sustentari; tamen, quod contrarium servatur in practica, neque fiunt istæ considerationes, quando lucra dividuntur, et quod aliàs infinitæ lites orientur, et maximè, secundum eum, quia argumenta de societate non in totum procedunt de marito ad uxorem; et quia marito datur potestas alienandi, quod non est in socio; et quia ipsi sunt, qui principaliter labores subeunt, et qui lucrantur, ut ibi latius per eum: et pro hoc stilo, et consuetudine, quæ est in practica, benè facit, quia non est ita de natura conjugalis societatis, quod uterque ex sociis studeat lucro, sicut est de natura societatis conventionalis; et sic cessante dicta ratione, debet cessare, quod damnum non compensetur cum lucro: et benè facit lex Ordinamenti de Nieva, cum tantum prohibet alienationem, quando fit cautelosè, et animo defraudandi uxores in istis lucris.

(6) *Compartir.* Adde ll. 22. et 23. tit. 14. infra ead. *Partida.*

LEX XIV.

Potest ante tempus socius renuntiare societati, si sit in officium legationis Regis, vel communis utilitatis causa assumatur. Item si socius sit rixosus, vel incomportabilis. Item si socius pacta non seruat. Item si non potest uti re, sicut conuenerunt inter se. Hoc dicit.

(1) *Brauo.* Adde l. si conuenerit 14. et ibi Bart. Bald. et Alb. D. eod. et ibi allegando cap. *ueniens, de sent. excomm.* dicit Alb. quod monacha rixosa potest expelli.

(2) *En buena manera.* Adde Abb. in cap. *inter dilectos*, in fin. *de fide instrument.* ubi vide de scholari, qui malè versatur in domo, et non potest compèci à sua insolentia, quod poterit expelli. Adde etiam Bald. in l. *ade*, ad fin. *C. locat.* de inquilino, qui ponit meretrices in domo, quam conduxit; et tenet statutum factum à collegio, quod non possit ibi ingredi aliquis rixosus, vel turbulentus homo, Bart. in l. 1. D. de colleg. illie. column. 4. adde etiam Bart. in l. *inter pupillos. D. de auctor. tutor.* et in dicta l. *si conuenerit*, quod pupillus provocare potest ad divisionem socium rixosum, et per Gloss. in l. *jubemus*, in verbo *diuide-re, C. de Sacros. Eccles.* neque dicitur idoneus fidejussor, quando esset homo cavillosus, vel qui sine litigio non solueret, argument. l. *eum qui in fin. D. de in diem addition.* Bartol. et Jason. in l. *si quis stipulatus sit*, §. 1. D. de *verbor. oblig.* Adde etiam, quod meretrices, et usurarii non patiuntur à vicinia; et ideò conuenerunt conducere domos ad mensem, seu solvere quolibet mense, ut tradit Spec. tit. *de locat.* §. *nunc aliqua*, vers. 87. Et expellitur quis de civitate, ubi est timor, quod inficiat alios, ut in l. 2. ubi Bald. ult. notab. et And. Barba. in addition. *C. de Summ. Trinitate, et Fide Catholle.* ubi et tradit, quod mulier male famæ potest expelli de vicinia, ne alios inficiat. Et an jus societatis possit cedi alieni extraneo, inuitis aliis sociis, vide per Bald. in l. 1. *C. qui testam. facere possunt.*

gund servicio, o alguna cosa que sea a pro del Rey, o del Comun del lugar. La tercera es, quando non guardan al compañero la condicion, o el pleyto sobre que fue fecha la compañía señaladamente. La quarta es, quando aquella cosa, por la qual fue fecha la compañía, es embargada, de manera que non pueden vsar della. E esto seria como si fuesse alguna nave, en que ouiessem a andar sobre mar, e fuesse rota, o empeorada, de guisa que non pudiessem vsar della; o si señalassen alguno de los compañeros alguna tierra, o Villa, o alguna casa do vsasse de la mercaderia, o del fecho sobre que la fizieron, e le quisieren despues toller de aquel lugar (3), e embiar a otro, o le cambiassen de aquel estado que ouiessem señalalado, o en alguna otra manera semejante destas.

LEY XV.

Si el compañero que tiene los bienes de la compañía viniere a pobreza, que es lo que le pueden demandar los otros.

Muchos seyendo los compañeros, assi que sean tres, o mas, si el vno dellos (1) touiesse en guarda los bienes de la compañía, si este atal, que los tiene diesse parte al vno, o a los dos, sin sabiduria, e sin mandado de los

otros, o de alguno de ellos; si acaesciere que aquel que los touiesse en guarda, viniessse despues a pobreza, de guisa que non le fincasse de que pudiesse dar su parte a los otros, o al vno, sin cuya sabiduria lo dio; dezimos, que estonce deue ser tornado (2) a la compañía, aquello que desta guisa tomaron, e deue ser partido otra vez entre todos los compañeros. Pero si aquel, o aquellos, que non ouieron su parte de los bienes, supieron como aquel que los tenia en guarda, e en poder, auia dado parte a los otros, e duraren tanto tiempo (3) en pereza, que non quieran demandar su parte; si el otro que los tenia viniessse a pobreza, estonce non podrian demandar a los otros, que tornassen aquello que auian rescibido: porque fueran en culpa, en non demandar su parte, en aquel tiempo que la pudieran cobrar. Otrosi dezimos, que si el vno compañero conosciere (4) al otro debda que le deua por razon de la compañía, o fuere vencido por ella en juyzio; tal preuillejo, e tal franqueza ha la compañía (5), que si la debda fuera tan grande, que pagandola toda, fincaria porende tan pobre, que non aya de que heuir, que non debe ser dado juyzio contra el, que la pague toda; ante dezimos, que el judgador del lugar, segund su aluedrio, deue mandar que pague tanta parte, que finque a el, de que pueda heuir (6); e el compañero

(3) *Toller de aquel lugar.* Nota hoc exemplum, quod satis includitur sub l. *vel quod ea re* 15. D. cod.

LEX XV.

Socius tenens societatis bona, dans uni partem suam sine aliorum scientia, si prætextu supervenientis inopiæ aliis partes suas solvere non possit, tenetur qui receperat partem, eam aliis communicare; nisi postquam solutam sciverint, negligentem partes suas exigere omiserunt. Item, si socius per sententiam, vel confessionem convictus fuerit, ratione societatis debere aliquid sociis, non compellitur solvere, nisi quatenus facere potest, deducto ne egat; sed præstabit cautionem, si ad pinguiorem fortunam devenerit, soluturum: si tamen artificium, unde vivere possit, habet, in totum exigetur. Hoc dicit. Hæc ortum ista lex à l. *verum* 63. §. *si cum tres* 5. D. *pro socio*.

(1) *Si et vno dellos.* Et sic contra massarium societatis, qui tenet res communes, potest dirigi libellus per quemlibet ex sociis, ut hic, et in l. *verum* 63. §. *si cum tres* 5. et ibi notant Bart. et Bald. D. cod. et cod. tit. l. *actione* 65. §. *si communis pecunia* 14.

(2) *Tornado.* Speciale est propter societatem, contra id quod habetur in l. *si non expeditur* 6. §. 2. D. *de rebus auctor. judic. possid.*

(3) *Tanto tiempo.* Sumptum fuit ex dictis Azon. C. cod. in summ. col. antepen. ad fin. ibi, vel nisi possit imputari mihi culpa, quod non suo tempore egi pro prædicta personali præstatione: non tamen aperit ista lex, quantum debeat esse istud tempus; potest dici, quod dicat de tempore, quod habetur in l. fin. in prin. C. *de bonis auctor. judic. possid.* vel dic, quod hoc tempus erit arbitrarium per judicem, considerata negligentia aliorum sociorum, in non exigendo suas partes, juxta id quod habetur in l. 2. C. *arbitr. tutel.* et argum. eorum quæ tradit Socin. consil. 273. vol. 2. col. 4. et 5. incipit in præsentî consultatione, etc.

(4) *Conoscere.* Nam si neget se socium, non gauderet hoc beneficio, ut l. *si unus* 67. §. fin. D. cod. et l. *sed hoc ita* 22. D. *de re judic.* et quid si negaret, sed pœniteret ante litis contestationem? Vide Bart. in l. *eum qui*, D. *de in litem jurand.* et Angel. de Aretio in §. *item, si socius, Instil. de action.*

(5) *Ha la compañía.* Adde l. *verum* 63. in princ. D. cod. et dict. §. *item si quis ex sociis* 8. *Instil. de action.* et procedit hoc, etiamsi non sit societas omnium honorum, sed unius tantum negotiationis, ut in dict. l. *verum*. Et quid si socius promisisset, integrè solvere, seu nullam juris, vel facti exceptionem opponere, et ita juravit? an tunc gaudeat isto beneficio? Vide Alexand. consil. 133. vol. 5. per totum ubi consultat, quod non. Et an isto beneficio gaudeant scholares socii? Vide Joan. Fab. et Ang. volentes, quod sic, in dict. §. *item socius, Instil. de societut.* si occasione societatis, et usus creditum contraheretur.

(6) *Heuir.* Sequitur opinionem Gloss. in l. *verum*, super verbo *id quod*, D. cod. Et in exigendo aliquem in quantum facere potest, inspicitur quantum ex fructibus patrimonii extrahi potest, ut possit vivere de his; non verò inspicitur proprietas rerum, seu quantum ex venditione earum redigeretur, l. *qui bonis* 6. et ibi notat Bart. D. *de cession. bonor.* Quid tamen, si haberet possessionem magni valoris, sed parvi redditus? an illa sit vendenda? Bald. tenet, quod non, in l. *si maritus in id*, D. *solut. matrim.* contrarium tamen tenet ibi Joan. de Imol. si ex venditione possit sufficienter satisfieri creditori, et socius, vel maritus possit ex residuo vivere, convertendo in rem majoris redditus, vel deponendo apud mercatorem ad partem honesti lucri; quod placet Jason. in §. *sed et si quis*, column. fin. *Instil. de action.* et Alexand. in dicta l. *si maritus*, ubi respondet ad dict. l. *qui bonis cessit*, post Imol. Sed quid si socius nihil aliud habebat in bonis, nisi prædictum debitum societatis? Dic, quod tunc non gaudebit alter socius hoc beneficio, ut in muliere re-

a quien la deuia, non le puede premiar quel pague mas. Pero el Judgador deve tomar tal recabdo (7) del, que si de alli adelante ganare de que pueda pagar aquello que finca, que sea tenuto de lo fazer. E esto se entiende, si el que deue la debda, non ha menester (8) por que pueda guarir: ca si lo ouiesse, estonce tenuto seria de la pagar toda, auiendo de que; e el se deue trabajar de su menester de que biua.

LEY XVI.

Como las despensas e las debdas, que alguno de los compañeros fizieren por pro de la compañía, las deuen cobrar.

Despensa faziendo alguno de los compañeros, por pro, o por mejoría (1) de la compañía; o si andando en seruicio de la compañía, adolesciesse, e ouiesse de fazer despensas (2), para guarecer; assi como en dar algo a algund físico, o en comprar melezinas; atales despensas como estas, o otras semejantes, bien las puede sacar de la compañía, aquel que las fizo. Otrou dezimos, que si fiziesse manlieua (3), por pro de la compañía, atal que la prometiesse de pagar luego (4); que puede otrou sarar del comun (5) de la compañía, de que la pague, ante que los bienes de la compañía

se departan. Mas si la debda fuesse fecha so condicion, o ouiesse plazo de mayor tiempo, a que lo ouiesse de pagar; dezimos, que las cosas que son de comun, que las deue aduzir ante ellos, e partirlas con ellos. Pero deve tomar recabdo (6) de cada vno dellos, que pague su parte de aquella debda, al plazo que el puso de la pagar.

LEY XVII.

Como los bienes que los compañeros toman de la compañía, son tenudos de los tornar a sus herederos.

Toman a las vegadas algunos de los compañeros de las cosas de la compañía, sin sabiduria de los otros; e maguer que la tome assi, non deuen los otros compañeros asmar, que la furta: porque non deue ome sospechar, que ninguno quisiesse furtar nada de aquellas cosas, en que ha su parte (1). E porende dezimos que lo que desta guisa tomasse alguno de los compañeros, non gelo pueden demandar en manera de furto. Fuerras eude, si paresciessen señales tan ciertas contra el, por que ouiesse de creer, que lo auia tomado con voluntad de lo furtar. E auu dezimos, que si el vn compañero ha a dar, o a tornar debda

petente suam dotem dicit Joan. Fab. in §. *item si de dote*, *Instit. de action.*

(7) *Tal recabdo.* Sufficiet nuda promissio, de hoc, ut in dicta l. *verum* 63. in princ. D. eod.

(8) *Non ha menester.* Si enim habeat artem, de qua possit vivere, non habet locum istud beneficium, ut dicit Gloss. in l. *si maritus in id*, D. *solut. matrim.* et in l. *si quis argentum*, §. 1. *C. de donation.* et probatur hic.

LEY XVI.

Expensa in utilitatem societatis, vel in socii infirmitate facta, dum societati seruiret, deducitur de communi. Idem de debito puro ratione societatis contracto. Pro conditionali autem debito, vel in diem, praestatur cautio a consociis, de parte solvenda adveniente die, vel conditione, et interim dividuntur inter socios bona integraliter. Hoc dicit.

(1) *Por pro o por mejoría.* Adde l. *cum duobus* 52. §. *item si in communem* 12. et l. *pro socio* 38. §. 1. D. eod. si tamen fierent praedictae expensae in honorem sui, vel in militia sua, vel in nuptiis suis, hoc non deberet fieri communibus expensis, l. *et qui originem* 3. §. fin. cum ibi notatis, D. *de muner. et honor.* l. *si filia* 20. §. *idem scribit* 6. et §. *idem Neratius* 7. et l. *ex parte* 39. §. *filii* 3. et l. *Lucius* 38. D. *famil. ereis*. Speculat. in tit. *de iudiciis*, §. *sequitur*, vers. *quid si unus ex coheredibus*, Bald. in l. *si patruus*, C. *commun. utriusque iudic.* et in tract. *de duobus fratribus*: et hoc est plauum, quando non essent socii omnium honorum; aliás secus esset, ut probatur in l. *si societatem universarum* 73. D. *pro socio*, et in dict. §. *filii*, et in l. *si socius pro filia* 81. eod. tit.

(2) *Despensas.* Adde l. *cum duobus* 52. §. *quidam sagariam* 4. et l. *secundum Julianum* 61. D. eod. et nota istam legem, cum dicit hoc procedere, cum ambulet in seruitio societatis; nam si in negotiis propriis, vel aliás, non posset deducere tales expensas; vide Gloss. et Bart. in l.

cum duobus, §. *si fratres*, aliás l. *si fratres*, in verbo *redigetur*, D. eodem.

(3) *Manlieua.* Id est, expensas pro viatico, ut in dict. l. *cum duobus* 52. §. *si quis ex sociis* 15. D. eod.

(4) *Luego.* Nota bene ad declarationem l. *omne res alienum* 27. D. eod. et ad ea quae habentur per Doctor. in l. *certum*, C. *famil. ereise*.

(5) *Comun.* Adverte, quia Bald. et Angel. per text. ibi in l. *frater a patre*, D. *de condict. indeb.* dicunt, quod si sunt plures mercatores socii, et unus exercuit fundicum, et mansit obligatus in mille, tamen in divisione non potest sibi retinere tantum de bonis societatis; sed bene potest sibi caveri de indemnitate, nisi talis socius esset jam condemnatus per sententiam, vel esset obligatus per instrumentum guarentitium: nam ista lex solum exigit ad hoc, quod socius sit pure obligatus, et quod promiserit, statim solvere.

(6) *Recabdo.* Adde l. *omne res alienum* 27. D. eod. et l. *cum sociis* 16. D. *commun. divid.*

LEY XVII.

Non praesumitur, quod socius de communi, quod aliis sociis ignorantibus capit, furetur: ideo furti non tenetur, nisi ex conjecturis aliud appareat. Item pro debito societatis tenetur socius, vel ejus haeres, consocio, vel ejus haeredi. Hoc dicit. Habuit originem a l. *merito* 51. D. eod. tit.

(1) *Ha su parte.* Videtur enim facere pro jure suo: limita tamen, nisi socius in re communi faciat ultra quam ei liceat facere in jure communionis, l. *duo fratres* 78. et ibi Doctor. D. *de acquirend. hered.* et l. *merito* 51. in fin. D. eod. et adde quod notat Gloss. in l. *si quis in tantum*, versio. 3. *quid si rem communem totam invado*, C. *unde vi*, et tradit Alex. consil. 103. *videtur prima consideratione*, etc. vol. 1. col. 3. et circa istam nobilem praesumptionem excusandi delictum, adde quae dicit Angel. de Aret. in tractat. *malefactor.* in parte *falsario*, col. 2. Bart. in l. *non solum*, §. *sed ut probari*, D. *de novi operis nuntiis*. Bald. in l. *cum oportet* in princ. col. 5. C. *de bonis quae liber.* et

alguna, o otra cosa, al otro, e muriere ante que la de; que su heredero (2) es tenudo de dar, o de tornar aquello quel denia. E esto mismo seria, si se muriesse aquel que deuia recibir la cosa; que el compañero tenudo es de lo dar a su heredero (3). Ca como quier que el heredero non puede entrar en la compañía, en lugar del compañero que finco; con todo esso, en tales casos como estos, o en demanda, si la ouiesse vn compañero con el otro por razon de la compañía, tenudo es el heredero, de responder, o de pagar, o de recibir, en lugar de aquel cuyos eran los bienes que heredo, a el, e a los herederos de su compañero.

TITULO XI.

DE LAS PROMISIONES, E PLEYTOS, QUE FAZEN LOS OMES VNOS CON OTROS, EN RAZON DE FAZER, O DE GUARDAR, O DE COMPLIR ALGUNAS COSAS.

Promisiones, e pleytos fazen los omes vnos con otros, en razon de fazer, o de guardar, o de cumplir algunas cosas; que son de otra manera que aquellos pleytos de que fablamos en los Titulos ante deste. E porque son cosas,

Ley 1,
tit. 1,
lib. 10
Novis.
Recop.

in l. *precibus*, col. 6. *C. de impuber. et aliis subst.* et in l. fin. col. penult. *C. de acquir. poss.* et Jason. in l. *in illa*, 5. col. D. *de verb. oblig.*

(2) *Su heredero.* Adde l. *verum* 63. §. *in heredem* 8. D. eod.

(3) *A su heredero.* Adde l. *cum in societatis* 3. C. eod.

TITULUS UNDECIMUS.

LEX I.

Est stipulatio consensus inter contrahentes cum intentione obligandi, seu super re certa fienda, vel danda, verbis expressis: et fit inter presentes interrogatione precedente, et responsione subsequente; ut promittis? Promitto, vel equipolentia verba: nec refert uno idiomate, vel diversis loquantur, dum tamen se intelligant contrahentes, aut eis presentibus declaret interpretes. Hoc dicit.

(1) *Con entencion de obligarse.* Habes hic, quod stipulatio requirit consensus: non ergo sufficerent verba, nisi adsit consensus, ut hic, et in l. 1. §. *advo*, D. *de pactis*.

(2) *Cosa cierta.* Oportet enim, quod sit certitudo rei promissæ, ita quod certis finibus contineatur, ut homo, vel equus; aliàs non valet, ut in l. *ita stipulatus* 115. in princ. D. *de verb. oblig.* et in l. *cum post* 69. §. *gener* 4. D. *de jure dot.*

(3) *Grand pro.* Fuit enim stipulatio, ut dicit Paul. de Castr. in rubrica D. *de verb. oblig.* inventa propter necessitatem, et utilitatem; nam erat necessarium interdum contrahere in casibus non provisus à jure gentium, ut patet in obligationibus fidejussoriis, ut in l. 5. §. *satis acceptio*, D. *de verb. oblig.* l. *blanditus* 12. *C. de fidejuss.* et in promissionibus judicariis; quod tamen exemplum mordet ibi Alexand. dic. ut ibi per eum, et per Jason. col. fin. qui aliqua addit: et etiam fuit utile eam invenire, secundum eundem Paul. de Castr. etiam in casibus provisus de jure gentium, de quo ibi per eum, et Jason. fin. col. Hodie tamen de jure Regni, modici videtur effectus ista verborum obligatio, seu stipulatio, per l. 3. incipit *paresciendo*, tit. 8.

Tom. II.

que como quier que de comienzo son fechas con plazer de amas las partes, nascen despues contiendas, e pleytos entre los omes, por razon dellas; porende, queremos aqui fablar destas promisiones. E mostrar, que cosa es promission. E a que tiene pro. E en que manera se faze. E entre quales personas. E quantas maneras son de promisiones. E sobre que cosas se puede fazer. E qual pleyto, o postura, deue ser guardado, o non, maguer sea puesto e firmado. E que pena merescen aquellos que lo non guardaren.

LEY I.

Que cosa es promission, e a que tiene pro, e en que manera se faze.

Promission es, otorgamiento que fazen los omes vnos con otros, por palabras e con entencion de obligarse (1), auiniendose sobre alguna cosa cierta (2), que deuen dar, o fazer, vnos a otros. E tiene grand pro (3) a las gentes, quando es fecha derechamente, e con razon. Ca aseguran los omes, los vnos a los otros, lo que prometen, e son tenudos de lo guardar. E fazese desta manera; estando pre-

Ley 1,
tit. 1,
lib. 10
Novis.
Recop.

lib. 3. *Ordin. Regal.* quæ necdum voluit pactum nudam producere obligationem efficacem ad agendum; sed etiam pollicitationem hoc inducere; quæ tamen lex circa contractus innominatos nihil immutat, sicut neque immutavit jus Canonicum, ut notat Gloss. et Doctor. in cap. *cum inter R. seniore*, de *elect.* et Bald. in l. *sive apud acta*, C. *de transact.* col. 2. Quid tamen si in contractu innominato interveniat stipulatio? Paul. de Castro in dict. rubr. in fin. per l. *ex pacto*, C. *de rerum permutat.* dicit, quod tunc etiam ante implementum ex parte sua oriretur actio, licet obstet exceptio, antequam adimpleat: et ideo refert Bart. in l. 2. D. *de condict. ob causam dicentem*, quod cum hodie in omnibus instrumentis notarii apponant stipulationem, raro potest probari contractus innominatus, quia transit in nominatum: tu verò adde Bald. in cap. unico, in versic. *sed pone*, de *feud. dat. minim. valvas*, quod licet conficiatur instrumentum, non immutatur natura contractus in effectu, nisi in tali instrumento procederetur ultra naturam contractus, et non staretur in finibus ejus; allegat D. *de pactis*, l. *paucisci*. An autem per illum Legem Ordinamenti subvertatur forma data à jure contractibus, qui consensu perficiuntur, vel forma data donationi, dixi supra ead. *Part.* tit. 4, in l. 4. in gloss. magn. vide ibi, et illis dictis adde dicta Baldi in rub. *C. de dotis promiss.* ubi concludit, quod etiam dos pollicitata nuda pollicitatione non potest peti, licet contrarium teneat ibi Cin. movetur Bald. per argumentum ab absurdo: quia sequeretur, quod ex nuda pollicitatione facta inter absentes, non interveniente nuntio, vel epistola, posset agi ad dotem pollicitatam, quod est falsum per notata in l. *neque ambigi* 6. C. *de donation.* et in l. *illud* 19. C. *de Sacros. Eccles.* et in l. *consensu* 2. D. *de action. et oblig.* et in l. 1. in fin. D. *de contrah. empt. et argum.* l. *absenti* 10. in princ. D. *donat.* imò subjicit ibi Bald. quod, et si quis per litteras scriberet, se dotem promittere, illa scriptura non est obligatoria, nisi receptis litteris, ut in dict. l. *absenti*, quam legem dicit valde notabilem ad determinationem præcedentis questionis, ubi patet secundum eum, quod actus, qui litteris explicatur, non trahit secum effectum suum, nisi litteris

Kkkkk

sentes (4) amos los que quieren fazer el pleyto de la promission, e diziendo (5) el vno al otro: Prometesme, de dar, o de fazer tal cosa; diziendola señaladamente: e el otro respondiendo, que si promete, o que lo otorga de cumplir. E respondiendo por estas palabras, o por otras semejantes (6) dellas, finca porende obligado, e es tenuto de cumplir lo que otorga, o promete de dar, o de fazer: e maguer los que fazen tal pleyto, non fablasen amos vn lenguaje, como si el vno fablase latino (7), e el otro arauigo, vale la promission; solamente, que se entienda el vno al otro, sobre la pregunta, e respuesta. E esso mismo dezimos que seria, si fuessen amos de dos lenguajes, maguer non lo entendiesse el vno al otro, e estando amos presentes firmassen el pleyto entre si por alguna trujamania (8), en que se aueniesse amos a dos, valdria la promission, tambien como si se entendiesse los que fazen el pleyto.

præsentatis. Tu dic, ut dixi in dicta l. 4. quia et dicta lex Ordinamenti clarè innuit, et vult, ex nuda pollicitatione, seu promissione alicujus non acceptata per alterum, sed inter absentes facta, obligationem oriri; et sic stabit pondus, an verba sonent promissionem, vel non, ut dixi in dict. l. 4. et sic erit hodie (saltem de jure hujus Regni) vera opinio Anton. in cap. ex parte, col. fin. de censibus, ubi tenet, quòd sicut de jure Canonico ex pacto nudo oritur actio, secundum magis communem opinionem, ut in cap. 1. et in cap. qualiter de pactis (quicquid aliàs dixerit Salicet. in l. scripturas, 2. notabili, C. qui potior. in pign. hab. et in l. legem, C. de pactis, ubi respondet ad dictum capitulum 1. de pactis) ita etiam oritur actio ex pollicitatione ad similitudinem voti: et idem voluit Abbas in dict. cap. qualiter, licet contrarium voluit idem Abb. in capit. cum inter universas, circa fin. de election. et Jaso in dict. rubric. D. de verb. oblig. col. 3.

(4) *Estando presentes.* Adde l. 1. D. eod. in princ. et §. item verborum 12. Instit. de inutil. stipul. tu serva, quod habetur in dict. lege Ordinamenti.

(5) *Diziendo.* Et rationem, quare debet præcedere interrogatio responsonem, ponunt Alberic. in dict. l. 1. et Paul. de Castr. in dict. rubrica D. de verb. oblig. scilicet, ut magis exprimat consensus: ne interdum non præcedente interrogatione, multi promittant, vel offerant, non tamen animo se obligandi, sed gratificandi, credentes alteros non acceptaturos: nam plerumque quis pollicetur alicui, quod si sciret acceptaturum, non promitteret.

(6) *O otras semejantes.* Adde l. omnes 10. C. de contrah. et commit. stipul. et §. in hac re 1. Instit. de verb. oblig. ubi vide bonam gloss. super verbo quibuscumque, quam dixit mirabilem Bald. in l. blanditus C. de fidejussor. et limita, intellige illam, ut per Paul. de Castro in l. 1. §. 1. D. de verb. oblig. ubi vide Jason. col. 1.

(7) *Latino.* Adde l. 1. §. fin. D. eod. et Instit. eod. §. in hac re 1.

al otro la debda (6) que ouiesse sobre ella. Pero este que tomo la cosa a peños, deve pro- uar la ocasion, por que dize que se perdio la cosa. E prouandola, es quito (7) de la deman- da, e deve cobrar lo que dio, assi como de suso es dicho. Fuera ende, si el otro, cuya era la cosa, prouasse que la ocasion auiniera por culpa del que tenia la cosa a peños. Ca enton- ce, como quier que deve cobrar su debda, te- nudo es de pechar la cosa; pues que se perdio por ocasion que auino por su culpa.

LEY XXI.

Quando deuen tornar las cosas, que los omes tienen a peños, a aquellos que gelas empenaron.

Ley 1,
tit. 1,
lib. 10
Novis.
Recop. Queriendo alguno cobrar la cosa que ouies- se empenada, deve primeramente pagar (1) la debda, que rescibió quando la empeno. E non tan solamente deve pagar la debda, mas todas las despensas guisadas, que fueren fe- chas por pro (2) de la cosa empenada, para mantenerla, que non se perdiesse, o se empeorasse, o para mejorarla; assi como si fuesse bestia, que le deuiesse dar ceuada, e las des- pensas que fizo dandole a comer, e las que fi- zo en ferrarla, o en las otras cosas semejantes destas que le eran menester; e si era casa, que le deuen otrosi dar las despensas que fizo en refazerla, para mejorarla, o en repararla, por-

que se non empeorasse; o si fuesse heredad, e la labrasse, que le deve dar otrosi las des- pensas que fiziere en qualquier destas mane- ras, o en otras semejantes dellas, descontando en la debda los frutos (3), que ouiesse ende cogido aquel que la tenia en peños, o el al- quile de la casa, si moro en ella (4) aquel que la tenia a peños. E seyendo pagado de la deb- da, e de las despensas, assi como sobredicho es, tenuto es el que tenia (5) la cosa a peños, de la dar luego a aquel que gela empeno. E si gela non diere, non poniendo, nin pro- uando ante si ninguna razon derecha, por que se pueda defender de gela dar, deve pechar la cosa con los daños, e los menoscabos, e ser creydo por su jura (6), aquel que la empeno, tambien sobre la valia de la cosa, como sobre los daños e los menoscabos que le vinieren por razon della. Pero el Judgador deve apre- ciar primeramente la valia de la cosa, e otro- si los daños, e los menoscabos, e señalar quan- tia guisada, e derecha, segund su aluedrio, fasta ol de la jura, porque el otro non pueda auer razon de jurar desaguisadamente.

(6) *La debda.* Adde l. *que fortuitis* 6. et l. *pignus* 9. *C. de pign. act.* et dict. §. *fin. Instit. quib. mod. re contrah. oblig.*

(7) *Es quito.* Approbat opinionem Azon, *C. de pign. act.* in summa column. penult. versic. *sed nunquid probabit creditor*, et Acursii in l. *si creditor*, *C. de pign. act.* et vide quæ dixi in l. 10. tit. 14. 3. *Part.* et in l. 15. tit. 8. ista *Part.*

LEX XXI.

Si debitor solvat creditori debitum, et expensas per ere- ditorem, ut pignus melioretur, et non deterioretur factas; tenetur tunc creditor restituere debitori pignus cum incre- mentis: et nisi creditor hoc faciat, et restituere recuset, ju- rabit in litem debitor super interesse, et pignoris valore, prævia iudicis taxatione, ne immoderatè habeat occasionem jurandi. Hoc dicit.

(1) *Pagar.* Adde l. *si rem alienam* 9. §. *omnis* 3. *D. de pign. act.*

(2) *Por pro.* Adde Gloss. in l. *si seruos*, *D. de pign. act.* et ibi Bald. illam notat, et hic est text. pro dicta Glos. et sic creditor potest petere, necdum expensas necessarias, sed etiam utiles, ut hic habetur ibi: *O para mejorarla*.

(3) *Los frutos.* Adde l. 2. suprâ eod. et quæ ibi dixi.

(4) *Si moro en ella.* Vult ergo ista lex, quòd si creditor inhabitavit domum pignoratam, teneatur ad pensionem; quod Paul. de Castr. limitat in l. 1. ad finem, *C. de pigno- rat. actione*, quando creditor esset aliam domum conduc- turus, si hanc non habuisset; tunc enim debet præstare illam pensionem, quæ ex domo illa consuevit percipi: secus verò si non fuisset domum aliam conducturus, si hanc non

habuisset; nam tunc potius videtur inhabitare pro utilitate domus, ut melius sit habitata, quàm inhabitata; et est sin- gularis limitatio, et vide quæ dixi suprâ eod. tit. l. 2. Et in casu quo creditor, facta diligenti inquisitione, non reperit conductorem, cui domum locaret, satis planè procedit dictum Pauli de Cast. si tamen poterat eam locare, Abb. in cap. *cum contra*, de *pign.* ad finem, vult, quòd teneretur ad pensionem, quæ percipi potuit; quod dictum Abb. an sit verum, pendet ex decisione eorum quæ dixi suprâ eod. in l. 2. in gloss. suprâ verbo *que esquilme*, et tradit Alex. cons. 141. column. 5. incipit *viso themate*, in 2. dubio, col. pen.

(5) *El que tenia.* Sed contra alium possessorem non dac- tur pignoratitia, cum sit personalis, et non scripta in rem, nisi lenus intercederet, ut in cap. *cum constet* 8. de *pignor.* Bald. in l. 1. *C. de pign. act.* et in cap. 1. in fin. *de feudo dato in vicem leg. commissor.*

(6) *Por su jura.* Est enim hæc pignoratitia actio bonæ fidei, ut in §. *actionum* 28. *Instit. de action.* et sic juratur in litem, ut in l. *in actionibus* 5. *D. de in litem jur.* Et nota, quòd creditor, cui debitum est solutum, tenetur pignoratitia, ut restituat rem, non solum quando res ei tradi- ta fuit à debitore, sed etiam quando res pignorata pervenit ad eum aliàs, ut notat Bart. in l. *inquilino*, *D. de damno infect.* et Bald. in rubrica *C. de pign. act.* et satis probatur in ista lege, cum suprâ dixit: *Tenudo es el que tiene la cosa a peños, etc.* et procedit etiam in pignore prætorio, ut in l. *is cui* 5. §. *quæri poterit* 21. *D. ut in posses. legator.* te- net Bald. in dict. rubrica, et Bart. in dict. l. *inquilino*.

LEY XXII.

Como aquel que empresto a algund ome sus dineros sobre peños, maguer sea pagado dellos, puede retener los peños, por razon de otra debda que le deuiesse.

Sobre peños (1) deuiendo vn ome a otro marauedis, si despues con aquel mismo faze otra debda, resebiendo del marauedis (2) con carta (3) sin peño, maguer pague la vna deb-

LEX XXII.

Potest creditor retinere pignus, quod recipit à debitore, pro alio credito, quod sine pignore eidem mutuauit debitori, donec utrumque creditum sibi solvatur; quod est inter contrahentes, et eorum heredes observandum. Si tamen debitor, cuius est pignus, alteri illud pignoret, vel vendat; potest iste secundus creditor petere à primo creditore pignus, solvendo ei suum creditum, nec potest excusari prætextu alterius debiti, quod sibi debetur. Hoc dicit.

(1) *Sobre peños.* Etiam si sit pignus prætorium, vel iudiciale, procedit ista lex, secundum Gloss. in l. 1. in gloss. fin. *C. etiam ob chirographar. pecun. pign. retin. pos.*

(2) *Rescebiendo del marauedis.* Idem, si ex alia causa sit debitum, dum tamen debitum sit exigibile, ut voluit Gloss. et Doct. in dict. l. 1. *C. etiam ob chirographar. pecuniam*, de qua ista sumpta est; licet, si debeatur species, Salic. ibi dubitet.

(3) *Con carta.* Idem dic, si debitum sit sine chirographo, ut dicit Gloss. in rubrica *C. etiam ob chirographar. pecun.* quæ hoc dictum sumpsit à dictis Azon. *C. cod. in summa*, et approbatur communiter per Doctores. ibi, cum eadem sit actio, et ponitur hoc causa exempli.

(4) *Retener.* Non tamen poterit pro tali debito vendere pignus, gloss. fin. in dict. l. 1. et approbatur communiter. Si tamen creditor vendat pignus pro debito sub pignore, poterit residuum in isto debito computare, ut in l. 1. et 2. *D. de compensat.* Cynus, et Doct. in dict. l. 1. Et quod habetur in ista lege, procedit etiam si creditor accepit unum pignus valde idoneum pro uno debito, et pro alio accepit pignus minus idoneum; nam et pro utroque debito poterit retinere pignus magis idoneum, secundum Jacob. de Aret. Alber. et Salic. ibidem. Procedit etiam ista lex in tacita hypotheca, secundum Alber. ibidem column. 2. cum sit eadem ratio: adde Bartol. in l. *solutum*, §. *solutum*, *D. de pign. act.* Procedit etiam, secundum eundem Alberic. ibidem, etsi creditor fecerit remissionem debiti, quod erat sub pignore; quia per hoc non videtur renunsiasse huic juri retentionis. Procedit etiam, secundum eandem, etsi quis commodavit pignus alicui, ut pignori daret pro decem: nam et poterit retineri per creditorem pro alio debito, sine pignore sibi debito à debitore; quia tacite videtur commodans consentire retentioni, sicut consentit obligationi, argum. l. *si quis pro eo* 56. §. *si nummos* 2. *D. de fidejussor.* et l. 2. *D. ad municipal.* Item procedit, sive tale debitum sit ante dationem pignoris, vel post, secundum eundem Alberic. ibi post Uber. de Bobio. Similiter procedit pro debito hæredis, cum eadem persona censetur cum defuncto: facit l. *si non sortem* 26. §. *fitiusfamilias* 9. *D. de condit. indeb.* secundum eandem Alber. et Uber. et satis probatur in ista lege inferius, ibi: *E a sus herederos.* Procedit etiam, etsi creditor sit jam condemnatus à iudice, ut pignus restituat, quia debitum fuit solutum; quia iudex in condemnatione hoc beneficium non abstulit, neque auferre potuisset, argum. l. *adulter*, 5. cum simil. *C. ad Leg. Jul. de adult.* Si tamen ante sententiam de ista retentione fuisset oppositum, et ea non obstante condemnatus fuit ad restitutionem, tunc uti non posset retentione, ut in l. *si autem* 8. §. fin. cum simil. *D. de negot. gest.* tenet idem Alber. post Uber. licet huic dicto contrariari videtur, quod notat Bald. in l. per

da, si el otro non le quisiere tornar los peños, fasta quel pague la otra debda que le deuia con carta, bien lo podria retener (4); como quier que aquel peño non le fuesse obligado señaladamente, por la debda que despues le demanda. E esto dezimos que deue ser guardado tan solamente, a aquellos que fazen el debdo, e a sus herederos. Ca si acaesciesse, que aquel cuyo es el peño, lo empeñasse, o lo vendiesse a otro, seyendo tenedor del peño aquel a quien fue obligado primeramente;

hanc, col. 4, vers. *dubitari potest*, *C. de tempor. appel.* vide ibi per eum, nam ejus dictum non credo esse verum, quia etiam si creditor recipiat solutionem debiti sub pignore, potest adhuc uti, et opponere de retentione, ut hic probatur, et voluit Doctor. in dict. l. 1. cuius contrarium præsupponit Bald. pro fundamento dicti sui. Limita nunc istam legem, ut procedat in pignore rei corporalis; illa enim verè possidentur: secus esset in nomine obligato, vel alio jure incorporali, cum ista non verè, sed quasi possidentur. Alber. ibidem col. 2. qui refert Uber. quod etiam in istis habeat locum ista lex, et dict. l. 1. quia et in his habet creditor utilem hypothecariam, ut in l. *nomen* 4. *C. qua res pign. oblig. pos.* Alber. ibi refert, alios tenere contrarium, quia ista verè non possidentur, *D. de acquir. rer. domin. l. servus*, 43. §. *incorporales* 1. et istud videtur tutius, quia cum ista lex aliquid statuat contra jus commune, non videtur posse extendi ad impropria, l. *ius singulare* 16. et l. *quod vero* 14. *D. de legib.* Secundo limita istam legem, si creditor concessit pignus debitori precario; nam si creditor volens revocare precarium, debitor offerat debitum, liberatur pignus, l. *si debitor* 11. *D. de precario*, et tenet Albericus post Dinum, ubi supra. Tertio limita, si creditor cadat à pignore: quia non potest petere, ut utatur retentione, cum istæ leges retentionem, non petitionem inducant: ita videtur velle Gloss. in dict. l. 1. in verbo *persecutionem*, et tenet idem Alb. post Uber. Ang. tamen ibi tenet contrarium, et intelligit Gloss. procedere, quando creditor non cecidit à pignore, et sic quando creditor nunquam pignori incumbit; sed si incumberet pignori, et restituit pignus debitori, et non retinuit illud pro pecunia chirographaria, per conditionem incerti repetet factam restitutionis, eo quod restituit plus debito, cum retinere possit, et non retinuit; et hoc modo recuperabit possessionem pignoris, et incumbet ei pro debito simpliciter; et refert hoc tenere Jacob. Batri. et benè, ut in l. *qui exceptionem* 40. §. *si pars domus* 1. *D. de condit. indeb.* et l. *sed et si me putem* 22. §. *cum iter*, eod. tit. et è converso, secundum eum, si debitor incumbens suæ rei pignorate, dissoluto pignore, reddidit rem creditori pro pecunia chirographaria, repetet factum traditionis indebitè factæ per conditionem prædictam; et idem tenet ibi Bald. si lectura illa Baldi, et non Ang. est. Mihi plus placet opinio Uberti, et Alber. per text. in l. *si in arca* 33. vers. *sed et si is*, *D. de condit. indeb.* et ad l. *qui exceptionem*, §. *si pars*, respondetur, quod ibi hæres tradidit dominium, quod erat apud eum, rei traditæ, idè nil mirum si repetat in casu illo; sed in casu nostro restituit rem alienam; in qua nihil juris nisi retentionem poterat habere: similiter in §. *cum inter* restituit fundum liberum, ad quod non tenebatur, et sic poterat condicere, cum rem pinguius, quam deberet, reddiderit; hic verò non reddidit rem pinguius quam deberet. Item in utraque lege tractatur de jure coherenti, et in hærenti ipsi rei traditæ; hic verò de jure proprus ab ipsa rei separato, vel saltem ipsi rei non in hærenti. Quarto limita, quando pater obligaret filium in casu l. 2. *C. de patrib. qui fil. distr.* et l. 8. tit. 17. *Partita* 4. nam ille casus singularis non est trahendus ad consequentiam, Albericus ubi supra col. 2. Quinto neque procedet, secundum eum, in casu l. fin. *C. de postlimin. revers.* quia similiter est casus specialis; neque in casu l. *Julianus* 13. §. *offerri* 8. *D. de action. empt.* Item non procedet, secundum

si este a quien fue empeñado, o vendido, la segunda vez, dixesse al primero: Dadme el peño (5) que vos empeño fulan, e rescebid de mi lo que aueys sobre el; que a mi lo ha empeñado, o vendido; en tal caso como este tenudo es, de rescebir su debda que auia sobre el peño, e de entregar al otro la cosa que era empeñada: e non se puede escusar que lo non haga, maguer diga, que aquel que gelo empeño, le auia a dar otro debdo por carta; assi como sobredicho es.

LEY XXIII.

Por que razones los bienes de algunos son obligados por peños, maguer señaladamente non sea dicho.

Por palabra se obligan las cosas a otro a peños, assi como de suso diximos, e aun calladamente por fecho. E esto seria, como si alguna muger por si, o por otro, o por ella, prometiesse de dar dote a aquel con quien casasse. Ca estonce, todos los bienes della fincarien obligados (1) al marido, e los del otro que la prometiesse de dar por ella, fasta que la pagasse; maguer, quando prometiesse a dar la dote, non y fuesse fecha mencion de fincar los bienes obligados, del vno, nin del otro. Otrosi dezimos, que los bienes del marido fincan obligados (2) a la muger,

Ley 1,
tit. 1,
lib. 10
Novis.
Recop.

Alber. et Uber. ibidem, in tutore obligante rem pupilli, si pupillus petat super hoc in integrum restitutionem: quod ego concederem, quando minor fuit læsus in obligatione pignoris: nam si in hoc non fuit læsus, cum retentio pro alio debito veniat in consequentiam, non est ad quid possit restitui, l. fin. C. de integr. restit. Item limita, si expressè fuit conventum, quod non posset retineri pro tali debito, secundum eundem, et alios, in dict. l. 1. Et an contra fidejussorem solventem, et petentem cessionem pignoris, creditor utatur remedio hujus legis, vide Gloss. et Doctores in l. 2. C. de fidejussor. Item non procederet, si aliquis ex cessione alterius acquireret sibi jus pignoris, et velit retinere pro alio debito, secundum Cinnam, et Salic. ibidem; licet Albericus dubitet: et adde Bald. in l. consentaneum, C. quorhodo, et quando judex, column. 5. ubi tenet, quod beneficium hujus legis non potest cedi. Limita etiam, quia in pœnis non procederet ista lex odio penarum, secundum Bald. in l. pignoribus, C. de usur. neque etiam procederet, ubi quis ob unam causam se obligaret ad carceres; nam non poterit ob aliam causam detineri, pro qua captus non est, secundum Joan. de Plat. in l. nemo carcerem, col. 7. C. de exactor. tribut. lib. 10.

(5) *Dadme el peño.* Ex istis verbis clarè apparet, quod procedat, quod hic dicitur de emptore, et etiam dicebant Gloss. et Doctor. in dict. l. 1. etiam si emptor non possideat rem emptam, sed petat a creditore possidente: et ita tenebant ibi Jacobus de Arena, Cynus, et Albericus, licet Salicetus ibi vult contrarium in questione 6.

LEX XXIII.

Contrahitur pignus tacitè, ut si quis promittat dotem viro, vel vir uxori ad restituendam dotem: idem de bonis tutoris, vel curatoris minorum à die, qua incepit uti administratione bonorum, donec satisfaciatur: item procurantis Regis jura sunt tacitè (licet nihil conveniant) obligata. Hoc dicit.

(1) *Obligados.* Non tamen in hac tacita hypotheca vir habebit privilegium prælationis adversus ceteros creditores, sicut habet mulier; cum hoc non reperiat jure cantum, ut notat Azo C. de rei uxor. action. in summa in fin. et Gloss. in l. unica, §. sed ut plenius, C. eod. ubi et Salic. per quem vide, quid si secundus maritus stipuletur dotem ab heredibus primi.

(2) *Fincan obligados.* Adde dict. §. sed ut plenius, et l. 17. tit. 11. 4. Partida: et vide per Alber. in dict. §. quid de bonis soceri, si pater, et filius simul dotem receperunt, vel si solus filius accepit in præsentia, et de consensu patris; et vult quod tunc etiam bona soceri sint obligata; et dicit ita vidisse servari in practica, et quod tenet Specula-

tor tit. de dote post divorc. rest. §. final. versic. quid si filiusfamilias, et sentit Gloss. in l. assiduis, in gloss. magna, C. qui potior. in pign. hab. et procedit, quando est filiusfamilias, qui recipit dotem, non si est emancipatus, ut in l. 1. C. de filiofamil. minor. et tradit idem Speculator, quem vide, in dict. §. fin. col. 2. vers. sed pone filius emancipatus: unde cum secundum jura Regni per contractum matrimonii filius liberatur à potestate patris, non tenebitur mater, si filius post matrimonium recipiat etiam de consensu patris. Et procedit ista lex, etiamsi bona sunt minoris, Gloss. et ibi Bald. in lege finali, C. de legit. tut. Bald. in l. col. 2. C. de privilegio dotis, et vide per Baldum novell. in tract. de dote, chart. 22. col. 4. Neque contra dispositionem hujus legis valeret pactum factum tempore quo maritus recepit dotem, quod ejus bona non sint ob hoc obligata, ut tradit Bald. in l. etiam, C. ad Feltejan. per quem vide, quid si pactum sit juratum: vide eundem Bald. in l. 1. col. 2. C. de privil. dotis, et per Bald. novel. in tractat. de dote, fol. 24. col. 2. Et an virtute hujus tacite hypothecæ agatur contra debitorem mariti, vide Bald. in l. si pro te, in fin. C. de dotis promis. Alberic. et Bald. in l. hæredem, C. de hæred. action. Et licet pro securitate dotis aliqua res sit specialiter hypothecata, nihilominus habet locum ista tacita in aliis bonis, vide per Bald. in l. ubi adhuc, col. 4. C. de jure dot. per quem etiam vide, an bona hæredis acceptantis hereditatem viri sint etiam uxori obligata: vide in 5. col. Et an possit agere mulier per hypothecam, vel alias, contra pannos, vel merces, quas maritus mercator vendidit, vide per eundem Bald. ibidem, et per Doct. de Palac. Ruben. in repet. cap. per vestras, super text. column. 138. Nota etiam, quod propter accessiones dotis bona mariti sunt hypothecata: vide per Bald. in auth. ei qui jurat, C. de bon. auctor. judic. possid. col. 15. et à quo tempore incipiat ista hypotheca, an à tempore promissionis, et contracti matrimonii, vel à tempore solutionis, vide per Bald. in l. assiduis, C. qui potior. in pign. habent, et per Bald. novel. in tract. de dote, charta 51. col. 2. et charta 34 et 45. col. 1. Et nota, quod si extraneus dotans paciscatur sibi dotem restitui, tunc non habebit hanc tacitam hypothecam, quæ datur pro dote, ut in §. fuerat 29. Instit. de action. et tenet Bald. in l. acia, col. 2. C. de jure dot. et Salic. in dict. §. sed ut plenius. Et an in donatione propter nuptias locum habeat tacita hypotheca, vide per Bald. et ejus addition. in l. 2. C. de bonis quæ liber. et Gloss. in l. ubi adhuc, in parte suppositas, C. de jure dot. quæ dicit, quod sic, et etiam Albericus in dict. l. unica, col. 3. C. de rei uxor. action. Gloss. in l. assiduis ad finem, in verbo suo tempore, C. qui potior. in pign. hab. ubi Gloss. dicit, quod licet habeat tacitam hypothecam, non tamen ita privilegiatam, ut habeat dos; et idem dicit Gloss. in dict. l. ubi adhuc.

LEY XXIV.

por razon de la dote que rescibio con ella. E aun dezimos, que los bienes (3) de los Guardadores (4) de los huerfanos que son menores de veyntecinco años, fincan todavia obligados a aquellos que los tienen en guarda, desde el día que començaron (5) a vsar del oficio de la guarda, fasta que les den cuenta e recabdo, de las cosas que touieren dellos. Esso mismo dezimos que deve ser guardado, de los bienes de los omes que resciben el derecho del Rey (6).

Como los bienes del padre son obligados en peños al fijo, fasta en aquello que le malmetio de lo suyo; muguer non fuessen obligados por palabra.

Bienes han apartados los fijos, que son suyos (1) propriamente, que los han de parte de su madre (2). E como quier que tales bienes como estos deuen ser en poder del pa-

(3) *Los bienes.* Tam presentia, quàm futura, cum sit obligatio generalis, l. fin. C. quæ res pign. oblig. pos. Albericus, in l. pro officio 20. C. de admin. tutor. ad finem: et idem dic de bonis fidejussorum; vel hæredam, ut in l. fin. tit. 16. 6. Part.

(4) *De los Guardadores.* Idem in gerentibus pro tutore, vel curatore, ut notat Gloss. in dict. l. pro officio 20. C. de admin. tutor. de qua ista lex sumpta est, et adde l. fin. tit. 16. 6. Partita. Et cum istæ leges loquantur generaliter, procedent etiam in bonis dotalibus matris, vel aviæ tutricis, ut et latè comprobatur Socin. cons. 126. 1. vol. incipit diligenter puncti narratione considerata, et Decius cons. 349. col. fin. Et adde, idem esse in bonis administratoris Reipublicæ, ut notat Gloss. in l. fin. C. de bonis debitor. civit. lib. 11. et Joan. de Plat. in l. 2. C. de jure Reipubl. lib. 11. undè et bona magistratuum erunt obligata pro eorum administrationibus, ut et tenet Alber. in dict. l. pro officio. Et an bona patris, qui administravit aliqua bona filia, relicta pro dote per avum maternum, sint tacite obligata filia pro mala administratione, vide per Bald. novellum in suo tractatu de dote, fol. 47. col. 2. vers. octavum speciale, qui tenet, quod non, ex quo in talibus bonis pater non est legitimus administrator; et quia administravit, ut pater, non ut legitimus administrator: si tamen, secundum eum, pater crederet se etiam in his bonis legitimum administratorem, et ut talis administret; tunc ejus bona essent obligata, per id quod dixi in principio hujus gloss. Nota etiam, quod bona tutoris, et curatoris dati ad litem, sunt tacite obligata minoribus, ut est bonus text. neque alibi, secundum Bald. ibi, expressior invenitur, in l. prope-randum 13. §. fin. C. de judic. et idem Bald. in l. 2. C. qui dari tutor. pos. bona tamen procuratorum, vel actorum, non sunt tacite hypothecata, ut in dict. §. fin. et ibi etiam notat Bald. bona etiam fidejussorum, et hæredam tutoris, sunt obligata minori, vel ejus hæredi: vide l. fin. tit. 16. 6. Part. et quæ ibi dixi. Sed quid de bonis curatoris furiosi, vel prodigi? an sint tacite hypothecata? Videtur, quod non, per text. in l. de creationibus 27. C. de episcop. audient., ubi lex vult, quod talis curator expressè obliget bona sua, et sic innuit, quod non sunt tacite obligata, facit etiam l. et mulieri 15. §. 1. D. de curator. furios. et l. 2. D. de eo qui pro tutor. et l. final. §. sed cum antiquitas 4. C. de curator. furios. facit etiam pro hoc ista lex Partitarum, cum dicit: *Guardadores de los huerfanos*, et sic, quod noluit idem esse in aliis curatoribus. Sed in contrarium facit, quia etiam contra curatorem adulti est hoc privilegium tacitæ hypothecæ, ut hic, et in dict. l. pro officio; et cum idem privilegium extendatur contra protutorem, eadem ratione videtur extendi contra eum, qui ut curator gerit, cum sit eadem ratio, argum. l. si libellum 1. C. de divers. rescript. et in hanc sententiam inclinatur Dinus relatus ibi ab Alberico, in l. idem privilegium, D. de privit. creditor. ubi, et subdit, quod eadem ratione videtur idem in omnibus aliis, qui per alios reguntur, et gubernantur, cum plenam administrationem dicantur habere; ut in l. inter bonorum 48. D. de admin. tutor. Ad hoc etiam gloss. notabilis in l. 2. C. de curator. furios. quod omnia privilegia concessa minoribus extenduntur etiam ad furiosos, et mente captos. Et ad dictam l. de creationibus potest dici, quod sit speciale in illa cura,

ut sine expressa obligatione bonorum curator non possit administrare, licet in aliis curis tacita hypotheca sufficiebat; in illa tamen non sufficeret: ita respondetur ex mente Bald. in l. non aliter, col. 2. D. de adoption. et istam partem velat æquioram, et justiore sequor: neque obstabit ista lex, quia cum furiosi æquiparentur minoribus, quod hic statuitur in minoribus, procedit etiam in furiosis, et aliis hujusmodi. Bona etiam prelati sunt tacite obligata pro administratione rerum Ecclesiæ, ut in cap. illud, 12. questione 2. et cap. tutor, 2. quest. 7. notat Gloss. et ibi Abb. in cap. ex litteris, de pignor. Bald. in l. si quis presbyter, C. de Episc. et Cleric. in principio. Bona tamen magistratus, qui dedit tutorem pupillo, non sunt obligata ex quasi delicto, vel negligentia, text. est non alibi, secundum Bald. in l. 1. versic. privilegium, D. de magistrat. conven. et Gloss. allegat ad hoc illum text. in l. si tu, et collega, C. de magistrat. conven. Adverte etiam, quod privilegium, quod habet pupillus in actione tutelæ, non transmittit ad hæredem, etiam ex se descendentem, Bart. per text. ibi in l. non solum 67. §. fin. D. de ritu nupt. et adde l. ex pluribus 42. et ibi notata, D. de admin. tutor. et l. debimus 19. D. de reb. auctor. jud. possid. et Alberic. in dict. l. pro officio in principio. Et an è converso bona minoris sint tacite obligata tutori, vel curatori pro alimentis vel aliis necessariis expensis, vide per Alberic. in dict. l. pro officio conclusentem, quod non, cum hoc jure non reperitur expressum: si tamen debitum sit liquidum, habebit tutor retentionem bonorum, secundum eum.

(5) *Desde el dia que començaron.* Id est, ex eo tempore, quo cœperunt esse tutores, vel curatores: et sic approbatur hic prima opinio Gloss. posita in dicta l. pro officio, et reprobat secundam opinionem ibi posita in gloss. 1. et cui actioni personali accedat tunc ista tacita hypotheca, declarat ibi plenè Salicet.

(6) *Resciben el derecho del Rey.* Adde l. semper 5. §. conductores 10. D. de jure immunit. et infra eod. l. 25.

LEX XXV.

Licet pater in bonis filii adventitiis habeat administrationem, et usufructum: si tamen ea alienet, remanent post ejus obitum sua bona tacite obligata, quibus non sufficientibus, aget filius contra quemlibet detentorem honorum patris, nisi fuerit patris hæres, quia tunc tenetur, quæ pater fecerit servare. Hoc dicit.

(1) *Suyos.* Adde l. 1. C. de bonis matern. et l. cum oportet 6. C. de bonis quæ liber. et l. 5. tit. 17. 4. Part.

(2) *De parte de su madre.* Vel de extranei liberalitate, vel laboribus suis, ut in dict. l. 5. tit. 17. 4. Part. Dicitur etiam adventitium, id, quod pater promittit filio benemerito, et obligatur pater ex tali promissione, vide per Bart. in l. si tibi decem, §. si pactus, D. de pactis. Et hæreditas proveniens nepoti ex filio emancipato, dicitur adventitia quoad avum etiam paternum, Gloss. in l. si putas, C. de petit. hæred. Et quod immediatè advocatur à matre, et transit in filios, licet mediante contractu paterno, dicitur etiam adventitium, vide per Bald. in l. 1. col. 2. C. de inoffic. dotib.

dre (3), e puede esquilmar los frutos (4) dellos, con todo esso, non los deve enagenar en ninguna manera (5). E si por auentura los enagenasse, fincarian porende obligados, e empeñados al fijo (6) los bienes del padre, despues de su muerte (7), fasta que rescebiesse entrega dellos, de aquello que el padre le

ouiesse enagenado, o malmetido. E si por auentura, en los bienes del padre non se pudiesse entregar, porque fuessen tan pocos (8), que non compliessen, o que los ouiesse el padre embargados, o mal parados en alguna manera; entonce (9) pueden demandar sus bienes a quien quier que los fallen, e deuen-

(3) *En poder del padre.* Vide in dict. l. 5. tit. 17. 4. Part.

(4) *Los frutos.* Vide in dict. l. 5. et quæ ibi dixi.

(5) *En ninguna manera.* Limita, nisi alienet propter solutionem aris alieni, vel pro solutione legatorum, vel quando res sunt damnosæ, et onerosæ hereditati, ut in l. fin. §. *sin autem ars alienum* 4. et in §. *ipsam autem filium* 5. *C. de bonis quæ liber.* Et in casibus sic permissis, poterit pater vendere res filii sine decreto iudicis, seu aliàs alienare; licèt in tutore requiratur decretum iudicis: neque enim absurdum est, si patria potestas, quæ naturalis est, et primitiva, plùs possit, quàm tutoris potestas: ita tenet Azo *C. de bonis quæ liber.* in summa, col. fin. versic. *et pro conservatione.*

(6) *Empeñados al fijo.* Ut rem à patre alienatam, vel ejus pretium consequatur, ut notat Azo *C. de bonis quæ liber.* in summa, et gloss. 1. in l. *cum oportet*, §. *non autem*, eod. tit. Et nota, quòd in casu illicitæ alienationis bona patris sunt obligata, etiam à principio gerendæ administrationis; et sic, si pater antea quàm alienaret bona adventitia filii, contraxit debita cum hypotheca, filius erit potior, et præferetur creditoribus: ita declarant Bald. et Paul. per text. ibi in l. *cum oportet* 6. §. fin. *C. de bonis quæ liber.*

(7) *Despues de su muerte.* Non intelligas, hypothecam istam nasci post mortem; quia nascitur à principio, ut dixi in gloss. præcedenti, et habetur in dicta l. *cum oportet*, §. final. sed quoad ejus exercitium datur post mortem patris, quia antea filius erat impeditus agere: undè idem esset si filius per emancipationem, vel aliàs liberaretur à patris potestate.

(8) *Tan pocos.* Licèt ergò aliqua remaneant bona patris, si non sufficiant, poterit agi actione reali.

(9) *Entonce.* Sentit ista lex, quòd si essent bona patris, ex quibus solvi posset filio pretium rei suæ, quam pater alienavit, quòd non possit agere actione reali contra eos, qui à patre titulo emptionis, seu alio habuerunt; quòd videtur durum, et contra l. 1. *C. de bonis matern.* et l. fin. §. *ipsam autem filium* 5. *C. de bonis quæ liber.* undè videtur dicendum, quòd hæc lex non corrigat jura antiqua, neque velit filio (cujus res est illicitè alienata per patrem) tollere rei vindicationem contra possessores; imò quòd ista lex debeat intelligi, et limitari, quando filius elegerit viam agendi ad pretium rei suæ, ut sic agat contra hæredes patris, et etiam hypothecaria contra possessores honorum patris. Si tamen filius hanc viam nolit eligere, sed vellet agere actione reali contra possessores honorum suorum, quæ pater alienavit, quòd nihilominus possit, dato quòd ex bonis patris posset consequi pretium rerum alienatarum. Vel dic, quòd in casibus, in quibus pater potest alienare, ut dixi superius, valet alienatio, et tuli erunt tunc possessores; si tamen pater non convertit pretium in commodum filii, tunc prius debet agere filius contra bona patris; et si ista non sufficiant, tunc agere posset contra possessores honorum; et quòd ita intelligatur ista lex. Sed huic positioni obstat, quia lex ista, ut patet ex ejus verbis, loquitur in casu, in quo non fuit licita alienatio. Item quia tali casu non videtur agi posse actione reali contra possessores honorum, ex eo quòd pretium per patrem non fuit conversum in utilitatem filii: hoc enim non debet esse periculo, neque damno emptorum, qui in casu licito emerant, argum. l. fin. *D. de exercitor.* et l. *sicut* 8. §. *illud videamus* 8. *D. quibus mod. pignus, vel hypot. solv.* et ex notatis per Bart. in l. *alio*, column. fin. versic. *quæro quid si dicitur*, *D. de alim. et cibar. legat.* et ejus etiam, quòd notat Bart. in authent. *hoc jus por-*

rectum, vers. *quæro dicitur hic*, *C. de Sacros. Eccles.* Licet in contrarium facit, quòd notat Alber. in l. fin. §. *et si præfatam*, *C. de jure delib.* ubi dicit, quòd si hæres, qui vendidit res hæreditarias pro solvendis legatis, vel debitis, pretium in usus suos convertit, quòd non erunt tuli emptores, per text. ibi in versic. *si vero ibi quarum pretia, etc.* et idem ibi per Bald. post Oldral. col. fin. quem vide, et videas bonum text. et ibi Alber. et Bald. in l. *magis puto*, §. *non passim*, versic. *ne tamen*, *D. de rebus cor.* quæ conferunt ad licentias regias, quæ dantur ad alienandum bona majoriæ cum subrogatione aliorum honorum. Vel potest dici, quòd ista lex intelligatur, quando res alienatæ per patrem consistebant in pondere, numero, vel mensura, ita quòd in suo genere recipiebant functionem; ut tunc patre existente solvendo, non possit filius agere adversus emptores, et possessores talium rerum à patre alienatarum: si verò res alienatæ sint tales, quæ in suo genere non recipiant functionem; tunc quia sequeretur absurditas, et inconveniens, quòd unum pro alio contra voluntatem filii, cujus res erant, solveretur, filius posset agere actione reali contra possessores honorum, nulla facta discussione in bonis patris. Et comprobatur iste intellectus, seu istud dictum, ex notatis per Angel. authent. *de restit.* in vers. *ex illo suppleri*, collat. 8. cujus verba, quia non ita ad manum habebis libris illum Angeli, hic inserui, quæ sunt talia: Nota diligenter istum text. quòd ille, qui rogatus est de restituendo quiddam ex hæreditate supererit, quòd si alienat tres partes, et aliquid tangit de quarta, vel etiam alienat totam quartam; quòd ita demùm fideicommissarius potest agere contra possessores illius quartæ, si rogatus de restituendo non habet de patrimonio suo tantum, quòd fideicommissario ex patrimonio hæredis satisfieri possit; et iste text. videtur singulariter limitare l. fin. §. *sed quia*, *C. communia de legat.* quæ dicit, quod res, quæ subjacent restitutioni ex voluntate defuncti in conditionis eventum, si alienantur per hæredem, possunt vindicari, existente conditione, per fideicommissarium; nam istud est verum, quando rogatus de restituendo non habet de patrimonio suo tantum, quòd satisfacere possit fideicommissario pro his, quæ alienavit. Per hanc litteram, quòd an sit verum cogitabis: quia videtur debere dici contrarium, sive habeat, sive non: ratio, quia si diceremus, quòd posset hæres satisfacere de suo patrimonio, jam posset fideicommissario, qui est creditor, solvi aliud pro alio; cum fideicommissario debeat species per testatorem relicta in conditionis eventum, et secundum hoc, posset hæres dare aliam speciem in recompensationem illius, vel æstimationem, quòd videtur absurdum, ut in l. 2. *D. si cert. pet.* et ad istum §. posset responderi, quòd res alienatæ per hæredem consistebant in pondere, vel mensura, ita quòd in suo genere recipiebant functionem, et ideo devenitur ad determinationem istius §. sed ubi non recipiant functionem in suo genere, tunc non sequitur absurditas prædicta, et fideicommissarius res alienatas vindicare poterit, etiamsi hæres habeat, undè satisfacere possit: hac Angelus. Vel dic, quòd quando pater recepit res matris dotales æstimatas, procedat, quòd in ista lege dicitur, quòd non admittatur filius ad res vendicandas, si alienatæ fuerunt per patrem; nisi in subsidium, patre non existente solvendo, ut in l. *in rebus* 30. in principio, et ibi Gloss. in verbo *æstimata*, *C. de jure dot.* et quòd in isto casu procedat, quòd hic dicitur; secus tamen esset, quando res dotales non fuit æstimata. Et ut reducatur ista lex ad jura communia, ita quòd non corrigantur, et ut evitetur absurditas, tenendi videntur isti primus, et tertius, et quartus intellectus; licèt videantur aliquatenus divinatorii. Et ista lex facit ad questionem, quòd si pater ex pecuniâ filiorum primæ uxoris

los cobrar. E esto se entiende, quando non quisieren heredar, nin aver parte en los bienes del padre. Ca si quisiessen heredar en ellos, entonce (10) non podrian demandar los sus bienes propios, a aquellos a quien los ouiesse el padre enagenado, segund que es dicho: porque todos los pleytos derechos (11) que el padre ouiesse fechos, serian tenudos de guardar, e de non venir contra ellos, despues que fuessen herederos.

LEY XXV.

Como la cosa comprada de los bienes del huerrano, deve ser obligada a el; e los bienes de aquellos que han a dar pecho, o renta al Rey, son obligados a ella.

Comprada seyendo alguna cosa de los bienes de algund huerrano menor de catorze años, aquella cosa siempre finca obligada (1) al huerrano, fasta que cobre aquel precio, por que la compro. Otrosi dezimos, que si alguno fuere tenudo de dar algund tributo (2) al Rey,

emit prædia, de quibus postea fecit majoratum in filium secundæ uxoris, quod tenebit majoria, et tantum debetur filiis primi matrimonii pecunia; ad quod etiam facit, quod notat Bald. in §. pen. column. 4. de his qui feud. dare poss. ibi, et nota, quod in feudis non refert cuius pecunia, etc. vide ibi. Et an in casibus, in quibus patre existente solvendo non possit agi contra possessores honorum, requiratur, quod filius faciat fieri excusationem in bonis patris, antequam agat contra possessores rerum alienatarum? Vide quod in simili dicit Paul. de Cast. in l. fin. in principio, D. de eo, per quem factum erit, super text. in verbo solvendo non fuerit, ubi dicit, quod ubi à lege non datur forma contra quem ex his prius teneatur agere, quod tunc sufficiat agenti scire, illum non esse solvendo, narrando id in libello, et fidem facere, quod ille non est solvendo, et sufficet.

(10) Entonce. Adde l. cum à matre 14. cum Gloss. ibi, C. de rei vind. et quid si filii faciant inventarium? Vide Gloss. in l. fin. §. in computatione, C. de jure delib. et ibi eleganter per Alber. Bald. et Alex. Et intellige istam legem, et similes, quando factum patris defuncti esset obligatorium, ex quo contra defunctum posset competere actio, vel exceptio; nam aliàs posset hæres contravenire, ut dicit gloss. notabilis, et ibi Bart. in l. Lucius, D. solut. matrim. Et quid si pater alienaret bona subjecta restitutioni, veluti bona majoriæ, vel feudalia? an filius hæres patris possit contravenire, et illa petere? Ang. in l. filiusfamilias, §. cum pater, D. de legat. 1. dicit, quod res subjacenti restitutioni, ex eo quod est alienari prohibita, si alienetur contra prohibitionem testatoris, non poterit revocari per hæredem: quod tamen limitat, et intelligit, nisi hæres fuerit institutus solum in sua legitima; quia tunc, secundum eum, revocat rem alienatam, cum debeat habere legitimam sine omni gravamine, l. quoniam prioribus 32. C. de inoffic. testam. conjuncta dict. l. cum à matre; de quo tamen ultimo dic, ut plenius per Glos. in dict. l. cum à matre, et Alber. et Alex. in dict. §. in computatione: et contra id, quod primo loco dicit Ang. facit l. 1. et 2. C. si quid in fraud. patron. per quas leges Bart. in l. 2. C. de inoffic. donat. dicit, quod quando hæres non habet à defuncto illud, quod necesse sibi habet relinquere, potest tunc venire contra factum defuncti: facit etiam glos. notabilis in cap. 1. §. hoc quoque, super verb. investire, de success. feud. quod in feud. paterno, quod filius non habet à patre, sed à genitoribus, non tenetur stare facto defuncti, cujus hæres est: et ibi videas per Andr. de Iser. et in cap. 1. ad fin. qui success. tenent. et in cap. 1. an agnatus, vel filius, et vide etiam quæ tradit Jaso in consil. 56. 3. volum. Sed nihilominus tenendum videtur, quod filius, qui adivit hæreditatem patris, non possit revocare rem à patre alienatam de bonis feudilibus, vel majoriæ, vel aliàs restitutioni subjectis: relevabitur tamen conficiendo inventarium, ut non obligetur ultra vires hæreditarias ad standum facto defuncti, ut in dict. §. in computatione, et tenet Bald. in l. qui se patris, column. 6. C. unde liber. Si verò non fecit inventarium, excludetur filius hæres universalis in totum, ac si pater vendidisset fundum filii prohibitam alienari à Principe, vel testatore, neque aliàs subjectum restitutioni, secundum Bald. ibidem in principio column. 7. Si verò filius esset pro parte hæres, pro ea

parte repeletur à vendicando, ut in dict. l. cum à matre; non tenebitur tamen, si fecit inventarium, ultra vires hæreditarias, ut plenè declarant Bald. et alii, in dicto §. in computatione: vide ibi per eos, et adde ad prædicta Decium consilio 185. col. 3. vers. ad abundantem lumen cautelam, et poteris in ista materia inducere bonum text. cum Gloss. ibi in l. si patronus 3. in princ. D. si quid in fraud. patron. quod pro parte hæres, si non fecit inventarium, repellatur etiam pro ea parte, qua non est hæres: sed tatius est dicere, quod tunc à vendicando tantum repellatur pro parte; et si facto inventario hæreditas in nullo sit solvendo, in nullo excludetur à vendicando. Et tenendum est menti unum, quod pulchre dicit Alber. in dict. §. in computatione, column. penult. versic. si autem emptor, quod si interest filii, habere fundum venditum à patre, propter interesse affectionis, ut quia fuit progenitorum, ut in l. si in emptionem 35. D. de minor. quod tunc facto inventario, non debet repelli filius hæres à vendicando, quia non debet sentire damnum propter inventarium; sed tenebitur emptori de evictione, licet habeat solum debitum honorum subsidium, vel minus; sed non tenebitur ultra vires hæreditarias. Tenendum est semper menti hoc dictum propter auctoritatem Alber. et quia multoties veniet in practica in bonis antiquæ majoriæ ad quæ habetur affectio; fortè tamen in practica non possit obtineri. Quid autem si pater non alienavit, sed consentit alienari? Vide Bald. in §. hoc quoque, column. fin. de success. feud. et D. de regul. jur. l. aliud 160.

(11) Pleytos derechos. Adde l. ea quæ à patre 7. C. de restit. milit. et l. venditrici 3. C. de rebus alien. non alien. et l. si ab eo 7. C. de liber. causa: et quando successor teneatur stare facto prædecessoris, vide per Albericum in l. digna vox, C. de legib.

LEX XXV.

Res ex pecunia pupilli comparata, est ei tacite donec pecunia sibi solvatur, obligata: idem de bonis tributarij, seu collectoris, aut arrendatoris jurium Regis; bona tamen dotalia, aut propria uxoris ejus, non sunt ob hoc obligata Regi. Hoc dicit.

(1) Finca obligada. Adde l. idemque 7. D. qui potior. in pign. hab. et Gloss. in l. quamvis, C. de pignori et l. 3. in princ. D. de rebus eorum, ubi quod et hoc procedit etiam, si ex pecunia unius pupilli ematur pro altero pupillo: et adde quæ dixi in l. 49. titul. 5. ead. Partita.

(2) Tributo. Adde l. 1. C. si propter public. pensitat. et l. 1. C. in quibus causis pignus, vel hypot. tacit. contra et approbatur hic opinio Jacob. de Raven. dicentis, omnia bona, et non tantum prædium tributarium esse obligata; et reprobat opinionem Petri intelligentis de solo prædio tributario, prout refert Albericus in dict. l. 1. Et advertit, quia Alber. in l. 2. ejusd. tit. videtur intelligere hoc, quando tributa debentur ratione rei; secus dicit de collectis, et oneribus, quæ imponuntur personæ pro rebus. Sed cum ista lex Partitarum indistinctè loquatur, videtur indistinctè intelligenda, qualitercumque tributum debeat Regi: et facit pro hoc, quia ut dicit Joan. de Plat. in l. 1. C. de

que todos sus bienes deste fincan obligados al Rey (3), fasta que paguen aquel tributo. Esso mismo dezimos, que todos los bienes de aquellos que cogen los pechos del Rey, o que hacen algunos pleytos (4) de arrendamientos con el, o de otra manera qualquier, para recabdar sus derechos, como de suso diximos (5), le fincan obligados (6), fasta que cumplan aquel pleyto que pusieron con el. Pero los bienes de la muger (7) del que tal pleyto fiziesse, assi como su dote, o los bienes que fuessen della propriamente, non se entiene que fincan obligados por tal razon.

Ley 3,
tit. 13,
lib. 10
Novis.
Recop.

annon. et tribut. in rubr. tributum dictum est, quod nunc per singulas tribus exigebatur, sicut nunc per singula territoria, et antiqui sumptus, quos dabant populi, tributam nominaverunt. Pro dicto tamen Alberici facit quod notat Gloss. in l. 1. §. 1. in verbo pendant, D. de publicat. et vectig. quæ assignans differentiam inter vectigal, et tributum, dicit, quòd tributum præstat ratione soli proprii a possidentibus, et dicitur etiam census: et quòd quotiens lex tractat de tributis, ponit de possessionibus, et possidentibus, qui coguntur ea præstare; quam gloss. dicit valde notabilem Bald. in cap. 1. in fin. de milit. vasal. qui contum. est, et istud idem, quod Alber. voluit Gloss. in dict. l. 1. cum exponit, censentur, id est census, hoc est, tributum præstant. Sed tenendum videtur, quod dixi, cum istud nomen tributum sit generale ad omnia tributa, ut in cap. 2. de censib. et in cap. magnum 28. 11. quæst. 1. Et an fiscus propter tributa præferatur cuicumque creditori, vide Gloss. et Bald. in dict. l. 1. C. si propter public. pensitat.

(3) *Obligados al Rey.* Idem dic de decimis respectu Ecclesiæ, cui debentur, secundum Alber. post Jacob. de Raven. in l. 1. C. in quibus caus. pign. vel hypot. tacit. cont. qui allegat Gloss. in cap. si quis laicus, 16. quæst. 1. quæ non loquitur de omnibus bonis. Abb. etiam in cap. tua nobis, col. 2. in gloss. 1. de decim. tantum intelligit, quòd possessio sit obligata pro decimis.

(4) *Algunos pleytos.* Adde l. 2. C. de privil. fisci, et l. 2. C. in quibus caus. pign. tacit. contrah.

(5) *Diximos.* Suprà cod. l. 23. in fin.

(6) *Obligados.* In delictis tamen fiscus non habet tacitam hypothecam, nisi lata sententia, vel nisi delinquatur circa administrationem fiscalem, secundum Bart. et ibi Joan. de Plat. in fin. l. 1. C. pau. fiscal. credit. præfer. lib. 10. Bart. in l. aufertur, §. fiscus, D. de jure fisci, et in l. post contractum, D. de donat. Moderni in l. rescriptum, in princ. D. de pactis, ubi latè per Alex. Et an bona contrahentis cum Ecclesia sint ei tacite hypothecata, vide Alber. quòd non, in dict. l. 2. C. in quibus caus. pign. vel hypothec. tacit. contr. dicens, nullibi hoc esse expressum; quod bene facit ad ea, quæ dixi in l. 19. tit. 8. supra eadem Partida: idem tenet Bald. in l. fin. col. 3. C. de Saer. Eccles. dicens, quòd hoc fallit in casu §. scire, in authent. de non alien. aut permut. collat. 2. scilicet, quando emphytheota Ecclesiæ prædium emphytheoticum deterioravit.

(7) *Los bienes de la muger.* Hoc etiam de jure communi, etiam in casu primipilari erat statutum, ut l. 1. C. de privil. fisci, excepta dote mulieris, quæ propter administrationem primipilarem erat obligata, ut in l. satis notum 4. C. in quibus caus. pign. vel hypot. tacit. contrah. et etiam bona filiorum, ut in l. fin. C. de primipilo, lib. 12. et dicitur Primipilarius, qui primum vexillum in acie portat, ut dicit Joan. de Plat. in rubrica C. de primipilo, lib. 12. et ita etiam declaratur in l. 16. tit. 9. 2. Part. ubi ille hodie dicitur *Alferez*. Et rationem, quare isto casu dos uxoris, et bona filiorum sunt obligata, vide per Abb. in cap. ex parte, de consuet. ubi dicit, quòd Primipilarii dicuntur, qui deferebant primipila, id est, prima tela in bel-

Quando los bienes de la madre son obligados a los hijos; e los del testador, a los que han de recibir las mandas; e la casa, o nave, o otra cosa, por lo que se gusto en repararla.

Marido (1) de alguna muger finando, si casasse (2) ella despues con otro, las arras, e las donaciones (3), que el marido finado le ouiesse dado en saluo fincan a sus hijos (4) del primer marido; e deuenlas cobrar, e auer despues de la muerte de su madre: e

Ley 1,
tit. 3:
Ley 17,
tit. 18,
Ley 7,
tit. 4,
lib. 10
Novis.
Recop.

lo; et propter magnum periculum, quod in eis vertebatur, cum erant primi in bello, fuit inducta ista specialitas, ut si condemnati (eo quòd pravè se gesserunt in officio) non habeant undè solvant, possit manus extendi ad dotem uxoris, et bona filiorum; et quòd, secundum Nicol. de Matore, fuit statutum, ne propter genitus uxoris, et filiorum malè gereret officium: ex quo infert ibi Abb. ad validitatem statutorum Florentiæ, ut bona uxorum, et etiam filiorum, et ipsi filii possent capi, quando patres fallunt, quòd vulgò dicimus *alzarse*: vide ibi per cum.

LEX XXVI.

Mulier secundò nubens restituet filiis prioris mariti arras, et donationes, quas ei prior maritus dedit; ad quod sunt ejus bona tacite obligata pignori: et si filii, et eorum bona erant sub tutela ejus, etiam bona secundi viri sunt eis tacite obligata. Item bona testatoris sunt legatariis obligata. Item et domus, navis, et alia res resecta, vel facta de creditoris pecunia, sunt mutuanti obligata. Hoc dicit.

(1) *Marido.* Idem quod hic disponitur erga bona mulieris obligata, habet locum in bonis viri, si uxor prædecedat, ut in l. si quis prioris 3. §. in illo 4. C. de secund. nupt.

(2) *Si casasse.* Si verò non transeat ad secunda vota, non habet locum ista lex, ut in l. generaliter 5. §. final. C. de secund. nupt. et in l. hac edictali 6. §. fin. ad fin. vide tamen, quod habetur in l. 1. tit. 2. lib. 3. Fori LL. et l. 51. in Ordin. Taurinis.

(3) *Las arras, e las donaciones.* Adde l. hac edictali 6. §. omnibus 2. C. de secund. nupt. et idem dic generaliter de omnibus, quæ titulo lucrativo, sive in vita, sive in morte à marito consequuta est, ut in l. famina 3. in princ. C. de secund. nupt. et in l. cum aliis 4. et l. generaliter 5. eod. tit. Et quid in his quæ lucratur vir, vel uxor ex forma statuti municipalis? Dic, idem esse, secundum Bald. in authent. uxore, C. de secund. nupt. et in authent. ex testamento, col. fin. versic. sed statim, eod. tit. Idem tamen Bald. tenet contrarium in l. fin. in fin. C. de bonis matern. per illum text. dicens, quòd non consequitur hoc vir ab uxore, vel uxor à viro, sed ex legis providentia, vide addition. Bald. in dict. authent. ex testamento; et in puncto juris crederem, verum esse dictam Baldi in dict. l. fin. licet aliud sit æquum, et favorabile filiis.

(5) *Rompiesse a sabiendas.* Secus si ex iracundia, vel aliâ sine animo liberandi debitorem, ut hic colligitur: vide Bald. in l. 1. ad finem, C. *de fide instrum.* dicentem, quod si ex iracundia concremasti instrumentum debiti, non amittis ideo jus tuum; sed teneberis clarius probare per testes: et tali casu non deferetur tibi iusjuramentum in supplementum probationis, quia culpa tua claritas probationis offuscatur: præsertim in facto antiquo, ubi aliquid posset esse in instrumento, de quo non recordarentur testes, ut D. *de probat.* l. *census* 19. et istud dictum dicit ibi menti tenendum Paul. de Castro.

(6) *O gela rompieron.* Inuit ista lex, quod si creditor non probet, rupturam instrumenti factam fuisse per vim, seu contra ejus voluntatem, quod ex quo reperitur instrumentum ruptum, præsumatur liberatio debiti, de quo tamen vide quæ latius dixi in dict. l. 11. tit. 19. 3. *Part.* et per Florian. in l. *si chirographum*, D. *de probat.* per Bart. et Doctor. in dict. l. *Labo*, D. *de pactis*.

LEX X.

Si in solutione exprimit debitor, in quo debito de multis solvat, erit in illo solutum: si autem debitor non designet, et creditor statim dicat, in quo debito recipit; si tacet debitor, in illo erit solutum; neutro autem designante, si debita sint gravia, vel simplicia, et liquida sine conten-

Yyyyy 2

ome a otro, si le fiziesse paga alguna, e señalasse por quales debdas le fazia aquella paga, deve ser contada en aquella que señalalo (1), e non en otra. E si por aventura, el que fiziesse la paga, non dixesse por qual debdo la fazia, e el que la rescibe, señalasse luego vno de los debdos principales, diciendo que la rescibe por el, e se callasse el que fazia la paga; entouce deve ser contada en el debdo que señalalo, e non en otro. Mas si lo contradixesse (2) luego, ante que se partiesse del logar, deuel ser tornado (3), lo que le pago, o contado en aquel debdo que señalare el que faze la paga. E si acaesciesse, que el que fiziesse la paga, niu el que la rescibe, non señalaron por qual debdo la fazian; entouce, si las debdas fueren eguales, que non aya agraiamiento ninguno, de pena, nin de usura, nin de otra manera, mas en el vno que en el otro; deve ser partida la paga en todos los debdos principales (4), en aquellos que conociere el debdor, sobre que non ouiesse contien-

da ninguna. E si por aventura debda y ouiere alguna, que fuesse mas agraiada que las otras, por razon de pena que fuesse puesta en ella, o por otro agraiamiento semejante (5), estouce deve ser coutada la paga tan solamente en tal debda como esta (6), que es mas graue.

LEY XI.

A quien deve ser fecha la paga primeramente en los bienes del debdor, quando las debdas que demandan, son de vna natura, e sin peños.

Sacan debdas algunas vegadas los omes vnos de otros, non obligando sus bienes (1), nin parte dellos, mas conociendo la debda tan solamente por carta, o ante testigos, o en juyzio. E tal debdo como este es llamado en latin, debitum personale; que quiere tanto dezir, como debda que es obligada la persona del que la faze, e non sus bienes en todo,

LEY 10,
lit. 32,
lib. 11
Novis.
Recop.

tione, in omnibus debitis principalibus repartitur solutio; sed si quædam sunt graviora propter usuras, vel penam, aut similia, in illis computabitur solutio, quo magis debitor exoneretur. Hoc dicit.

(1) *En aquella que señalalo.* Quid si non sufficiat quantitas soluta ad solvendum totum debitum per debitorem designatum? an procedat hæc lex? Glossella finalis l. 1. D. eod. vult, quod sic, et idem tenet Joan. de Imol. in dict. l. 1. in princ. per l. ubi fidejussor, D. eod. ex quo enim creditor tacuit, et recepit, non debet obstare particularis solutio.

(2) *Lo contradixesse.* Adde l. 1. et 2. D. eodem.

(3) *Tornado.* Et si creditor nolit, debitor offerat, et assignet, ut in l. ob signatione 9. C. eodem.

(4) *En todas los debdos principales.* De jure communi tunc hoc procedit, quando nullam debitum ex istis erat antiquius altero; nam si esset, tunc in causam antiquiorem cedit solutio, ut in l. in his 5. in princip. et l. ubi fidejussor 24. et l. ex pluribus 89. §. fin. et l. creditor 102. §. Valerius 2. D. eod. et tenet Bart. in l. cum ex pluribus, eodem tit. et dicitur causa antiquior, inspecto tempore solutionis, et non tempore contractus, ut in dict. l. ex pluribus 89. §. fin. et Bart. ubi supra; unde videtur, quod ista lex sic sit restringenda, et limitanda. Adverte tamen, quod Azo C. eod. in summa, cum tetigit istam materiam, nullam mentionem facit de debito antiquiori; sed quod simpliciter, ubi causæ sunt pares, de omnibus decedit pro rata, et ita simpliciter sequendo dicta Azonis, fuit facta ista lex: sed per hoc non recederem à jure communi, et opinione communi, cum hæc lex non exprimat correctionem dictorum jurium, et possit intelligi, et restringi, juxta terminos juris communis.

(5) *Agraiamiento semejante.* Vide per Bart. in l. cum ex pluribus, D. eod. ubi ponit sex modos, quibus dicitur causa gravior, et vide etiam per Joan. de Imol. in dict. l. 1. columna. 6. ibi, et potest dici causa gravior.

(6) *Tal debda como esta.* Sed an prius in usuram, quam in sortem? L. 1. C. eod. dicit, quod prius in usuras: et quæ sit ratio, Gloss. et Doctor. laborant in hoc in dict. l. 1. et nulla videtur sufficiens ratio: et lex ista Partitarum decidere videtur, quod etsi debitum sit cum pena, vel usuris (nulla facta electione) solutio cedat in illud debitum; non tamen declarat, an prius in usuras, vel in sortem: unde non videretur recedendum à jure communi, in casu quo tanquam interesse usura licite peterentur, et possent de jure isto, et Canonico exigi: alia circa hujus legis materiam

vide per Bart. in l. cum ex pluribus, D. eod. et per Joan. de Imol. multum latè in dict. l. 1. eod. tit. ubi vide per eum unam notabilem determinationem ad istam materiam, column. fin. de libris mercatorum, qui communiter his temporibus scribuntur, in quibus scribitur, quid debeant habere, et quid debent dare, et nunquam in his, quæ recipiunt, dicunt, quod sibi solvitur: quia poterit isto casu debitor per compensationem eligere, in quo debito compensetur: vide ibi, et per Alex. consil. 83. volum. 3. et Decium consil. 308. in fin.

LEX XI.

Si sunt plures creditores, et bona debitoris non sufficient, si debitum est personale, ut quando non sunt bona debitoris obligata; tunc ex pluribus personalibus creditoribus primò satisfit ei, qui prius pro se sententiam reportavit, licet in tempore fuit posterior: sed si plures uno tempore sententiam reportaverunt, dividitur inter eos, considerata cujuslibet quantitate; nec tenetur aliis licet prioribus communicare: sed in specie certa extante præfertur is, cujus est species. Hoc dicit.

(1) *Non obligando sus bienes.* Quando enim est hypotheca honorum, procedit quod habetur in l. 2. et l. cum rempublicam, et l. eos 9. C. qui potior. in pign. hab. Nota ergò, quod inter creditores hypothecarios habentes consimilia instrumenta, vel sententias, non prodesset, prius quem eorum reportasse sententiam, et petisse executionem; nam si autem dationem possessionis alter peteret executionem pro suo debito, differenda esset traditio possessionis rerum, in quibus facta fuit executio, et solutio debiti prioris petentis, si secundus in sua hypotheca esset prior, seu privilegiator; et hoc videtur probari ex ista lege in hoc verbo à contrario sensu: neque obstat ad hoc l. is à quo 57. D. de rei vendic. et l. pen. D. de petit. hæred. quia illud, quando fuit actum actione reali, et sic de jure rei fuit cognitum; secus quando ageretur personali, et fieret executio in bonis debitoris; quia tunc ostendens de jure suo in re, in qua fit executio, impedit executionem; secundum Bart. in l. à Dico Pio, §. si super rebus, D. de re judic. et sic secundus creditor docens de jure suo, et priori hypotheca, in re in qua fit executio, impedit executionem, quia de isto jure rei nunquam fuit cognitum, et facit l. 3. tit. 27. ibi (o que auian derecho en ellas) 3. Part. et adde quod notat Bald. in l. fin. ibi, modo revoco in dubium, C. de bon. auctor. judic. possid. et ibi Salyc. Vel dic, et melius, quod tertius se opponens, quando solum prætendit jus pignoris,

LEY XII.

Como deve ser fecha la paga de las cosas que son dadas en guarda.

Mejoria muy grande han los debdos de las cosas que son dadas en encomienda: ca maguer deua otras debdas aquel que rescibe la cosa en guarda, si gela demandaren, ante la deue pagar que otro debdo que deua. E esto sería, como si acaesciese, que este que ouiesse dado la cosa en encomienda, la demandasse en juyzio a aquel a quien la auia dado en guarda, e en aquella sazón misma le demandassen otros debdos, por que non fuessen obligados los bienes del debdor, e que non fuessen de tal natura como esta. Ca entonce el Judgador ante deue apremiar a tal debdor como este, que pague lo que le fue dado en encomienda (1), que otro debdo (2) ninguno que ouiesse a dar; maguer los otros debdos fuessen mas antiguos.

ni en parte. E porende dezimos, que si alguno ouiesse a dar a muchos, debdos que fuesen desta natura, que qualquier dellos que demandasse su debdo por juyzio, e por quien fuesse dada sentencia primeramente (2) contra el debdor, aquel deue ante ser pagado, que ninguno de los otros, maguer el su debdo fuesse el postrimero. E los otros, a quien deua algo este debdor sobredicho, non han demanda (3) ninguna contra aquel que vence su debda (4). Mas si todos los otros, o parte dellos, demandassen su debdo otrosi por juyzio, e fuesse dada sentencia (5) contra el debdor, en un tiempo por todos, o por alguna partida dellos; entonce, si de los bienes del debdor non pudiessen ser pagadas las debdas, deuenlos compartir entre aquellos por quien fue dada la sentencia, dando a cada vno dellos mas, o menos, segund la quantia que deue auer. Pero si entre los bienes de tal debdor como este fuesse fallada alguna cosa agena, quel ouiesse dado alguno en guarda, en saluo dezimos quel finque a su señor (6), e que los deudores non gelo pueden embargar.

et prioris hypothecæ, non impedit executionem factam ad petitionem alterius creditoris, licet sit posterior in hypothecæ, neque rei captæ in causam iudicati venditionem, sed ex pretio prius satisfiet priori creditori, et residuum convertetur in solutionem secundi, qui petit executionem, ut est casus in dict. l. à Divo Pio 15. §. 5. D. de re iudic.

(2) *E por quien fuesse dada sentencia primeramente.* Concordat cum l. inter eos 19. in princip. D. de re iudic. cum gloss. 2. ibi in verbo *occupantis*, que declarat, quod isto casu ille dicatur præoccupare, qui prius pervenit ad sententiam, et per illam legem hoc tenent pro regula Jacob. de Aret. relatus ab Alberic. in l. qui autem, §. apud Labbeonem, D. que in fraud. credit. Sed quid si diversi inquisitores diversorum locorum procedunt contra quemdam, ut hæreticum, et unus eorum prius inceptit processum, quam alius, ille tamen qui secundò incepit, prius dedit sententiam contra hæreticum? Vide in ista questione per Bald. et Doctor. in l. si pluribus, D. de legat. l. ubi Alex. tenet opinionem Dyni, Rayner. Cyn. et Bald. que fuit, quod prævaleat sententia iudicis, qui primò cepit inquirere, ibique respondet ad cap. per hoc, de hæret. lib. 6.

(3) *Non ha demandat.* Intellige, quando iste creditor, qui habuit pro se sententiam, petit executionem prius, quam alii creditores: nam si eodem tempore concurrerent in petenda executione, habentes plures sententias super diversis debitis non privilegiatis, vel pariter privilegiatis, licet diversis temporibus latis, omnes concurrerent in bonis debitoris, quando bona non essent omnibus solvendo, et pro rata cuiuscumque debiti bona dividerentur inter eos: et si habens posteriorem sententiam prius peteret executionem, ille præferretur per text. in l. in iudicati actione 61. D. de re iudic. et tenet Gloss. et Doctor. communiter in dict. l. inter eos, in verbo *occupantis*, et ibi per Alex. et vide l. 9. tit. fin. infr. eadem Part. Et nota, quod habens actionem personalem privilegiatam, poterit advocare pecuniam solutam alii creditori non privilegiato, etsi prius haberet sententiam pro se, et peteret executionem, ut in dict. l. inter eos, et in l. 3. D. quod cum eo, et in l. fin. §. licentia 10. ubi vide Angel. C. de iure deliber.

(4) *Que vence su debda.* Quid si non per sententiam iudicis, sed de manu debitoris haberet suam debitum, antequam alii creditores venirent; et bona omnibus non essent

solvendo? Dic, ut in l. 9. tit. fin. eadem Part. et vide Bart. in l. pupillus, D. que in fraudem creditor. et notabilem decisionem Neapol. 190. in decisionibus Mathæi de Allieto. Et quid si unus debitor habet plures negotiationes diversas, seu diversarum rerum, pauperum unam, aliam olei, vel alterius negotiationis? an erit conditio præoccupantis melior, ita quod alii creditores ejusdem negotiationis non poterunt ab eo advocare? Dic, quod non: imò cum sibi prius venienti solvitur, debet cavere, se refusurum pro rata, si appareant alii creditores ejusdem negotiationis: quia in istis negotiationibus non est melior conditio occupantium, sicut est regulariter in aliis actionibus, que non dantur occasio negotiatiois; quia debet satisfieri primò venientibus, etiam nulla præstita cautione, quia melior est conditio occupantium; nisi fuissent missi in possessionem, vel nisi essent magis privilegiati, quia tunc retractaretur solutio facta non privilegiatis, ut in l. ex facto 52. in fin. D. de pectul. tradit Bart. in dict. l. pupillus, D. que in fraudem credit. Et nota, quod quando sunt diversæ negotiationes, non veniant omnes creditores communiter ad omnia, sed quilibet ad suam negotiationem, ut in l. 5. §. sed si duas tabernas 16. D. de tributor. quod non est in aliis creditoribus, qui non contraxerunt occasione negotiationis: nam illi possunt ire ad quercumque bona, ut declarat hæc Paulus de Castr. in dict. §. si plures: et tene ista menti.

(5) *Sententia.* Et petita fuerit executio eodem tempore, ut dixi supra in gloss. 3. et vide ll. 7. et 9. infra tit. proximo.

(6) *A su señor.* Adde l. procuratoris 5. §. sed si dedi 18. D. de tributor. et l. si filius 14. et l. cum fundus 31. §. servum tuum 1. D. si cert. petat. et text. in authent. si quid tamen, C. qui potior. in pign. hab.

LEY XIII.

Debitum ex causa depositi prius debet solvi, quam alia personalia, licet anteriora; quamvis in petendo concurrant. Hoc dicit.

(1) *En encomienda.* Adde l. penult. tit. 3. eadem Partita, et l. si ventri 24. §. in bonis 2. D. de reb. auctor. judic. possid. et procedit, ut Gloss. dicit in dicto §. in bonis, sive extet res, sive non, et habetur in dict. l. penult. ubi dixi.

(2) *Que otro debito.* Si res deposito extat, planè proce-

LEY XIII.

Como deve ser fecha la paga de las malfetrias, e daños, que los omes fazen vnos a otros en sus cosas.

Malfetrias, e daños fazen los omes muchas vegadas en las cosas ajenas, cortando arboles, e arrancaudo viñas, e matando, e firiendo sieruos, e ganados, e en otras maneras semejantes destas. E porende dezimos, que si alguno ouiesse demanda contra otro por daño, o menoscabo quel ouiesse fecho en alguna destas cosas; que finca obligado el malfechor (1) al que rescibio el daño, tambien como por otra debda que le ouiesse a dar. E qualquier, vno, o muchos quel demandassen la malfetria en juyzio; por quien fuesse dada la sentencia primeramente contra el malfechor, deve ser entregado primeramente (2), cada

dit: si verò non extat, debet intelligi de alio debito non privilegiato; nam si sunt pariter privilegiata, concurrant, nisi quatenus lege cavetur quòd unum privilegium alteri præferatur, secundùm Azon. *C. de bonis auctor. judic. possid.* in summa col. 3. et dixi suprâ in l. proxima, et vide l. privilegia 32. et ibi Gloss. et Doctor. *D. de reb. auctor. judic. possid.*

LEX XIII.

Debitum ex causa maleficii, vel damni dati in re aliena, est prius solvendum ei, qui prius egit, et qui sententiam meruit, quàm aliis, quibus ex tali causa debebatur. Hoc dicit.

(1) *Obligado et malfechor.* Nam et maleficiis prodita sunt actiones, ut in §. *ex maleficiis* 18. *Instit. de action.* et ex omni delicto oritur civilis, seu persecutoria actio, ut notat Gloss. in l. fin. *D. de privat. delict.* et in l. *neque prætermittendum*, *D. pro socio*, et tradit Bald. in l. *sub prætextu*, l. 1. *C. de transact.* in fin. et in l. 1. colum. 2. ad fin. *D. de condict. indeb.* dixit idem Bald. quòd in quocumque crimine, ex quo oriatur accusatio criminalis, ex eodem oritur actio in factum, vel de dolo, ut *D. ad Leg. Cornel. de falsis*, l. *qui nomine* 25. alibi etiam dixit Bald. quòd ex delicto oritur obligatio, non officium judicis; nisi quando non subest materia sufficiens ex parte actoris: tamen æquitas suadet remedium dari, ut notatur in l. *et ideo* 12. *D. de condict. furtiv.* in §. *Neratius* 2. ita Bald. in l. *cum sercum*, *C. de serois fugitiv.* ex qualibet enim injuria alicui illata, duplex oritur actio, una reipublicæ, altera parti, l. *quotiens*, et l. *locatio* 9. §. *quòd illicitu* 5. *D. de publican.* Bald. in l. 1. colum. 4. *C. si à non compet. judice.*

(2) *Primeramente.* Limita, nisi daretur damnum in re fiscali, ut dixi suprâ eadem *Part.* tit. 3. l. penul. in glossa magna.

(3) *Sacan debdos.* Suprà eodem l. 11.

LEX XIV.

Non potest quis sua auctoritate debitorem in bonis, vel in personam pignoraré, nisi ex pacto ei liceat, et contra faciens, si ex tali pignoratione recepit debitum; restituat illud, et perdat jus creditor; et si non fuit ei solum, restituat pignus, et non respondebitur ei super debito, donec pignus restituatur. Hoc dicit.

(1) *Sin braueza.* Habes hic, quòd id, quod geritur inter partes etiam in judicio, debet fieri sine contumelia, et iracundia, simpliciter petendo, vel excipiendo: vide l. 3. et l. *si quidem* 10. *C. de injur.* et *Specul. tit. de accusatore,*

vno dellos, en los bienes del malfechor, en la manera que de suso diximos, en la ley que comiença: Sacan debdos (3).

LEY XIV.

Como los omes deuen demandar llanamente sus debdas por Juyzio, e non por premia prender a los que gelas deuen, por si mismos.

Llanamente, e sin braueza (1) ninguna deuen los omes vnos a otros demandar las debdas que les deuieren: e por poder, nin por riqueza (2) que aya aquel a quien deuen el debdo, non deve el por si (3) sin mandado del Juez del lugar, apremiar, nin prender al debdor, que pague el debdo. Fuera ende, si quando la debda fue fecha, otorgo, e fizo pleyto sobre si, el que la deuia, que el otro ouiesse poder (4) de prenderle, e de apre-

vers. *sed pone*, colum. 14. et ibi Joan. Andr. *in addit.* ubi vide, an agatur actione injuriarum contra eum, qui per viam judicii aliquid criminis, vel infamie adversario objicit, et adde Angel. Aret. in suo tract. *malfecior.* in parte *neque non ad querelam*, col. 2. et in parte *verba contumeliosa*, colum. 2. et Socium consil. 118. et consil. 146. 1. volum. Philip. Corneam consil. 80. 3. volum. et per Ordral. consil. 53.

(2) *E por poder, nin por riqueza.* Hoc in specie dicit, quia potentibus vicina solet esse superbia, et penè semper rebus affluentibus elatio sociatur, Gregorius 26. *moralium*, cap. 23. in fine.

(3) *Non deve el por si.* Adde l. *extat* 13. *D. quod metus causa*, et l. 11. tit. 13. eadem *Partita*, et l. *multus* 14. *C. de judicis*, et §. 1. *de pace juram. firm.* et hoc est regulare, ne quis jus sibi dicat; fallit tamen in casibus legum sequentium, ll. 1. et 2. *C. quando liceat unicuique sine judice se vindic.* et infrâ in casu hujus legis, et l. 1. §. 1. *D. quorum legator.* et l. *ut vim* 3. *D. de justit. et jure*, et l. *scientiam* 45. §. *qui cum aliter* 4. *D. ad Leg. Aquiliam*, et l. *quemadmodum* 29. §. 1. eodem titulo, l. 1. *C. unde vi*, et l. 1. *C. de jure emphyteotico*, et l. *devotum* 5. *C. de metatit et epidemeliis*, lib. 12. et l. *ait prætor* 10. §. *si debitorem* 16. *D. que in fraudem creditorum*, et l. *generalis* 54. *C. de decurionibus*, lib. 10. et l. 1. *C. ubi quis de curiali, vel cohortali, aliave condit. conven.* et l. *si adulterium cum incestu* 38. §. *idem Polioni* 6. *D. ad Leg. Jul. de adulter.* et in cap. *olim* 12. *de restitut. spoliat.* et si delictum tendit in injuriam reipublicæ, cuilibet est licitum illam propulsare, sicut injuriam patris, vel matris, l. *veluti* 2. *D. de justit. et jure*, Bald. in dict. §. 1. *de pace juram. firm.* vide eundem in cap. 1. *de incest. in mari factu*, et vide per Abb. de ista materia in cap. *cum venissent*, colum. 2. et seq. *de judic.* Et an consuetudo possit dare jurisdictionem in propria causa? Vide per Bald. in l. 1. in fin. 8. colum. in 2. lectur. *C. unde vi*, et vide cap. *inter querelas*, 23. *quæst. 4.* et quod habetur in cap. *dilecto* 6. *de sentent. excom.* lib. 6. et per Andr. de Iser. in §. *pen. in addition. de prohib. feud. alien. per Freder.*

(4) *Que et otro ouiesse poder.* Adde dictam l. 11. tit. 13. eadem *Partita*: et an sicut de hoc valet pactum, valeat etiam consuetudo, vide per Joan. And. in cap. *cum tanto, de consuet.* Alber. in l. *creditores*, *C. de pignor.* ubi dicit, quòd quicquid sit de jure, modernus usus judiciorum approbat talem consuetudinem, ubi viget. Et quid si ille qui potest capere pignus virtute pacti, vadat ad judicem? Vide latè, et eleganter per eundem Albericum post Jacob. de Bello viso in dict. l. *creditores*, cujus resolutio est, quòd si

Ley 1,
tit. 1,
lib. 10
Novis.
Recop.
miarle (5) por si mismo sin mandado del Judgador. E si alguno contra esto fiziesse, apremiando el por si mismo a su debdor, non auendo derecho de lo fazer, assi como sobre dicho es; si por la premia que le faze ouiere de pagar el debdo, deuelo tornar, e perder el derecho que auia contra el por razon de aquella debda: e si el debdo non rescibiesse del, e le prendasse por fuerça, deuel tornar la prenda doblada; e el otro que non le responda sobre la debda, fasta que torne la prenda (6).

LEY XV.

Como se puede desatar la obligacion principal, por otra que fazen de nuevo sobre ella.

Ley 1,
tit. 1,
lib. 10
Novis.
Recop.
Renouamiento es otra manera de quitamiento, que desata la obligacion principal de la debda, bien assi como la paga. E esto seria

como si vn ome vendiesse a otro alguna cosa, e despues el comprador renovasse (1) el pleyto en otra manera con el vendedor, obligandose a pagar el precio, como en razon de emprestido. Ca estonce non seria tenuto el debdor, de pagarle lo que deuia, como en razon de vendida, mas como si ouiesse los maravedis del precio tomados emprestados del otro. E aun dezimos, que se podria renouar en otra manera el pleyto que fuesse fecho primeramente; assi como si el debdor que deuiessse alguna cosa a otro, renouasse el pleyto otra vez, dando otro debdor, o manero (2), en su lugar (3), a aquel a quien deuiessse la debda, a plazer del; diziendo abiertamente (4) el debdor, que lo fazia con voluntad que el primero fuesse desatado, e este debdor, o manero, que metieron en su lugar de nuevo, que fincasse obligado por la debda, e el otro quito. Ca estonce valdria el segundo pleyto, e seria

creditor cum instrumento pacti accedit, et iudex adversario non vocato mittit eum in possessionem pignoris, tunc missus debeat in suo jure tueri de plano: si tamen iudex fecit debitorem citari, quod secundum eum prudentius est, et rationabilius, et tunc si debitor confiteatur, planum est, et non est opus libello; si verò contradicat, debet libellus offerri, et ordine iudiciario procedi: et ibi etiam concludit post multa, quòd si missus sit per iudicem, adversario non vocato, missio non debet ex hoc revocari, quasi non solemniter facta; quod tene menti, quia Lucas de Penna in l. fin. colum. 2. versic. *sed pone creditor, C. de agricol. et censit.* lib. 11. contrarium voluit, motus ex dicto Spec. tit. de pign. §. 1. versic. *quid si iudex*, et aliis quæ ibi videas. Dicit tamen, quòd tali casu non sollemnis ordo iudiciarius servari debet, sed de plano procedendum est. Mihi videtur, quòd possit procedere dictum Alberici: non tamen talis missio, licet fiat de mandato iudicis, dicitur iudicialis, sed conventionalis, et vult Spec. ubi supra, facit l. *si concenerit* 26. D. de re iudic. et sic videmus, nulla premissa partis citatione, instrumenta quarentigia executioni mandari, juxta leges Regni: tutius tamen erit, ut opinionem evitentur, quòd in pacto facias apponi, quòd ad simplicem creditoris petitionem, absque alia cause cognitione, et partis citatione, possit, et debeat iudex creditorem inducere in possessionem, prout etiam tradit Lucas de Penna ubi supra versic. 2. *ex premissis queritur*. An autem istud jus sit vendibile, et cessibile, Gloss. quòd sic in l. *cum fundus*, D. de vi, et vi arm. et tenet Bald. in §. 1. de pace juram. firm. dammodò civili modo, et sine atrocitate facti ingrediatur, l. *non est singulis* 176. D. de regul. jur. et vide per Doct. in dict. l. *creditoribus*: et quòd istud pactum transeat etiam ad heredem creditoris, Bald. ibidem, quòd sic, cum istud pactum non sit privilegium, sed jus commune.

(5) *E de apremiarle*. Facit ad id, quod notat Bald. in l. *Legis Julii, C. qui bon. ed. poss.* quod valet pactum de ingrediendo, et solvendo sibi propria auctoritate; que licentia, secundum eum, potest etiam in testamento concedi, l. *Titia* 34. cum §. 1. de legat. 2. An autem requiritur, quod in pacto exprimat, necdum quod creditor possit ingredi possessionem pignoris, sed etiam quod possit pignus retinere, ista lex facit, quòd sic, et hoc tenet Bart. et sequantur communiter Doctores moderni in dict. l. *creditoribus*.

(6) *Fasta que torne la prenda*. Restitudo ergò pignore, vult lex ista, quòd audiat super debito; contrarium tamen aperte vult dicta l. 11. tit. supra proximo, et ibi dixit et videtur illa intelligenda, secundum istam. Dic tamen melius, ut dixi in l. 14. tit. 10. 7. *Part.* Hodie de jure Ordina-

mentorum vide l. 5. et 6. tit. 14. lib. 3. *Ordin. Regal.* et l. 1. et 6. tit. 12. lib. 5. ejusdem *Ordinamenti*.

LEX XV.

Fit novatio debiti, quando debitum ex causa venditionis promitto solvere ex causa mutui; quia non teneor, nisi tanquam ex mutuo. Item fit, quando debitor loco sui dat alium debitorem, hoc acto, ut prior sit liberatus; quia licet secundus efficiatur non solvendo, non tenetur prior: sed si hoc non agitur, ut prior sit liberatus, erunt ambo obligati, et unius solutione liberatur ambo. Item, si debitor parè alium sui loco animo novandi deleget sub conditione, fit novatio adveniente conditione: sed si conditio non impletur, vel ea pendente mutet delegatus statum taliter, quòd desinat standi in iudicio potestatem habere, remanet prior, et non secundus efficaciter obligatus. Hoc dicit.

(1) *Renouasse*. Vide ad istud exemplum, de quo hic, l. *si ex pretio* 6. *C. si cert. pet.* et ibi Gloss. et l. *adversus* 5. *C. de non numer. pecun.* et satis videtur expressum hic de animo novandi, cum una obligatur in aliam transferatur, ut et dicit Salicet. in l. fin. *C. de novation.*

(2) *O manero*. Habes hic, quòd dicitur delegatio, licet qui delegatur non sit debitor: vide Paul. de Cast. in l. *quamvis*, §. *si mulier*, alias incipit l. *si mulier*, D. ad *Felician.* et sic dicit Azo *C. eod.* in summa, quòd tam debitorem, quam non debitorem delege, et ideò ista lex dixit etiam de manero.

(3) *En su lugar*. Per hoc verbum destruitur quoddam dictum Baldi in l. 2. *C. de execut. rei judic.* volentis, quòd per hæc verba *promitto loco Titii*, Titius sit liberatus, licet non dicatur de animo novandi; et idem tenuit Alex. in l. *qui usufructum*, D. de verb. oblig.

(4) *Abiertamente*. Approbat opinionem Gloss. in l. 2. in verbo *exavit* *C. de novation.* volentis, per delegationem non fieri novationem, nisi expressè agatur: communis tamen opinio videtur in contrarium, loquens secundum jus commune, secundum Bart. Angel. Joan. de Imol. et Paul. de Cast. in l. *delegare*, la l. D. de *novation.* et hoc etiam vult Gloss. in l. 3. *C. eod.* in gloss. 1. et tenet etiam Alex. in l. *qui usufructum*, D. de verb. oblig. ubi tenet, quòd si intervenit delegatio, etiamsi ultra non exprimat, delegans est liberatus; qui et subdit, quòd ad hoc ut sit delegatio, quòd fiat per stipulationem, que secundum jura Ordinationum in Regno non requiritur, et sufficeret simplex conventio; et quòd qui delegatur sit debitor delegantis, et tanquam talis debitor delegetur; alias non est pro-

desatado el primero. E maguer este segundo que renouo el pleyto sobre si, viniessse a pobreza (5), de guisa que non ouiesse de que pagar la debda; con todo esso, el que la deuia auer, non ha demanda ninguna en esta razon contra el primero debdor. Mas si las palabras sobredichas non dixesse el debdor, quando renouasse el pleyto segundo, mas simplemente dixesse, que daua por debdor, o por manero (6) de aquella debda a fulan; estonce por este renouamiento del pleyto non se desataria el primero: ante dezimos, que se afirmaria, e fincarian obligados por la debda, tambien el vno como el otro (7); como quier que pagando el vno (8) delles, serian quitos de la obligacion principal. Otrosi dezimos, que si el renouamiento del pleyto, que diximos en el comienço de la ley, fuesse fecho so condicion, e se compliesse la condicion despues, desatarse y a porende el primero pleyto, e valdria el segundo: e seria tenuto este que assi lo tomasse sobre si, de pagar el debdo que renouasse; e el otro que lo deuia, seria quito porende. Mas si la condicion non se compliesse, estonce fincaria firme el primero pleyto,

e seria tenuto de lo cumplir el debdor que lo auia fecho; e non valdria el renouamiento del segundo pleyto. Esso mismo dezimos que seria, si este que renouasse el segundo pleyto, mudasse su estado (9), ante, o en el tiempo que se cumpliessse la condicion, de manera que non ouiesse poder de estar en juyzio. Ca estonce, maguer se cumpliessse la condicion, non valdria el segundo; ante dezimos, que deue valer el primero.

LEY XVI.

Como, si lo que se deue fazer simplemente, se renoua so condicion, ha de valer.

Obligarse podria algund ome, faziendo pleyto so condicion (1), para pagar alguna debda, o para fazer alguna cosa. E despues desto podria acaescer, que otro alguno renouaria tal pleyto de aquella misma debda, obligandose puramente, sin condicion, a pagar por el. E en tal pleyto como este dezimos, que non deue valer el segundo pleyto, si la condicion que fuesse puesta con el primero,

*Ley 1,
tit. 1,
lib. 10
Novis.
Recop.*

præ delegatio, ut in l. *quamvis* 8. §. *si mulier apud* 2. D. ad *Vellejan.* et ibi gloss. magna ad fin. subdit etiam, quod idem esset, si delegatus absque delegatione promississet per hæc verba *promitto loco Titii*, quia Titius erit liberatus; quia qui elegit unum debitorem pro alio, novare videtur: exceptis autem his casibus, secundum eum, non fit delegatio, neque delegatus liberatur, nisi hoc expressè agatur, et quod ita procedit, quod habetur in dict. l. fin. ut latius poteris ibi videre per eum: et sic quatenus ista lex loquitur de manero, id est, delegato, qui non erat debitor, concurrat cum communi opinione; quatenus verò loquitur de delegato qui erat debitor, destruit dictam communem opinionem, quam dixit communem Jaso in l. *singularia*, col. 15. D. *si cert. pet.*

(5) *A pobreza.* Vel decoqueret, seu falleret, ut notat Bart. in l. *singularia*, D. *si cert. petat.* et vide l. *Paulus* 30. D. *de novation.*

(6) *Por manero.* Ex hoc habes, quod non inducitur novatio interveniu novæ personæ, nisi expressè dicatur; concordat l. fin. C. *de novation.* Sed an saltem in casibus, in quibus, secundum jura antiqua, tacitè fiebat novatio, fiat hodie ope exceptionis? Diversæ sunt opiniones, de quibus per Gloss. et Doctor. in dict. l. fin. et illa est verior, et communior opinio, quod hodie non fit novatio ipso jure, neque ope exceptionis, nisi à partibus agatur, ut tradit Alex. in l. *qui usufructum*, D. *de verb. oblig.* Jaso in l. *eum qui*, §. fin. 1. notabili, et in l. *ita stipulatus* ad finem, D. *de verb. oblig.* Socin. notanter consil. 21. 1. volum. Decius consil. 400. column. 1. fateatur tamen Doctores communiter, novationem fieri, quando evidenter ex conjecturis manifestis apparet, partes novationem facere voluisse, ut in terminis Gloss. in l. fin. C. *de novation.* et in l. penul. D. *de prator. stipul.* et per Alex. consil. 13. 2. volum. et satis probatur in principio istius legis. An autem si quis promisit mulieri certam dotem solvere, et si non solverit intra certum tempus, assignavit talia, et talia bona in solutum, an videatur ex hoc facta novatio? Vide notabile consilium Decii consil. 12. ubi concludit, quod adhuc possit mulier petere quantitatem dotis, neque ex assignatione in solutum videatur facta novatio: vide ibi per eum. Unum tamen singulariter nota, quod in casu, quo secunda stipu-

latio interponitur animo novandi, non tamen per hoc tollitur mora præcedentis obligationis, secundum Angl. et Paul. de Castr. in l. *si servum*, §. fin. D. *de verb. oblig.* ubi vide Jason. et vide omnino in l. *si Stichum* 8. D. *de novat.* et Bald. in l. *substracto*, C. *de furt.*

(7) *Como et otro.* Intellige, quando delegatus acceptavit, ut suprâ in ista lege; nam si non acceptasset, cum remaneret tantum simplex mandatum, creditor posset revocare, et sic iste non teneretur, l. *hoc jure* 19. §. *si quis dederit* 3. D. *de donat.* et l. *si cum Cornelius* 82. D. *de solut.* et tenet Bart. in l. *singularia*, D. *si cert. pet.* et Joan. Andr. in *addition. ad Spec.* ubi et loquitur in fortioribus terminis, quam Bart. in rubrica *de deposito*, cujus dictum est singulare, et pro tali semper allegatur, quod sola acceptatio impediatur revocationem mandati.

(8) *Pagando el vno.* Quia bona fides exigit, ne his idem exigatur, D. *de regul. jur.* l. *bona fides* 57. et in terminis hoc dicit gloss. fin. in §. *præterea*, *Instit. quibus mod. tollit. oblig.* vide l. *Stichum* 8. §. fin. D. *de novation.*

(9) *Mudasse su estado.* Latius loquitur, quam l. *quotiens* 14. §. *sed si*, D. *de novation.* de cujus legis intellectu vide per Bald. in l. *executorem*, column. 11. C. *de execut. rei judic.* et in l. fin. column. 5. C. *de contrah. empt.* ubi et Salycet. quæst. 5. Et habes hic, quod non omnis mutatio status impedit novationem obligationis conditionalis, sed illa per quam quis non habet personam standi in judicio, et in quo statu non potest consistere obligatio, ut in dict. §. *sed si*; si ergo fieret servus, vel monachus, vel deportaretur, vel fieret furiosus, procederet, quod hic habetur, ut in l. *servus* 6. C. *de judic.* et l. 8. et l. 10. tit. 2. 3. Part.

LEX XVI.

Si debitum sub conditione alius purè novando promittatur, non valet novatio, nisi conditio existat; nisi expressè convenerit secundus, quod, sive existat, sive non, non teneatur; quia tunc non prior debitor tenetur, sed secundus, Hoc dicit.

(1) *So condicion.* Quid si erat in diem, et postea promittatur purè animo novandi? Distingue ut per Joan. de Imol. in l. *in diem*, D. *de novation.* qui plenius loquitur, quam Bart. in l. *si Stichum*, §. 1. D. *ead.*

non se cumpliesse. Ca, pues sobre aquella debda misma se renueua el pleyto, non puede ser si la condicion non viniessse con el, assi como fue puesta en el primero. Fuera ende, si quando la renouasse assi dixesse paladinamente, que maguer non cumpliesse la condicion que era puesta en el primero pleyto; que se obligaua a pagar la debda, este que de nuevo la prometio. Ca entonce, quier se cumpliesse la condicion, o non, valdria el segundo pleyto, e seria tenuto de pagar la debda, el que lo fiziesse, e seria desatado el primero.

LEY XVII.

Como la debda que deve ome libre, non puede renouar sobre si ome que fuesse sieruo.

Renouando algund sieruo pleyto sobre debda que otro deuiesse, obligandose a pagarla, tal renouamiento de pleyto non valdria, nin desataria porende el pleyto principal, que fue fecho primeramente sobre la debda del ome que fuere libre: porque el sieruo non se puede el por si mismo obligar, en ninguna manera. Fuera ende, si tal renouamiento fuesse fecho por razon de algund peyujar, que el señor le ouiesse otorgado, de vender, o de mercar en alguna tienda (1), que el sieruo touiesse. Otrosi dezimos, que si alguna muger renouasse pleyto de debda que algund ome deuiesse, entrando manera para pagarla; maguer que la ouiesse assi renouado, poderlo y a reuocar (2). E si lo reuocasse (3), non valdria tal renouamiento de pleyto, nin se desataria el primero por el. E esto

LEX XVII.

Servus animo novandi promittens nil agit, quia non potest efficaciter obligari; si tamen habet peculium, potest novare. Item nec potest mulier obligationem novare: quia est modus fidejussionis, quem mulier facere non potest. Hoc dicit.

(1) *En alguna tienda.* Ex hoc patet, quod habebat servus liberam peculii administrationem; nam alias non posset novare, ut notat Azo *C. de novatione*, in summa, et Glos. in l. fin. in princip. D. eod. et ibi Doct. communiter.

(2) *Poderlo y a reuocar.* Adde l. 1. et l. *senatus consultum* 4. et l. *si paternam* 8. et l. *si mulier alienam* 16. C. ad Vellejan.

(3) *Si lo reuocasse.* Hoc dicit, quia mulier obligatur ipso jure, sed succurritur per Vellejanum: nota tamen, quod etsi creditor liberavit mulierem, in se alienam obligationem animo novandi suscipientem, non liberaretur primus debitor, ut est casus singularis in l. *quomvis* 8. §. *Marcellus* 9. D. ad Vellejan.

LEX XVIII.

Per novationem factam per pupillum minorem xiv. annorum sine tutoris auctoritate, liberatur prior debitor, et pupillus non tenetur: impletur enim contrahenti cum eo, qui non potest efficaciter obligari ad sui damnum. Hoc dicit.

Tom. II.

porque es como manera de fiadura, a que non se puede la muger obligar.

LEY XVIII.

Como la debda que algund ome deuiesse, e la renouasse el huerfano sobre si, non la puede despues demandar al menor nin al otro.

De nuevo tomando sobre si algund pleyto, el que fuesse mayor de siete años, e fuesse menor de catorze (1), obligandose a pagar debda de otro, sin otorgamiento de su Guardador; por tal renouamiento desatarse y a (2) el primero pleyto, e seria quito el que lo ouiesse fecho; de manera que despues non le es tenuto de pagar la debda, nin otrosi el menor, si non quisiere. E porende a su culpa se deve tornar, el que con tal menor renouo el pleyto, que non auia poder de lo fazer a daño de si.

LEY XIX.

Como, si alguno cuydando ser debdor de otro, que non lo fuesse, entrasse despues manero por el debdo a otro tercero, si es tenuto de lo pagar.

Cuydando (1) algund ome que era debdor de otro, e por esta razon se mouiesse a entrar manero a otro tercero, para pagarle alguna debda, que el ouiesse a dar a aquel cuyo debdor cuydaba que era, renouando el pleyto de aquella debda, e obligandose a pagarla; por tal renouamiento como este desatase (2) el primero pleyto, e vale el renoua-

LEY 1.
tit. 1.
lib. 10
Novis.
Recop.

(1) *Menor de catorze.* Item in adulto curatorem habente, ut notatur in l. 1. D. de novatione.

(2) *Tal renouamiento desatarse y a.* Adde l. 1. in fin. D. de novatione. Unde ista lex habet ortum.

LEX XIX.

Si credens, me falso alicui debere, ejus creditori animo novandi pro creditore meo putativo liberando promisi, tenetur ex tali promissione: et antequam solvam, possum contra meum putativum creditorem agere, ut liberet me ab illa obligatione: et si nolle, recuperabo ab eo, quod ejus creditori solvi. Sed si contra creditorem putativo mei veri creditoris animo novandi promisi, opponam ei exceptionem, quia promisi ei indebitum; et si de facto ei solvi, siquidem mandato creditoris mei, sum liberatus, et ipse ageret contra recipientem solutionem ad soluta recuperanda; sed si sine mandato solvi, agam ad soluti restitutionem, contra eum cui solvi. Hoc dicit.

(1) *Cuydando.* Ortum habet à l. *si quis delegaverit* 14. cum l. sequen. D. de novatione.

(2) *Desatase.* Unde novatione legitime facta, hypothecae, et pignora liberantur, D. de novatione. l. novatione 18. et vide l. *solutum* 10. §. *novata* 1. D. de pign. act. et per Jason. in l. *qui bis*, column. 2. D. de verb. oblig. et de fidejussore vide per Bald. in l. *tam mandatori*, C. de non numer. pecun. et de privilegiis prelationis, an durent in

Zzzz

miento del segundo. E es tenuto de pagar la debda el que la fizo, maguer sopiesse ciertamente, despues (3) que lo ouiesse assi renouado, que non auia a dar (4) ninguna cosa, a aquel cuyo debdor cuydaba que era. Pero en saluo finca a este que renouo el pleyto, de poder demandar a aquel cuyo debdor cuydaba que era, ante que el pague la debda, que le saque de aquella obligacion en que entro por el. E si por auentura non lo quisiere fazer, e apremiassen al otro, de manera que la ouiesse de lo suyo a pagar; estonce tenuto es el otro por cuyo nome fue prometida la debda de nueno, de pagarle en todas guisas aquello que por el pago; e non se puede excusar que lo non faga, maguer diga, que non le mando entrar mauero, nin pagador de aquella debda; pues que en nome del pago aquello que el deuia, cuydando que lo deuia fazer. Mas si algund ome (5) que fuesse debdor de otro, cuydando que este cuyo debdor era, auia a dar alguna cosa a otro tercero, e non fuesse assi; si renouasse pleyto con el, e se obligasse a pagarle aquello que cuydaua que le deuia aquel cuyo debdor era el; maguer tal pleyto aya fecho con el, puede dezir, ante que le faga la paga, que le non dara ninguna cosa; poniendo defension (6) ante si, que non gelo deue dar; pues que el otro, por quien entro manero, non le deue nada. E si por auentura acaesciesse, que le pagasse aquello por que entro manero, e fiziesse la paga por mandado (7) del otro, cuyo debdor el era, estonce finca desobligado de la debda: pero en

saluo finca a este, a quien deuia la debda, poder contra el otro, que le torne lo que recibio de mano de su debdor, pues que el non le deuia ninguna cosa; e el que rescibio la paga como non deuia, es tenuto de gela tornar. E si la paga fiziesse el por si mismo, sin mandado de aquel cuyo debdor era, estonce non finca desobligado de la debda que le deuia; e dezimos, que es tenuto de gela pagar. E ha demanda contra el otro, que le torne lo que le pago; e deuegelo tornar, maguer non quiera.

LEY XX.

Como se puede desatar una debda por otra, en manera de compensacion.

Compensacion es otra manera de pagamiento (1), por que se desata la obligacion de la debda que vn ome deue a otro: e compensatio en latin tanto quiere dezir en romance, como descontar vn debdo por otro. E esto seria, como si vn ome demandasse a otro en juyzio mil maravedis, e este a quien los demandasse, dixesse (2), que queria prouar, que le deuia el otros tantos a el, e que pedia de derecho al Judgador, que le mandasse que fuesse quitos (3) los vnos por les otros. Ca estonce fallando el Judgador (4) en verdad, que assi es, deue mandar que se quite el vn debdo por el otro: e son tenudos, de lo otorgar, e de fazer assi (5). Pero el Judgador deue catar primeramente, ante que mande fazer este quitamiento, si aquel que quier des-

ley 1,
tit. 28,
lib. 11
Novis.
Recop.

obligacione novante, vide l. *aliam* 29. et ibi per Bart. D. *de novat.* et in l. *si qui* 28. D. *de iure fisci*: et quòd novatio virem solutionis obtineat, vide l. *si rem* 31. §. *si duo* 1. D. *de novat.*

(3) *Despues.* Hoc dicit, quia si à principio scivit, posse sibi competere aliquam exceptionem contra creditorem, ei renuntiasset videtur, ut in dict. l. *si quis delegaverit* 14.

(4) *Que non auia a dar.* Et sic exceptio, quæ poterat competere contra delegantem, non competit contra eum, cui est delegatus: vide per Bart. de materia in l. *doli*, D. *de novat.*

(5) *Mas si algund ome.* Ortum habuit à l. *Julianus* 7. D. *de doli except.*

(6) *Poniendo defension.* Ut in dict. l. *Julianus*.

(7) *Por mandado.* Idem videtur, si delegatus ab eo soluerit putativo creditori.

LEX XX.

Compensatione apposita, et probata per confessionem partis, vel intra x. dies, tollitur debitum. Hoc dicit.

(1) *De pagamiento.* Qui ergò compensat, videtur solvere, ut hic, et vide per Bart. in l. *Julianus*, D. *de cond. et demonstr.* et licet conditio debeat impleri in forma specifica; tamen impletur conditio solvendi, compensando, l. *si peculium* 20. D. *de statuliber.* et vide de quod notat Bart. in l. *amplius non peti*, column. fin. D. *rem ratam hab.* ubi concludit, quòd et qui sub jramento promittit solvere, si compensat, implere videtur promissionem, et liberatur à perjurio; sed contra istam determinationem Bartol. tenent

Gloss. et Doctor. communiter per illum text. in cap. *ad nostram*, et l. *de iurejur.* ubi per Joan. de Imol. et tradit Alexand. consil. 91. 2. vol. et tutior opinio videtur ista, quòd solvat, quando solvere posset; aliàs æquum est, ut compensans liberetur à perjurio: et quòd compensatio non dicatur vera solutio, vide per Bald. in l. 3. in fine, C. *de compens.*

(2) *Dixesse.* Vult ista lex, quòd etsi debitor confiteatur debitum, tunc tamen admittatur exceptio compensationis, quando id quòd opponit est de citò liquidabile, ut dicit in fine, et idem voluit Azo C. *de compens.* in summa, et Alber. in l. fin. C. *de compens.* ubi etiam Bald. et Paul. de Castr. in fine.

(3) *Que fuessen quitos.* Nota hic modum obijciendæ compensationis, quòd opponatur per modum exceptionis; nam si peteret per modum reconventionis, non procederet compensatio: vide Bald. in l. *cum Papinianus*, column. 3. C. *de senten.* ubi et vide per eum, quòd opponens exceptionem compensationis videtur fateri debitum.

(4) *El judgador.* Etiam coram iudice delegato potest obijci exceptio compensationis, secundum Bald. in l. pen. ad finem, C. *si à non compet. iudice*; licet in arbitro secus esset, secundum eum, quando compensatio esset ex causa extrinseca, secus si ex causa intrinseca; et idem Bald. in l. *cum Papinianus*, ad finem, C. *de sent.* et idem Bald. in l. 1. circa medium, C. *de arbitr.*

(5) *Fazer assi.* Neque admitteretur actor, si et apponeret compensationem alterius debiti; nam compensatio compensationis admitti non debet, ut dicit Bald. in authen. *et consequenter*, column. 1. C. *de sent.*

contar vna debda por otra, puede luego probar, e averiguar lo que dize, o a lo mas tarde fasta diez dias (6). E si lo pronare assi, o conosciere el otro la debda, estonce lo deve mandar, assi como es sobredicho. Mas si entendiere que lo non podria tan ayna probar, porque los testigos son lueñe, o las cartas de la prueua, estonce non le deve otorgar el quitamiento sobredicho; ante deve andar por el pleyto adelante, como el derecho manda.

LEY XXI.

Quales debdas se pueden descontar por compensacion, e quales non.

Descontarse pueden en manera de compensacion, todas las debdas que son de cosas que se pueden contar (1), o pesar, o medir, fasta en aquella quantia que el vn debdor deuere al otro. Otrosi dezimos, que si dos omes deuiesse vno a otro., cosas que non fuesse ciertas, niu señaladas, assi como cauallo, o otra cosa qualquier semejante, que non fuesse señalada (2) por nome, o por señales ciertas; que estonce bien pueden descontar el vno

(6) *Fasta diez dias.* Habes hic, quòd illa exceptio dicitur citò liquidabilis, quæ potest liquidari infra decem dies. Doctores aliter dicebant in l. fin. *C. de compensat.* volentes, hoc esse arbitrium, et Bartol. in l. *si is à quo*, D. *ut in posses. legator.* Angel. in l. *ille à quo*, §. *si de testamento.* D. *ad Trebell.* Innoc. et alii in cap. *ueniens*, cl. 2. *de test.* Et adverte, quòd per istam legem, juncta etiam lege Ordinamenti, quæ præcipit instrumenta publica mandari executioni, et etiam sententiam, quæ transit in rem iudicatam, non obstante quacumque exceptione, quæ tamen infra decem dies non probetur, videtur, quòd non possit hodie de jure Regui practicari illa notabilis doctrina Bart. in l. *aufertur*, §. *qui compensationem*, D. *de jure fisci*, ubi dicit, quòd quando condemnatus nullum habet tempus datum ad solvendum, non potest opponere compensationem, etiamsi se offerat statim liquidaturam: quam doctrinam etiam refert Bald. in l. 3. *de compensat.* adducens illam ad instrumenta, habentia paratam executionem, et iudentia, ut statim viso instrumento reus ponatur in carcere, donec satisfaciatur; et licet Bald. ibi teneat contra Bart. tamen opinio Bart. est communis, ut tradit Alex. consil. 93. 4. volum. et consil. 94. et 95. nam cum hodie de jure Regni dentur decem dies ad probandum exceptionem oppositam, poterit obijci, et probari exceptio compensationis infra decem dies; quod et videtur voluisse Rodericus Suarez, licet non in isto proposito, in lectura dictæ l. *Ordinam.* posita sub repetitione l. *post rem iudicatam*, fol. 139. versic. *venio ad secundam partem.* Et nota, quòd licet exceptio compensationis possit opponi etiam in executione sententiæ, ut dixi, tamen non poterit opponi in causa appellatiouis, secundum Bald. in l. *per hanc*, column. 5. *C. de tempor. appel.* movetur, quia habet vim reconventionis; et sicut in causa appellatiouis non habet locum reconventio, sic neque compensatio; et quia ista exceptio non impugnatur sententiam, vide ibi per eum: et fortè in practica non admittetur hoc dictum Baldi.

LEY XXI.

Potest compensari illud, quod pondere, numero, vel
Tom. II.

por el otro. Mas si la vna debda fuesse sobre cosa señalada, assi como si el vno ouiesse a dar al otro vn sieruo, o vna viña, o huerta, o otra cosa cierta; e el otro deuiesse a el otra cosa, que non fuesse cierta por nome señalado, assi como alguna quantia de trigo, o otra cosa que se pueda contar, o pesar, o medir; estonce (3) non pueden los debdores fazer entre si por premia, desquitamiento de una cosa por otra destas debdas tales.

LEY XXII.

Como los compañeros pueden descontar entre si los daños, e los menoscabos que ouieren, por razon de la compañía, por culpa dellos.

